TRACTATVS IVRISDICTIONIS ORDINARIÆ IN EXEMPTOS; ILLORVMQVE EXEMPTIONE AB ordinaria Iurisdictione

TOM. II. TRIPARTITVS.

I. *Scholia in Constit. Concilij Lateranensis.*
II. *Conseruatorias Ecclesiasticas quæst. 130.*
III. *Conseruatorum laicorum materiam, Tribunali viginti duumvirum Leod. adoptatam comprehendens.*

AVTHORE
ERASMO A CHOKIER IC.
Leodiensi.

COLONIAE AGRIPPINAE
Apud IOANNEM KINCKIVM, ad intersigne Monocerotis.

Anno M. DC. XXIV.

EGo infrascriptus deputatus à Reuerend. Domino Ioanne à Chokier Vicario Reuer. Serenissimiq; Episcopi, & Principis Leodien. vidi Tomum secundum tractatus Iurisdictionis ordinariç in Exemptos Clariss. Domini Erasmi à Chokier IC. Leodien. in quo nihil vidi repugnans orthodoxæ religioni, & bonis moribus, quin materiam Iurisdictionis ordinariç in exemptos his temporibus intricatam, dilucide explicatam animaduerti: Proinde Reipubl. bono typis mandari poterit. Datum Leodij, 12. Ianuarij 1624.

Fr. Claudius Du Rapoy Sacræ Theologiæ Doctor,
Prior Prædicatorum Ciuitatis Leodiensis.



SERENISSIMO PRINCIPI

FERDINANDO

DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA ARCHIEPISCOPO

Coloniensi, Sacri Romani Imperij per Italiam Archicancellario; & Principi Electori, Episcopo Leodiensi, Paderbornensi, & Monasteriensi, Administratori Hildesimensi, Berchtesgadensi, & Stabulensi, Comiti Palatino Rheni, vtriusq; Bauariæ, VVestphaliæ, Angariæ, & Bullonensi Duci, Marchioni Franchimontensi, Comiti Lossensi, Longien. & Hornen.

Domino suo Clementissimo.



Vemadmodum olim in Musicâ numeros, voces, modos, In Geometria lineamenta, formas, magnitudines, in Astrologia, cœlorum conuersiones, ortus, occasus siderum motus, in Iurisprudentia Pontificum Imperatorumque constitutiones sparsas, ac ipso tempore variantes, ab ijs qui non tam sibiipsis quam Reipubl. nati sunt in artem & vnum ordinem concinnè redactas videmus. Ita ego materiam Iurisdictionis ordinariæ in exemptos confusam, obscuram & per abdita Pontificiorum Decretorum, dispersam, & latebris Iuris vtriusque prudentiæ duobus

abhinc annis sub CELS. VESTRAE SERENIS. auspiciis, bono, vt reor, totius orthodoxi orbis, ac præsertim Emburonum vestrorum, erutam, in aptam conuenientemq; methodum redegi atque euulgaui: verùm cum ab illo tempore hæc

Auia Pieridum peragrans loca nullius ante
Trita pede

animaduerterim necdum satis illustrata, prioris illius mei studij stylum recepi, ac Constitutionem Lateranensem Leonis X. Pont. Max. anno reparatæ salutis 1515. æditam, exemptiones moderātem, hoc secundo opere, vnà cū Conseruatoriis (ad quas velut ad sacrā anchoram exempti non infrequenter recurrunt) non contemnendo, vt opinor studio, enucleaui. Deinde ab analogiâ eiusdem materiæ, ad Vigintiduumvirale Leodiensis vestræ Patriæ cēsorium Magistratum descendi: qui cum multis ab hinc seculis officiatorum mastix, sanctè quidem stabilitus fuerit, licet temporis edacitate atque inuidiosa vetustate, res omnes in peiora vertente, institutionis suæ orbitām, cognitionisq; suæ fimbrias, Reipubl. Vestræ prægrandi malo, plus nimio falcem suam in ordinariam Celsit. Vestræ Iurisdictionem immittendo, eamque non rarò impediendo transgrediens, extenderit, eum ad originis suæ natiuam institutionem, iurisq; trutinam reuocaui, atque rationes quibus illud,

Infelix lolium, lappa, tribulique nocentes,

Dominico Cellsit. Vestræ agro sarriri eruncariq; possent indidi. Studium porro istud CELS. VESTR. SERENIS. pietati complurium Diœcesium exemptis abundantium Moderatori, Coloniensium Archi Antistiti, Principi & Episcopo nostro Leodiensi, Principi Electori, Vtriusq. Bauariæ Duci, æternùm dico, cōsecroq;. Quem vt Deus Opt. Max. diutissimè Ecclesiæ Catholicæ fœlicissimū in terris conseruet, Beatum verò in Cœlis faciat, meum est ex animo votum. Leodio mensis 27. Ianuarij, Anno 1624.

CELSITVD. VESTRAE SERENISS.
Humillimus & deuotiss. seruus
ERASMVS à CHOKIER IC.

LECTORI.

Abes secundo hoc opere Iurisdictionis ordinariæ in exemptos, & exemptorum à Iurisdictione ordinariâ materiam, quæ ad forensem maximè disceptationem (iuxta parœmiam) πρὸς τὰ ἄλφιτα, id est, ad farinam spectat, ita studiosè discussam, vt nisi me ratio fugit, nulla quæstio ex hoc fonte oriri queat, cuius decisio alterutro ex tractatu meo peti, hauririque non possit. Porrò, licet in hac postrema lucubratione ea præsertim quæ hac in Diœcesi Leodiensi spinosiora, obscurioràque videbantur explicarim, ea tamen ita digessi, vt etiam quæstionibus toto orbe nascentibus non modo facē præbere, sed etiam decisionē ipsam adferre possint. Quo nomine mihi facilius quiuis ignoscet, si forsan in Oceanum priuilegiorum toto orbe dispersorum inuenerit me errore aliquo facti potius quam iuris lapsum esse: scitum enim illud est apud Græcos prouerbium, Anacharsi Scytæ solecismum facienti apud Athenienses ignoscendum. Ad hæc, ne alienarum Ciuitatum priuilegiarias exemptiones peruagans, meæ ego hospes, ab eàque alienus iudicarer, breuiter multa complectens, discussum tibi exhibui Vigintiduumviralium Leodiensium fœdus, Tribunal quidem ad pacem & Reipub quietem aliarumq́ iurisdictionum defensionem à maioribus nostris institutum, sed quod, cùm (vti olim respondit Balduinus *de Vaux nostras insignis IC.) alienarum iurisdictionum factum fuerit* Belua *vorax, ideò vt Poëliam recoquat, ad sui originis normam est reuocandum. Errores porrò typographici, qui subinde in editionem hanc irrepserunt, non mihi longè ab operis præli remoto imputabis, emendabisq́, vti in calce huius libri tibi ostendi. Cæterum, studij huius mercedem (candide Lector) non eam à te desidero quam olim apud Laertium Thales Milesius à suo Mandrayto Prienensi, cui cum philosophica quædam, de sole, & cælo prælegisset, nihil aliud ab eo mercedis exegit, quàm vt apud alios ipsum istius scientiæ gloriaretur autorem:* mercedem multos erudientium ad iustitiam, Daniel.cap.12. *Deum ipsum, qui si, vt spero mihi, ita tibi sit vera studiorum merces, satis est, abundè est.* præterit enim, vt habet Scriptura, figura huius mundi. *Tu his studiis fruere & vale.*

INDEX PARAGRA-PHORVM ET QVÆSTIONVM, HVIVS TRACTATVS TRIPARTITI.

PARS PRIMA:

Scholia in Constitutionem Concilij Lateranensis, Exemptiones à Jurisdictione ordinarij moderantem.

§. PRIMVS.

I Summarium.

35 *Mali-*

35 *Malitiis non est indulgendum.*
36 *Exempti suis priuilegiis saepe abutuntur.*
37 *Lex (Iurisdictionis / Diœcesana)*
38 *Obedientia in quo versetur.*
39 *Exempti debent Episcopo Reuerentiam sed non honorificentiam.*
40 *Potestas episcopalis tripartita.*
41 *Ab obedientia pendet neruus ecclesiastica disciplina.*
42 *Exemptionum mala.*
43 *Causa finalis exemptionum.*

§. SECVNDVS.

Summarium.

1 *Bontifex scire dicitur quod ab aliis audiuit.*
2 *Patriarcha qui dicantur.*
3 *Apud gentiles quadripartitus ordo flaminum, vt & hierarchia Ecclesia quatuor primates.*
4 *Patriarcha an visent.*
5 *Patriarcha an iurisdictionem habeant in subditos suorum suffraganeorum.*
6 *Quid item Metropolitanus.*
7 *Qualis sit iurisdictio Metropolitani in subditos sui suffraganei.*
8 *Cathedra et bimon.*
9 *Collegiata Ecclesia qua dicantur.*
10 *Appellationes personarum an collegia comprehendantur.*
11 *Collegia an habeant iurisdictiones in singulos de collegio.*
12 *Clerici sunt duplicis speciei.*
13 *Clericorum appellatoine monachi non comprehenduntur.*
14 *Regulares subiacent punitioni suorum pralatorum.*
15 *Verbum* sumpserit *qualiter intelligendum.*
16 *Qualis debeat esse correctio.*
17 *Spes venia incentiuum peccati.*
18 *Delinquens spe immunitatis an exemptione gaudeat.*

§. TERTIVS.

Summarium.

1 *Audacia compescenda.*
2 *Committentes enorme crimen an exemptionem amittant.*
3 *Quid sit scandalum.*
4 *Scandali vitandi causa multa sunt speciali iure introducta qua hic recensentur.*
5 *Pralatus non est seueritate à subditis arguendus.*
7 *Reipub. interest delicta non esse impunita.*
8 *Culpa, est non corrigere.*

§. QVARTVS.

Summarium.

1 *D. Bernardi Encomium summi Pontificis.*
2 *Reipub. interest crimina ne maneant impunita.*
3 *Prelati dicuntur medici spirituales.*
4 *Correctio exemptorum penes quos sit.*
5 *Energia dictionis* confestim
6 *Quid si regulares extra eorum claustra delinquant.*
7 *Quid si regulares intra claustra delinquant.*
8 *Ordinarius incarcerans regularem excommu-*

§. QVINTVS.

Summarium.

§. SEXTVS.

Summarium.

§. SEPTIMVS.

Summarium.

§. OCTAVVS.

Summarium.

10 Bulla

§. Decimvs qvartvs.

Summarium.

§. Decimvs qvintvs.

Summarium.

§. Decimvs sextvs.

Summarium.

§. Decimvs septimvs.

Summarium.

§. Decimvs octavvs.

Summarium.

§. DECIMVSNONVS.
Summarium.

PARS SECVNDA.

Conſeruatorum Eccleſiaſticorum Materiam comprehendens.

Quæ-

*** Quæ-

PARS TERTIA.

Materiam conſeruatorum laicorum Tribunali vigintiduum virum Leodienſi comparatam comprehendens.

Quæ-

Finis Indicis Capitum.

TENOR CONSTITVTIONIS
HVIVS LEONINAE.

Leo X. In Concilio Lateranensi.

Regimini vniuersalis Ecclesię (disponente Domino) pręsidentes iuxta Pastoralis officij debitum libenter intendimus vtilitatibus subditorum, & ad conseruandam libertatem ecclesiasticam, & remouenda scandala, ponendam concordiam, & nutriendã quietẽ inter ecclesiarum Prelatos, & eorum subditos, eo propensius Apostolicę solicitudinis studium adhibemus, quo dissensionem talium fore dispendiosam experimento comprobatur, nec non indulta pariter priuilegia eisdem subditis, & ipsorum Pręlatorum dispendium, tam per pręcedessores nostros, quàm sedem Apostolicam concessa ita libenter moderamur; ne exinde scandala procedant, neue ex his vlli detur materia malignandi, & personæ ecclesiasticæ à bono obedientiæ, nec non diuini perseuerantia seruitij nullatenus retrahatur. Sane nuper ad nostrum relatio fide digna peruenit auditum, quod Canonici Patriarcharum metropolitanorum, & cathedralium collegiatarum Ecclesiarum, & alij clerici sæculares plura præsumunt, quæ ipsis infamiã non paruam pariunt, ac alijs inferunt læsionem, prætextu exemptionis ordinariorum correctiones & ordinationes subterfugiunt, ac eorum forum siue iudicium declinant: nonnulli etiam impunitatem suorum excessuum per priuilegium exemptionis obtineri sperantes excessus ipsos committere non verentur; quos nisi per exemptionem, quâ gaudent, crederent se defendi, nullatenus fuissent commissuri.

Hinc itaq; accidit, vt propter eorum audaciam, qui prætextu priuilegii exemptionis impunitatem excessuum obtinere confidentes, nonnulla multoties committant enormia, per quæ plurimum diffamatur Ecclesia, & scãdala grauia gerantur, potissimè autem, cùm talia per eos, ad quos horum spectãt, illa punire negligunt.

Nos volentes ne eo prætextu delicta impunita verbo huiusmodi necessariam inhibere modelam sacro approbante concilio statuimus, vt de cætero illi, quibus exemptorum correctio & punitio à dicta sede demandata est circa illam vigilanter intendant, & diligenter officij sibi commisi debitum exequantur, & quàm primùm eis exemptos ipsos deliquisse legitimè constiterint, ita eosdem exemptos delinquentes puniant, quod ijdem exempti metu pœnæ à suis arceantur insolentijs, & alij eorum exemplo perterriti prosilire ad similia meritò perhorrescant. Et si circa hoc negligentes fuerint diœcesani & alij locorum ordinarij, eosdem, quibus exemptorum correctio huiusmodi competit,

persona-

personaliter, si illorum copia & notitia haberi poterit, alioquin vel si nullus, vel partibus exemptorum ipsorum certus iudex fuerit, eos quorũ sua in præmissis interesse putauerint, per edictum publicum cathedralium seu aliarum Ecclesiarum locorum, in quibus exemptorum iudices huiusmodi residere, seu nullius eorundem exemptorum iudicibus existentibus, ipsos exemptos deliquisse contigerit, valuis affigendum moneant, vt ipsi tales exẽptos delinquentes & criminosos puniant & castigent infra competentem terminum monentiũ ipsorum arbitrio moderandum. Et si ipsi moniti in hoc negligentes fuerint, & id adimpleri neglexerint, seu recusauerint, tunc vt in eo, in quo deliquerint, puniantur, cognitione huiusmodi ea vice sint priuati, & se non intromittant vllatenus de eisdem: sed diœcesani & alij locorum ordinarij huiusmodi contra tales exemptos delinquentes & criminosos autoritate nostrâ ad inquisitionem, vel per accusationem sine aliquibus tormentis procedere, & testes per seipsos examinare possint, ac processum ipsum (quem ratione solennitatis iuris, præterquam ratione citationis omissæ, dummodo delictum alias ritè probatũ fuerit, nullum allegari, vel dici posse prohibemus; sed per eos habitum clausum, & eorum sigillo munitum ad Sedis Apostolicæ examen ipsorum exemptorum delinquentium, expensis etiam in ipso processu factis, ad quorum solutionem ordinarij ipsi possint eosdem inquisitos & accusatos compellere, per proprium vel alium nuntium quanto citius destinare procurent) apud eandem Sedem per Romanum Pontificem vel alium, cui duxerit committendam diligenter examinandum, & ita culpabiles repertos, quod ad condemnationem vel propter sufficientia indicia, propter quæ ad torturam pro veritate exquirẽda procedi valeat, ad ipsos diœcesanos seu ordinarios per eos autoritate nostrâ in causa inquisitionis seu accusationis vlterius legitimè procedendum, & causam ipsam prout iustum fuerit, terminandam, remittendum. Notarij autem dictæ sedis, quorum officium in ipsis primitiuæ Ecclesiæ initijs à fœl. record. Clem. Papa I. ad Sanctorum gesta perquirenda, atq; conscribenda noscitur institutum ad Patronotariatus officium assumpti habitum, & rochettum deferentes, & alij nostri & dictæ sedis officiales actu sua exercentes, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus ab omni ordinariorum iurisdictione sint exempti. Alij verò notarij habitum Patronotariatus non deferentes, nisi illum infra trimestre, & post præsentium publicationem assumpserint, & ipsi ac alij in posterum assumendi habitum & rochettum huiusmodi continuè non gestantes; atque alij nostri, & dictæ Sedis officiales officia sua actu non exercentes tam in criminalibus, quàm in ciuilibus ratione causę summam 25. Ducatorum auri de Camera non excedentis duntaxat eorundem diœcesanorum & ordinariorum iurisdictioni subiaceant: in ciuilibus verò causis summam huiusmodi exedentis plenâ gaudeant exemptione, & à dictorum diœcesanorum & ordinariorum iurisdictione penitus sint exempti.

Dignum quoque,& etiam congruum arbitrantes, quod ex S.Romanæ Ecclesiæ Cardinalium familiaribus illi duntaxat priuilegio exemptionis gaudeant,qui actu domestici & continui sunt commensales, vel ab eisdem Cardinalibus ad ipsorum exequẽda negotia missi,vel qui recreationis causa ad tempus à Romana curia absentes fuerint; cæteris verò etiam familiaritatis litteras habentibus, quominus cohertioni diœcesanorum & ordinariorum eorundem subiaceant,familiaritatis huiusmodi priuilegium nullatenus suffragetur;&cum eisdem diœcesanis, vt monasteria monialium Sedi Apostolicæ imẽdiate subiecta in eorum diœcesibus consistentia semel in anno visitari possint per constitutionem in Concilio Viennensi editam,quę incipit attendentes,plena fuerit data facultas illam innouamus, ac exemptionibus & priuilegiis quibuscũq; non obstantibus districte seruari præcipimus, & mandamus. Per præmissa quoq; eisdem diœcesanis & ordinarijs calibus,quibus in exemptos à iure iurisdictio concessa est,nullatenus præiudicium generetur. Exemptiones autem de cætero absq; rationabili causa, quorum interest,minimè citatis, pro tempore concessas nullius roboris & momenti esse decernimus. Et cùm ecclesiasticus ordo confundatur,si sua vnicuiq; iurisdictio non seruetur,ordinariorum iurisdictioni(quantum cum Deo possumus)fauere ac litibus celerius finem imponi & litigantium immoderatis sumptibus & expensis parci satagentes statuimus, & ordinamus,quod singulæ causæ tam spirituales, quàm ciuiles mixtæ forum ecclesiasticum quomodolibet concernentes & beneficiales (dummodo beneficia ipsa generaliter reseruata non fuerint,& ipsorum singulorum beneficiorum fructus,reditus,& prouen.24. ducatorum auri de Camera secundum cõmunem ęstimationem valorem annuum non excedant) in prima instantia extra Romanam curiam, & in partibus coram ordinarijs locorum duntaxat cognosci,& terminari ita, quod nulli ante diffinitiuam sententiam liceat appellare,nec appellatio (si fuerit omissa) vllatenus admitti, nisi ad interlocutoria, quæ vim habet diffinitiuæ vel è grauamine minimè concernente, negotium principale,quod per appellationem à diffinitiua sententia reparari non possit, nisi aliter collitigantium aduersarij sui potentiam merito perhorrescens,seu alia & probabili & honesta causa aliter, quam per proprium iuramentum saltẽ semiplene probata coram ordinario non auderet litigare Eo enim casu causæ ipsæ etiam appellationum in dicta curia etiam in prima instantia committi,& cognosci,& terminari possint. Alioquin appellationes & illarum etiam aliarum causarum huiusmodi commissiones in posterum, & quidquid inde secutum fuerit, nullius sit roboris & momenti. Iudices autem & conseruatores à Sede Apostolica deputati, si in altero iurium graduati non fuerint assessorem partibus non suspectum ab ipsis partibus vel earum altera requisiti sumere, & secundum eius relationem iudicare teneantur.

Et

Et quia sæpius & multiplici relatione percepimus quamplurimas Ecclesias, & illis præsidentes Episcopos tam citra quam vltra montes vexari in eorum iurisdictionibus iuribus & dominijs, ac turbari à domicellis principibus & nobilibus eorundem, qui sub colore iurispatronatus, quod in beneficijs Ecclesiasticis habere confingunt, nullo priuilegio Apostolico suffulti sine ordinariorum collationibus & literis, & absque aliquo saltem colorato titulo beneficia non solum clericis, sed etiam laicis conferre, Sacerdotes & clericos delinquentes ad eorum libitum punire, decimas omnium rerum, & ad quarum solutionem de iure tenentur, ac cathedraticum & alia, quæ legis diœcesanę & iurisdictionis sunt, & ad ipsos Episcopos duntaxat pertinent, temerè auferre fraudare, vsurpare, seu vt præmissa fiant, mandare, ac ipsa & fructus quoscunque, ne à ciuitatibus, terris, & locis eorum extrahantur, prohibere feuda, possessiones, & prædia occupare & indebite detinere, seu ad feuda & bona ipsarum Ecclesiarum eis concedendum ac Ecclesiastica personis per eos nominatis conferendum minis & terroribus ac alijs vijs indirectis inducere, & compellere, & alia quamplurima damna, iacturas & iniurias Ecclesijs & earum Prælatis ac Clericis præfatis inferri non modo permittere, sed etiam expressè mandare præsumant. Attendentes igitur, quod laicis & clericos & personas Ecclesiasticas ac bona Ecclesiastica non est attributa facultas, atque æquum, & iustum esse, vt in eos iura insurgant, qui illa offendere præsumunt.

Nec non considerantes, quantum ex his tam nostro & Apostolicæ Sedis honori, quàm personarum Ecclesiasticarum quieto & prospero statui non sine damnanda pernicie derogetur, ac cupientes eos, quos ad obseruãtiam iurium, virtutum præmia non inducant, tam adiectarum exaggeratione pœnarum, quàm adijciendarum de nouo formidine à temerarijs ausibus refrenare omnes & singulas constitutiones, quæ super decimarum solutione, & contra violatores & raptores Ecclesiarum, & incendiarios agrorum depopulatores, & tam S. R. E. Cardinalium, quàm venerabiles fratres nostros Episcopos & alias personas Ecclesiasticas seculares & regulares capientes, detinentes, & eorum iurisdictionem & iura quomodolibet indebitè occupantes; aut eos in eorum iurisdictionis exercitio perturbantes, seu molestantes, eos quoque ad conferendum beneficia Ecclesiastica personas per eos nominatim aut alias de illis pro eorum libito voluntatis disponendum, & feuda ac bona Ecclesiastica in emphyteusim concedendum, aut alias vendendum temerè compellentes, nec non statuta contra libertatem Ecclesiasticam faciẽtes, & ad præmissa auxilium, consilium, vel fauorem præstantes hactenus emanarunt, innouamus.

Et cum ea nedum iuri contraria, sed & Ecclesiasticæ libertati opprobriosa sint quamplurimum, & aduersa, vt de officio nobis credito dignam Deo possimus reddere rationem; affectibus & monitis paternis Imperatorem, Reges, Duces, Marchiones, Comites, Barones, & quos-

cumque alios alterius cuiuscumque nobilitatis, præeminentiæ, potentiæ, seu potestatis excellentiæ, vel dignitatis existentes, attentè hortamur in Domino, eisdem in virtute Sanctæ obedientiæ mandantes, vt ipsi constitutiones prædictas obseruent, & faciant etiam à suis subiectis inuiolabiliter obseruari quacunque consuetudine contraria non obstante, si diuinam offensam & Sedis Apostolicæ debitam vitare voluerint vltionem, ac collationes de dictis beneficijs sic factas nullas & irritas nihilominus esse decernimus, ac illis vtentes reddantur inhabiles ad alia beneficia Ecclesiastica obtinenda, donec cum eis super hoc per Sedem prædictam fuerit dispensatum: Maturè quoque considerantes, quod post Christi ad cœlos ascensionem Apostoli per singulas vrbes & diœceses Episcopos distribuerunt, sicut Sancta Romana Ecclesia per orbem constituit eosdem Episcopos in partem sollicitudinis vocando onera gradatim distribuendo per Patriarchas, Primates, Archiepiscopos ac sacris etiam canonibus fuerit diffinitum, per eos pro morum correctione & controuersiarum decisione & determinatione, ac mandatorum Domini obseruatione fieri debere Concilium Prouinciale ac Synodum Episcopalem, vt deprauata corrigerentur, & illa facere negligentes canonicis pœnis subiacerent, cum conueniat nos circa ea, quæ rempublicam Christianam concernunt, esse intentos desiderantes canones ipsos firmiter obseruari eisdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis districte iniungimus, vt de officio ijs commisso dignam Deo possint reddere rationem, canones, Concilia & synodos huiusmodi fieri mandantes quocunq; priuilegio non obstantibus inuiolabiliter obseruent, præterquam quoad Concilium Prouinciale, quod de cætero singulis triennijs fieri mandamus, ad illaque etiam exemptos accedere debere decernimus priuilegio & consuetudine quacunque contraria non obstantibus. Circa hoc autem negligentes pœnas in eisdem canonibus contentas se nouerint incursuros. Et cum constitutione in Concilio Viennensi edita, quæ incipit, In plerisque, vt Pontificiæ dignitatis honor seruaretur, statutum fuerit, ne in Ecclesijs cathedralibus (sine quibus spiritualia diu esse non possunt) priuatis ac clero & populo Christiano carentibus de aliquibus personis, præsertim religiosis prouideretur, constitutionem ipsam innouamus, inuiolabiliter obseruari debere volumus atq; mandamus; nisi aliqua iusta causa in consistorio nostro secreto approbanda alias duxerimus faciendum. Nos enim quicquid contra præmissa vel aliquo præmissorum contigerit attentari, irritum decernimus, & inane contraria quacunque constitutione, vel priuilegio non obstantibus.

Datum Romæ, Anno Domini 1515. 4. Nonas Max. Pontificatus nostri Anno tertio.

PRIMA



PRIMA PARS.

SCHOLIA.

IN CONSTITVTIONEM CONCILII Lateranenſ: Exemptiones à Iuriſdictione Ordinarij moderantem.

§. PRIMVS.

SVMMARIVM.

1. CVra & ſollicitudo paſtoralis.
2. Baculus paſtoralis quis deſignet.
3. Pontifex cur baculum paſtoralem non geſtet.
4. Pontifex præſidet vniuerſitati Eccleſiæ.
5. D. Bernardi encomium de ſummo pontifice.
6. Energia dictionis iuxta.
7. Paſtorale munus deſcribitur.
8. Pontifex proſperitati Eccleſiæ aduigilat.
9. Libertas Eccleſiaſtica quæ dicatur & in quibus conſiſtat.
10. Statuta & conſuetudines contra Eccleſiæ libertatem non valent.
11. Qui à cenſura violationis Eccleſiaſticæ eximantur.
12. Scandali ſignificatio.
13. Duplex ſcandalum.
14. Scandali multa ſpecialia.
15. Pontificum prima ſollicitudo eſt pax & quies Eccleſiæ.
16. D. Conſtantinus Imperator pacis amator.
17. Pontifices diſſidia conciliant.
18. Diſſidia etiam priuata & lites damnoſa.
19. Analogia inter bella & lites.

20. Origo frequens bellorum & huius causa.
21. Experientia rerum magistra.
22. In rescriptis nihil debet abundare.
23. Indultorum & priuilegiorũ differentia.
24. Exemptiones disciplinæ Ecclesiasticæ præiudiciales.
25. Significatio S. Sedis.
26. Sedis Apostolicæ significatione quid veniant.
27. Quid nomine sedis.
28. Qui dicantur habere sedem.
29. Moderari quid sit.
30. Ratio huius constitutionis.
31. Exemptiones aduersantur disciplinæ Ecclesiasticæ.
32. Mala quæ ab exemptionibus oriuntur.
33. Causa exemptionum.
34. Vtilitas exemptionum.
35. Malitijs non est indulgendum.
36. Exempti suis priuilegijs sæpe abutuntur.
37. Lex { Iurisdictionis. / Diœcesana. }
38. Obedientia in quo versetur.
39. Exempti debent Episcopo Reuerentiam sed non honorificentiam.
40. Potestas Episcopalis tripartita.
41. Ab obedientia pendet neruus Ecclesiasticæ disciplinæ.
42. Exemptionum mala.
43. Causa finalis exemptionum.

(1) REGIMINI (2) vniuersalis Ecclesiæ (3) (disponente Domino) præsidentes, (4) iuxta (5) pastoralis officij debitum, (6) libenter intendimus vtilitati subditorum, (7) & ad conseruandam libertatem Ecclesiasticam (8) & remouenda scandala, (9) ponendam concordiam & nutriendam quietem, (10) inter Ecclesiarum prælatos & eorum subditos (11) eo propensius Apostolicæ sollicitudinis studium adhibemus, (12) quo dissentionem talium fore dispendiosam (13) experimento Comprobatur, (14) nec non indulta pariter & priuilegia (15) eisdem subditis in ipsorum prælatorum dispendium (16) tam per prædecessores nostros (17) quam Sedem Apostolicam concessa (18) ita libenter moderauimus, ne exinde scandala procedant, (19) neue vlli ex his detur materia malignandi, (20) & personæ Ecclesiasticæ à bono obedientiæ (21) nec non diuini perseuerantia seruitij nullatenus retrahatur.

SCHOLIVM.

SCHOLIVM.

(1)
EGIMINI. Summus Pontifex sanctiones suas exordiri
consueuit à Cura & sollicitudine Pastoralis officij, vti
videre est ex proœmio sexti & Clementinarum varia- 1
rumque extrauagantium tam communium quam Io-
annis 22. Cum enim (inquit Bonifacius in proœmio
sexti) Sacrosanctæ Ecclesiæ præsideamus, curis solli-
citamur continuis & assiduâ meditatione vrgemur vt
iuxta creditæ nobis dispensationis officium, subdito- »
rum commodis in quorum prosperitate vtique prosperamur iugi solicitudinis »
studio intendamus, amplectimur quippe voluntarios pro ipsorum quiete labo- »
res & noctes quandoque transimus insomnes. Et alibi Ioannes 22. *in clem. super* »
gentes de consuetudine. Super gentes & Regna Romanus Pontifex à Domino »
constitutus circa gregem sibi creditum curam pastoralis sollicitudinis exercet, »
errata corrigit, aspera in plana conuertit & commisso sibi populo salutis incre- »
menta ministrat. »
Disquiri posset hoc in loco, qualem & quantam habeat summus Pontifex ad- »
ministrationem seu potestatem in temporalibus rebus totius orbis, non modo »
ratione peccati dumtaxat vti voluit Nauarrus *in cap. nouit. de iudicijs*, sed etiam
directe & principaliter quod multis rationibus auctoritatibusque pertractat Ia-
cobus Anthonius Marta Iurisconsultus Neapolitanus *tractatu de Iurisdict. inter*
Ecclesiast. & secularem exercendo par. 1. cap. 25. & 26. & admodum eleganter
Boëtius Epo. *tract. Heroic. & Ecclesiast. quæst.* Nauarrus *cap. Nouit. de iudicijs.* Il-
lust. Cardin. Bellarminus *tract. de Potest. in Princip.* Sed hæc velut ab instituto
nostro remotiora omittam. Illud tantum obiter indigitandum, curam sollicitu-
dinemque Pontificalem pastorali baculo denotari qui cum acutus sit in imo,
rectus in medio, recuruus in summo, significat in Pontificis officio esse vt pun-
gat pigros, regat debiles, colligat vagos, quod antiquo versu explicauit Innocen- 2
tius Tertius *lib. 1. de Officio Missæ cap. 50.*

In baculi forma præsul datur hæc tibi forma.
Attrahe per primum medio rege punge per imum.
Collige, sustenta stimula, vaga Morbida lenta.

Cur autem Romanus Pontifex pastorali virga non vtatur, refert idem 3
Innocent. ideo esse quod B. Petrus Apostolus baculum suum misit Eucha-
rio primo Treuirensium Episcopo, quem vna cum Valerio & Materno ad præ-
dicandum Euangelium Theutonicæ genti destinauit. Cui successit in Episco-
patu Maternus qui per Baculum Petri de morte fuit suscitatus, quem baculum
cum magna vsque nunc veneratione Treuirensis seruat Ecclesia, ita Innocent.

Tertius in opusculo suo de Officio Missæ quod abhinc annis prope quadringentis non sine bono publico edidit. Aut melius dic cum D. Thoma 4. *dist.* 14. Pontificem non vti baculo, quia non habet coarctatam potestatem quod curuatio baculi designat; qua de re etiam Hieron. Sanctus *de different. vtriusque iuris. differ.* 24. *num.* 34.

4 (2) *Vniuersalis Ecclesia.* Quid ni enim toti orbi præsideat is qui Princeps
„ est Episcoporum, hæres Apostolorum, primatu Abel, Gubernaculo Noë,
„ Patriarchatu Abraham, Ordine Melchisedech, Dignitate Aaron, Auctoritate
„ Moyses, Iudicatu Samuel, Potestate Petrus, Vnctione Christus? *D. Bernard. 2. de*
5 *considerat. ad Eugenium.* Et quidem regimen hoc, pontificiamque potestatem agnoscens Ludouicus XI. Franciæ Rex, hac animi submissione scripsisse reperitur Pio II. Beatissimo patri nostro Pio papæ II. Obedientiam filialem Te Vicarium DEI viuentis & veneratione prosequimur vt sacra præsertim in Ecclesiasticis rebus tua monita veluti voce pastoris audire illisque parere prompta mēte velimus, Te principem totius Ecclesiæ, Antistitem Sacrorum, Te Dominici gregis pastorem profitemur, teque iubentem sequimur. Itaque sicut mandasti pragmaticam sanctionem tuæ sedi infensam à regno nostro pellimus, deijcimus penitusque abrogamus. Datum Turonis 27. Nouemb. Anno 1461. Regni nostri primo.

(3) *Disponente Domino præsidentes*, qui omnia regit in numero pondere & mensura inquit Sapiens vel vt inquit glo. *in extrauag. Ioannis 22. incip. ad onus verb. Superna dispositione.* hoc dicit quia non debet sibi quisquam honorem assumere nisi qui vocatur à Deo tanquam Aaron. *8. quæst. 1. in scripturis extr. de elect. cap qualiter post obitum C. de Episc. & cler. l. si quenquam*, potissime autem in tanti honoris fastigio, cum vniuersitas fidelium ex illius incolumitate animaduertat se pendere propensius *50. dist. cap. 11. papa* iuxta illud : integritas præsidentium salus est subditorum *62 dist. cap. miramur in corpore, authent. vt iudicantes siue quoquo suffragio §. cogitatio col. 2.*

6 (4) *Iuxta.* dictio hæc pónitur assertiue *cap. Abbate de verb. sig.* & continuatiue *l. fistulam §. iuxta ff. de Seruitut. vrb. præd. Albertus de Pergama tract. de præpositionib. num. 28.*

7 (5) *Pastoralis Officij debitum.* Pastorale munus sibi commissum describit Clem. V. *extrauag. ex superna. De præbend. & dignit.* in hæc verba. Ex supernæ prouidentia maiestatis, cuius vniuersa dispositione reguntur: ad Apostolicæ præeminentiam dignitatis licet. (insufficientibus meritis) euocati, gregem Dominicum nostræ vigilantiæ creditum vndique contemplamur: illumq; salubri studemus pastoris more vigili (quantum nobis ex alto permittitur) obseruantia custodire, vt de illo possimus ad ipsius laudem cuius exercemus vices in terris, dignam,

dignam, in extremo iudicio reddere rationem. Ideoque nos diligens cura sollicitat, continua pulsat instantia, & curiosior sollicitudo per vrget, vt circa statū fidelium salubriter dirigendum sic efficacibus studijs & promptis operibus intendamus, quod per nostræ cooperationis ministerium erga sanctam matrem Ecclesiam, deuotio filiorum concrescat, ipsorum cessent grauamina, & tranquillitatis ei proueniat incrementum, quod tunc recte agere credimus cum molestis euentibus viam præcludimus, indirecta dirigimus, subtractamus noxia & salubria procuramus.

(6) *Libenter intendimus vtilitati subditorum.* Ecclesiæ Catholicæ eiusque fidelium dispendia dissimulare non solet pontifex, sed postquam ei cognita sunt, aduersus ea opportunis remedijs occurrit *Io.22.in extrauag. Ecclesia Romana de maioritat.& obedient.* neque tantum dispendia propellit sed et vtilitati fidelium inuigilat, eorumque prosperitate se quoque prosperari testatur *in proemio sexti §. sacrosancta.*

(7) *Est ad conseruandam libertatem Ecclesiarum.* Libertatem Ecclesiasticam 8
quam hæretici ex professo impugnant, & Catholici eam victando censuras pontificias sæpe incurrunt, diffinitur esse ius inhærens generatim Ecclesijs Ecclesiasticisue personis vtendi priuilegijs ipsis à Deo vel homine concessis tam quoad se quam quoad res suas. Dixi ius inhærens generatim Ecclesijs. Quia libertas hæc opinione nonnullorum consistit in ijs priuilegijs & iuribus, quæ generaliter toti Ecclesiæ omnibusue Ecclesiasticis personis competunt, *Caietanus in summa verb. excommunicatio cap.31. Nauar. in Manuali cap.27.num.119. Iac. de grassis libr. 4.decis. casuum conscientiæ in expositione bullæ cœnæ Domini, num.120 Innocent. cap. nouerit de sent. excom. Bartolom. Vgolinus de censuris pontifici reseruatis par. 2. vers. nec non qui statuta num.6.fol.377.* quam proinde iuxta eos non incurrunt qui iura particularis Ecclesiæ violant, *Innocent. Abb. & Doctores cap. nouerint de sent. excom.* De quo plenius infra.

Subieci Ecclesijs Ecclesiasticisue personis. Quia libertate hac Ecclesiastica, solū gaudent Ecclesiæ, locaque pia & personæ Ecclesiasticæ ac ab ijs dependentes. Denique annexui vtendi priuilegijs ipsis à Deo vel ab homine concessis, ob diuersitatem priuilegiorum quæ ipsis partim diuinitus, partim humanitus per pontifices vel imperatores concessa sunt.

Porro libertatem hanc contingit violari multis modis quos strictim partim 9
ex Ioanne Lupi iurisconsulto Segobiensi *tract. de libertate Ecclesiast. par.2.quæst. 10.* partim ex alijs perstringo *Barthol. Vgolin. de censuris Eccles. reseruatis Gregor. Sayr. in Thesauro Theolog. moral. Nauar. in manua. cap.27.*

I. Per extractionem personarum ad loca sacra legitime confugientium *c. inter alia de immunit. Eccles.* qua de re extat Gregoriana constitutio quam recensui lib.

in

in loco *lib. 4. de iurisdict. ord. in exemptos quæst. 65.* eamque prolixe enucleat Prosper Farinaceus apud quem vide quando censeri debeat extracta legitima.

II. Per exercitium actuum forensium sacris in locis *cap. 1. cap. cum Ecclesia de immunit. Eccles. cap. decet. §. cessat eod. in 6.*

III. Compellando clericos ad tutelam laicorum *cap generaliter 16. quæst. 1.*

IV. Cum laici cognoscere volunt de causis clericorum *cap. nullus iudicum cap. sacerdotibus 11. quæst. 2.*

V. Vocando in ius clericos coram iudicibus laicis *d. cap. nullus d. c. sacerdotibus.*

VI. Vi aut metu absolutiones à censuris extorquendo *cap. unico quod met. caus. in 6.*

VII. Per subtractionem direptionemue bonorum Ecclesiasticorum *cap. qui Christi, cap. nulli can. quicunque 12. quæst. 2. cap. conquestus de foro compet.*

VIII. Per occupationem bonorum clericorum *cap. similiter c. quia iuxta 16. q. 1.*

IX. Reuocando donationes Ecclesiæ factas *cap. sunt qui apes, cap. sacrilegium 17. numer.* 4.

X. Per incendia & rupturas Ecclesiarum *c. Canonici 11. quæst. 4. cap. conquestus de sent. excom.*

XI. Cogendo clericos absque superiorum venia vt ad curiam suam veniant *c. si quis Episcopus 23. quæst. 8.*

XII. Nitendo priuilegia Rom. Ecclesiæ violare *c. omnes dist. 22.*

XIII. Per iniectionem manus laicæ in personam clericalem *c. si quis suadente 17. quæst. 4.* qua de re late Nauar. in manuali *cap.* 27. & Couarruuias *in cap. alma mater de sent. excom. in 6.*

XIV. Per directam aut indirectam viam qua clerici arceantur à conuersatione secularium aut ab ijs quæ necessaria illis sunt priuantur *c. fin. de immunit. Eccl. in 6.*

XV. Indicendo Ecclesiasticis personis collectas tallas vel alia pedagia *cap. non minus, cap. aduersus de immunit. Eccles. cap. 1. eod. in 6. cap. quanquam de cens. in 6. Lupi de libert. Eccles. par. 1. quæst. 1. & seqq.*

XVI. Impediendo ne litteræ Apostolicæ in eorum territorio sine eorum licentia publicentur aut executioni demandentur, *cap. quoniam de immunit. Eccles. in 6.*

XVII. Impediendo decimarum solutionem vel etiam eas occupando *can. decimas 16. quæst. 7.*

XVIII. Directe vel indirecte compellendo Ecclesiasticos vt sua beneficia resignent, *Clem. multorum de pœnis.*

XIX. Electiones Ecclesiasticas turbando aut illarum libertatem quandocunque inquietando directe vel indirecte ideo iniuriam laico inferendo, *cap. si cante uncti vbi gloss. de elect. in 6.*

XX.

XX. Laici qui beneficia Ecclesiastica conferre præsumunt, *cap. si qui deinceps cap quoniam 17. quæst. 7.*

XXI. Multis in casibus relatis in Bulla Cœnæ Domini qua de re videri poterunt quotquot hanc bullam commentarijs suis enuclearunt, *Sayrus. Nauar. vbi supra Toletus in summa. Vgolin. d. loco.*

XXII. Condendo statuta quibus non modo impeditur aut retardatur executio literarum Apostolicarum dandoque ad hoc consilium directè vel indirectè *Petrus Matthei in 6. decretalium Tit. de rescriptis cap 2. vbi describitur bulla Leonis X. edita anno 1518.* Sed etsi aliquo respectu tendant in preiudicium libertatis Ecclesiasticæ, *cap. nouerint cap. graue de sent. excom. late Iacob Anton. Martha de Iurisd. inter Ecclesiast. & secularem exercenda par. 4. casu 1. & seqq. Nau in Manu. c. 27. num. 119. vbi vide qualiter quis excusari possit, late etiam Gregor. Sayr. in Thesauro Theolog. moralis tom. 1. lib 3 cap. 19. num 2. & 9. Barthol. Vgolinus de censuris pontifici reseruatis vers. nec non fol. 377. & seqq.* vt puta si clerici timidiores aliunde reddi possint laici vero audatiores, *Rochus de Curt. de consuetudine num. 455. late Barth. Auth. Cassa de sacros. Ecclesi.* eiusmodi enim consuetudines & statuta ipso iure non subsistunt conditoresque vt & alij libertatis Ecclesiasticæ temeratores in censuram excommunicationis pontifici reseruatam incurrunt, *Nauar. Vgolin & DD. iam citati, Rochus de consuet. num. 353. Euerard. cons. 158. in fine.* 10

Quod ampliatur etiamsi violatores libertatis huius essent Ecclesiastici qualicunque præfulgentes dignitate. Nam & ipso iure plus impingunt quo magis Ecclesiam quam fouere deberent violant, *arg. cap. fin. de post. Marian. Soc. cap. nouerint. de sent. excomm. num. 7. Vgolin. d. loco §. 3. fol. 382.*

Ampliatur 2. etiamsi Ecclesiasticæ personæ aduersus quarum libertatem aliquid committitur excommunicatæ essent, *Barth. Vgolinus de censuris cap. 13. §. 15. num. 7. cum seqq. tabul 1.* quod & in exemptionibus ostendi alio in meo tractatu.

Ampliatur 3. vt excommunicentur etiam notarij & alij quicumque auxilium vel fauorem præstantes, *cap. nouerit. de sent. excom.*

Ampliatur 4. vt etiam excommunicentur iudices qui secundum ea iudicauerint, *d. cap nouerint.*

Ampliatur 5. Vt etiam ij omnes comprehendantur qui statutis talibus vtuntur, *d. cap. nouerit. Vgolin. de Censuris par 2. vers. nec non §. 5. fol. 389. col. 2.*

Ab hac porro regula violationis Ecclesiasticæ libertatis eximo in primis Pontificem Roman. is enim exlex est suaque constitutione ligari non potest, *Vgolin. d. loco de censuris Pontifici reseruatis part. 2. vers. nec non §. 4. fol. 385. Soc. d. cap. nouerint. num. 7. Abb. cap. vniuersitatis in fin. de sent. excom.* 11

Eximo 2. eos omnes qui accedente licentia & consensu summi Pontificis quid committunt, quod libertati Ecclesiasticæ repugnat. Dubium enim non est quin

Pon-

Pontifex legem quam tulit relaxare ac ab eius pœna possit alios eximere, *Vgolin. d. loco fol. 386. col. 1.*

Vnde pullulat quæstio num Pontifex eximere possit quempiam à pœna inijcientis manus violentas in clericum, Quam ne cancellos nostros egrediar, prætereo, videri poterit distinctio Abbatis Hostiensis Socini *cap. peruenit num. 395. de sent. excom. Vgolin. d. loco fol. 386. col. 1.*

Eximo 3. statuentes quamdiu statutum non est promulgatum. Tum quod ante promulgationem non ligat, §. *in istis* §. *leges instituũtur dist. 4.* Tum quod bullæ in violatores Ecclesiasticæ libertatis insit clausula FECERINT ORDINAVERINT ET PVBLICAVERINT copula enim. Et, requirit concursum copulatorum, *l. si heredi plures ff. de cond. instit.* estque in pœnis benigna interpretatio facienda, *cap. odia cap. in pœnis de Reg. iur. in 6. & l. interpretatione ff eod.* ideoque qui quid in libertatem hanc facere cœperunt, sed non perfecerunt in censuram incidisse dici non debent quia verbum illud fecerint rem perfectam designat, *l. 3. §. hæc verba ff. de neg. gest. fel. d. cap. nouerint. num. 4. vers. item adde.*

Eximo 4. ignorantia probabili aliquid contra hanc libertatem committentes, *cap. fin. de const. in 6. cap. Apostolica de cler. excom. minist r. Mar. d. cap. nouerit num. 16. Iacob. de grassis li. 4. decisionum casuum conscient. in exposit. bullæ Cœnæ Domini n. 122.* Qualis autem censeri debeat talis ignorantia & qualiter differat à crassa supina & affectata, distincte docet Gregor. Sayr. *in Thesaur. Theol. moralis tom. 1.*

Eximo 5. vniuersitatis statuta facientes. Non enim possunt vniuersitates excommunicationis censuram incurrere, *cap. Romana §. vniuersitatem de sent. excomm. in 6.*

Eximo 6. eos actus qui per se & sua natura Ecclesiasticæ libertati non repugnant sed per accidens, *Caietanus in summa verb. excomm. cap. 31. vers. sexto, nota Nauar. d. cap. 27. num. 120. vers. nota, Abb. cap. fin. in fin. de Reb. Eccles. non alien. Iacob. à grassis d. loco num. 121. Vgolin. vbi supr. fol 388. col. 2.*

Quid autem de statutis quæ simul contra consanguineos clericorum & quæ non principaliter sed secundario aduersantur vide fuse Rochum de Curte *de consuet. numer. 456. & 459. Barthol. & DD. authent. cassa C. de Episcop. & Clericis.* Item de statuto, ne collega vocet collegam in ius coram iudice Ecclesiastico, quod non sit contra libertatem Ecclesiasticam respondit Nauar. *cons. 6. de immunit. Eccles.*

Denique nonnulli eximunt à specie huius excommunicationis eos qui aliquid committunt aduersus priuilegia alicuius particularis Ecclesiæ, *DD. in principio huius Scholij citati,* quamuis tamen non eximant ab alia excommunicationis specie, quam ij incurrunt qui Sanctæ Sedis ac quarumcumque Ecclesiarum particularium iura quomodolibet directe vel indirecte expresse vel tacite violant,

Caie-

Caietan.d.cap.31.Nauar.in d.cap.27.numer.119.Vgolin.d.n.6.DD.in principio citati. Imo opinione aliorum non paucorum Doctorum classicorum ne quidem ab excommunicatione principaliter lata in temeratores Ecclesiasticæ libertatis. *Card. Florent.cap.propendimus de sent.excom.Io. Andr.c.fin.col.fin.de immunit.Eccles.in 6. Rochus de Curte de consuet.num.457.Felin.cap.Eccles.Sanctæ Mariæ de constit.* Iniuria enim vni Ecclesiæ facta omnibus alijs Ecclesijs illata censetur *cap.2. de reb.Eccles.non alien.vbi Abb.cap.2 de foro compet.*& hanc opinionem defendit plenissime Baptista de S.Seuerino.*l.omnes populi col.13 ff.de iustitia & iure.* Itaque si vna Ecclesia ius habeat v.g. decimandi in alia Parochia,præscriptione vel consuetudine acquisitum non poterit isti Ecclesiæ inuitæ tale ius citra violentiam libertatis Ecclesiasticæ auferri,*Moneta de decim.6.cap.8.quæst.1.num.16 & seqq.Vgolin. de censuris Pontifici reseruatis part.2.vers.necnon §.6.col.2.vers.quare si vna Ecclesia.* vt nec iura priuilegiaue harum exemptionum posse citra censurarum incursum volari alio in loco ostendi. Quod & de violatoribus priuilegiorum exemptionumque ordinis S.Augustini constituit Cœlestinus Papa anno 1294. 5.Kal. Decembris & Leo X.anno 1514. vti compertum est ex priuilegijs eiusdem ordinis pridem typis editis. Postremo eximuntur à censura hac; ij qui sine dolo & contemptu contraueniunt,vti alio loco scripsi, *De Iurisd.ord.in exempt.libr.4.qu.75.* Signanter quo ad forum interius non vero exterius. Eo ipso enim est contemptus ex quo iurisdictio & libertas Ecclesiæ violatur, vt proinde à tali censura tutius sit absolutionem postulare,*Card.Sabar.Clem.1.in princip.quæst.39.num.21 in fin. de priuilegijs.* Signanter porro si ignorantia non sit inuincibilis sed supinæ & crassæ qua de re late Gregor.Sayrus *libr.1. cap.18.numer.31. Nauarr.in manual. cap.27.numer.16.*

(8) *Et remouenda scandala.* Scandalum vox est græca, frequens apud cano- 12
nistas offensionem seu offendiculum significans,à ruina dictum,quod occasio sit cadenti si quid obstet eunti, *Fel.c.nihil num.2.sub finem de præscript.*

Duplex dari solet scandalum:pusillorum & Pharisæorum, illud vitandum est
hoc neutiquam,*Nauar.cons.9.num.11.de ijs quæ vi nullusque.* Porro scandali eui- 13
tandi causa multa sunt speciali iure introducta teste Felino *c. nihil num.2.de præscript.* qui refert 33.specialia & Andrea de Barbatra *tractatu de Origine & præstan- 14
tia cardinalium prima quæst.partis primæ num.37.& 38.*qui etiam eadem in materia quam plurima conglomerat quæ breuitatis gratia prætereo. Est autem adeo scandalis obuiandum,vt ne quidem Pontifex suas suorumue leges reuocet,si inde scandali occasio oriri possit,vti latè respondit Nauarrus *Cons. 2. in fin. Qui filij sint leg.* Generaliterque quod ratione scandali liceat aut non liceat dilucide ostẽdit Abbas *cap.nisi num.12.& 13.cum apost. de renuntiat. Aurea nouilia Angelus Syluester & alij casuistæ.* Denique peccata eorum qui alijs exemplo prælucere

deberent alios ad similia committendum inuitant *cap. magna post pr. de voto Io. de anchina. cap. significauit num. 4. de adulte ijs.* De qua materia paulo plenius infra tractabimus *Scholio 41.*

15 (9) *Ponendam concordiam & nutriendam quietem.* Summos Pontifices semper studuisse paci & quieti fidelium, testatum reliquit de se Sixtus quartus *extrauag. ad vniuersales de treuga & pace.* Ad vniuersalis Ecclesiæ regimen diuina disponente Clementia vocati, inter alia pro commissorum populorum votiua dilectione nil occurrit præstantius quam exorta inter personas Ecclesiasticas principis tenebrarum astutia, discordiarum fomenta pro nostræ sollicitudinis occursu protinus extinguere vt cuiusuis altercationis salubriter euulsis seminibus pacis & tranquillitatis dulcedinem inter creditos nobis populos diuina nobis adsistente gratia imponere & conseruare valeamus.

Itaque Leo decimus in sua hac constitutione vnice satagit & studet paci & tranquillitati subditorum, vt ipse Deus colatur ac veneretur ab omnibus in vnione quiete & pace *tex. cap. 1. de treuga & pace.* Scimus enim & ex euidentia facti colligimus inquit Bonifacius octauus, *extrauag. super Cathedram §. scimus de sepulturis.* quod non nisi in pacis tempore bene colitur pacis autor nec ignoramus quod dissentiones & scandala prauis actibus aditum præparant rancores, & odia suscitant, illicitis moribus ausum præbent. Proinde in Concilio Cartaginensi mandatum est Episcopi vt discordantes clericos vel ratione vel potestate ad concordiam reuocent Retractariosq; & inobedientes anathematisent *tex. c.*
16 *discordantes dist. 90.* Quam autem D. Constantinus Imperator fuerit pacis & cōcordiæ studiosus, satis ostendit eius ad Patres Concilij Niceni Oratio relata à Nicephoro *Eccles. hist. lib. 8. cap. 16.* in hæc verba. Pervelim vos omnes eadem cogitantes & animorum consensu in eadem sententia consistentes videre: Rebus enim malisque adeo quæ quis eloqui possit omnibus longe deterius mihi esse duco quod Ecclesiam Dei seditionibus inter se dissidentem & contrariis hostiliter sententijs confligantem cerno. Quandoquidem autem (quod sane factum nollem) quæ à me relata sunt omnibus iam innotuere; quo dolore animum meum percussum esse putabis quum inuolutis seditionibus esse vos audirem, quod minime omnium à vobis factum oportuit qui Dei ministri & pacis præcones designati estis. Quis iam alijs quieta Consilia sequi persuadebit, quando vos tam hostiliter arma sumitis & inter vos depugnatis? Non enim vesanus fuit sanctus ille Imperator intestinis Ecclesiarum dissidijs hostes Euangelij delectari viriumque incrementa assumere vti bene aduertit Niceph. *d. cap. 16. & lib. 7. cap. 43.*

17 (10) *Inter Ecclesiarum Prælatos & eorum subditos.* Proinde Leo decimus hac sua constitutione controuersias & dissentiones à pacis emulo satore Zizaniæ *d. extrauag. super Cathedram §. olim de sepulturis.* Suscitatas extinguere satagit præcisis-

eisque radicibus dissidiorum vepribus,& litigiorum anfractibus omnino subductis vult vt inter prælatos subditosque pacis tranquillitas vigeat,feruor charitatis exestuet,inualescat concordiæ virtus, animorumque identitas perseueret, *d.extra supra Cathedram in pr.* Talique concordia gaudet altissimus & gloriatur in membris suis,inquit Auicius Papa *cap.Archiepiscopus 9.qu.3.*

(11) *Eo propensius Apostolicæ solicitudinis studium adhibemus.* Nam salutem Reipub.tueri nulli magis conuenit quam Principi,inquit Paulus I C. *l.nam salutem ff.de officio præfecti vigilum.* Ideoque Summis Ecclesiæ Pontificibus semper fuisse curæ quietem & pacem Ecclesiæ, eamque vigere non posse nisi discordiarum fomenta extinguantur supra in nouo glassemate ostensum est. Constantinoque Imperatori nihil fuisse antiquius quam dissidiorum fomenta tam inter suos subditos quam Ecclesiasticos componere,eleganter describit Nicephorus *Histor.Eccles.lib.8.cap.16.*

(12) *Quo dissentionem talium fore dispendiosam.* Proximus enim gradus ad 18 mutationem & euersionem rerumpublicarum est discordia subditorum tam inter se, quam Prælatos dissentio. Etenim discordia dicitur à diuersitate cordium, *glo.Clem.1. de iureiur.* Eaque causa solet esse primarum calamitatum humani generis, *Bald.l.1.col.1.C.de ser.fug & in l.1.C.de ca. tollendis.* Vti multis exemplis ostenditur in thesauro politicorum aphorismorum Ioannis à Chokier fratris mei *lib.6.cap.1.vers. producantur in primis.* Sed & damnosissima sunt dissidia priuata quæ ex litibus forensibusque contentionibus eruuntur, vti latè prosequitur Gonsales de alternatiua mensium §. 7.*num.11.& seqq.* Et Neuizanus *in syluam nuptiati lib.6.num 8.* Contentiones enim illæ forenses analogiam habent & similitudinem cum armorum concertationibus *Gall.lib.1.obs.73.num.4.* Teste Ouidio ad Pisonem:

Nec eum si bella quierunt,
Occidit & virtus, Iuuat exercere togatæ.
Munera militiæ iuuat & sine sanguinis haustu,
Dulcia legitimo sub iudice bella mouere.

Tam litis quam martis euentus per quam dubius est, *l.eo tempore l. quod debetur* 19 *ff.de peculio.* Teste etiam Virgil.

Ecquis erit certaminis arbiter huius,
Ecquis erit sub quo victoria iudice certet,
Eolus aduenit iudex de lite futurus.

Recte respondit Eolum futurum iudicem quem Poetæ finxerunt regem esse ventorum quorum flatu & reflatu incertius nihil esse potest. Præterea Ouidius *lib.1.de arte.*

Mars dubius dubiosaq; lis victiq; resurgunt

Quosq; neges vnquam posse iacere iacent.

Discordiæ & bella depopulantur agros Virg. Eclog.

Impius hæc tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has segetes? en quo discordia ciues
Perduxit miseros, En queis conseuimus agris.

At lites & discordiæ forenses patrimonia exugunt *Neuizanus d. loco*, id quod eleganter ostendit Martialis sequenti disticho ad flaccum:

Litigat & podagra diodorus Flacce laborat.
Sed nil patrono tribuit hæc chiragra est.

Bella vt & diuturna sunt teste Ouid. *lib. 3. Metha.*

Pendet adhuc belli fortuna diuque
Inter vtrimque volat dubijs victoria pennis.

Ita & discordiæ forenses vti exprimit Martialis.

Lis te bis decima numerantem frigora Brumæ
Conterit vna tribus, Gargiliane, foris.
Ah miser, & demens viginti litigat annis
Quisquam? cui vinci Gargiliane licet?

Tam bellorum quam litium causa.

Ius & Iura negant homines & numina fallunt.
Nec Iouis imperium nec phlegetonta timent.

Itaque cum vt inquit Ausonius.

Vexet amicitias & fœdera dissociet lis.

Exulent ab orbe Christiano discordiæ omnes quæ non nisi à pacis æmulo, Satore Sizaniæ producuntur. *tex. extrauag. super Cathedram §. olim de sepulturis.* Pax præstantissima rerum quas homini natura dedit, inquit quidam. Et nunquam nisi in pacis tempore bene colitur Deus pacis autor. *tex. extrauag. super Cathedram.* Proinde pax semper redimenda considerandumque plerosque caduceam quod aiunt victoriam reportare. Quod & Martialis indicat ad Sextum.

Et Iudex petit & petit Patronus
Soluas censeo Sexte creditori.

20 Si quis autem quærat qui fiat vt tot publicæ priuatimque pullulent in Ecclesia Dei dissidia & contentiones? In promptu ex supra laudato Nicephoro. *Eccles. hist. lib. 7. cap. 7.* causæ sunt. Res secundæ & temporum nimia fœlicitas, vnde velut ex ouo hæc & infinita alia mala generantur. Qua de re nonnihil infra Scholio 130.

21 (12) *Experimento comprobatum.* Experientiam rerum esse magistram vulgo ferri assolet, *cap. quam sit de elect. in 6.* Hinc est quod Iustinianus Imper. in legibus condendis passim profiteatur se rerum experientia præpellere vti multis iurium texti-

textibus ostendit Bartholomeus Lœpela *tract. de Imperat. militum deligendo §. Scientia quoque res militatis num.6. & 7. Vol. Oce 12.* Multasque experientiæ laudes in virum veluti fascem collegit Ioannes Neuisanus *in Sylua Nuptiali libr. 3. num.7.* Vt rectè Cicero libr.1.de orat. Dixerit; vsum omnium magistrorum præcepta superare. *Solus & artifices qui facit vsus adest* : inquit Ouidius.

(14) *Necnon indulta pariter & priuilegia.* In constitutionibus Pontificum nihil debet esse frustraneum, *glo. cap. solita verb. tanquam de maior. & obed. Staphil. de literis gratia Tit. de vi & potest. clausularum § Et postremo num. fin.* Adiecit itaque Pontifex copulam inter indulta & priuilegia quia copula. Et, coniungit diuersa præcedentique dispositioni solet aliquid noui adijcere *l. ea tamen adiectio ff. de leg.3. Prases Euerardi in locis legal. loco à natura copula.* Porro indulta & priuilegia licet plerumque sint sinonima & significationis promiscuæ, *Anastasius Germonius de indultis §. nec non num.14.* Quippe quod priuilegia sint quasi priuatæ leges priuatis personis concessæ vti alias ostendi *lib.1. quæst.1. de Iurisdict. ord. in exempt.* & indulta etiam indulgentiæ aut concessiones priuatæ, *cap fin. vt lite pend. vbi gloss. verb. indulgentia, cap. dudum de priuileg. cap. ex ore eod. tit. Rom. cons. 436. incip. quo ad indultum*, differunt tamen quam plurimum & quidem signanter in eo quod priuilegia iuri communi derogent, sintque ideo iuris odiosi; at vero indulta sunt remotiones obstaculorum iuri communi obsistentium per quæ quia ad ius, communi indultis meditantibus fit reuersio, iuris non sunt odiosi sed fauorabilis *Hieronimus Gonsales de mensibus & alternatiua Episcoporum glo. 50. nu. 21. & seqq.* Proinde Pontifex hanc suam constitutionem ita extendit vt tam indulta quæ iuris sunt fauorabilis, quam priuilegia quæ iuris sunt odiosi comprehendat. De indultis plura qui volet, videat Anastasium Germonium qui tractatum de indultis copiosum & doctum scripsit. 22 23

(15) *Eisdem subditis in ipsorum prælatorum dispendium.* Vere eiusmodi exemptiones non modo in prælatorum dispendium, sed etiam in Ecclesiæ Christianæ perniciem conuersæ sunt. Laxat enim habenas spes impunitatis ad omnem libertatem, vitæ laxioris *Concil. Trid. sess. 24. cap. 11. de reform.* Et ideo restringendas esse ostendimus, *latè exemptionum lib.1. quæst.4.* Imo vero expedire & è re reipublicæ Christianæ fore si tollerentur vti multis tam iuribus quam sanctorum Patrum rationibus & authoritatibus comprobat & concludit Guilielmus Durandus classicus & Antiquus Autor, *de modo concilij part. 1. rubr. 4. per tot.* ac etiam D. Bernardus. *De consider. ad Eugenium.* 24

(16) *Tam per prædecessores nostros.* Prædecessor legem aut constitutionem non potest facere talem & tam firmam quæ à successore reuocari non possit. *cap. fin. de rescript. in 6.* & latè ostendimus in libro exemptionum *part. 4. quæst. 21.*

25 (17) *Quam Sedem Apostolicam.* Disiungit Pontifex significationem Sedis Apostolicæ à significatione Romani Pontificis de quo in præcedente glossemate & quidem rectè. Quia appellatione sedis Apostolicæ comprehenditur legatus à latere, Romani vero Pontificis significatio strictior est *glo. Clem. 2. verbo Sedis Apostolica de relig. domib. Marianus Socinus de oblationibus imagini factis libello 19. num. 8. Oce vol. 15. fol 332.* & ideo hac constitutione reuocantur non tantum antiquæ pontificum constitutiones huic extrauaganti repugnantes, Sed & quicquid è contra fuit à Cardinalibus legatis à Latere constitutum. Porro magna
26 est energia vocis huius Sedes Apostolicæ. Etenim Sedes Apostolica nunquam moritur, *cap. si gratiose de rescript. in 6.* & ideo gratia alicui facta à Sede Apostolica nunquam dicitur mori. *d. cap. gratiose.* Sed est perpetua vt & appellatio ad S. Sedem interposita, *Rota decis. 364. in antiquis.* Multiplex autem est eius significatio.

27 Aliquando Sedes dicitur tronus. *cap. ex ore de priuilegijs.* quandoque cathedra *cap. post translationem de renunt.* quandoque tribunal, *cap. fin. de offic. ord. in 6.* aliquando Stallus *cap. peto de renunt.* quandoque dignitas *Auth. vt iudices sine quoque suffrag. §. sic igitur.* quandoque sumitur pro potestate iudicandi, *cap. 11. Romanarum dist. 19.*

28 Non autem tantum Papa dicitur Sedem habere, sed & imperator, Iudices Doctores. *Ioannes Francisci de offic. & potest. capituli sede vacante prelud. 6.* Præterea Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi dicuntur habere sedem vti distinctis iuribus probat D. Ioannes Francisci, *num. 9. & seqq. d. preludio 6.* Insuper Abbates & Priores tam religiosorum quam religiosarum dicuntur etiam habere Sedem *cap. si ad solum de regul. in 6.* Idem est quod Pontifex hoc in loco non simpliciter vtitur voce (sedis) sed ei adijcit nomen adiectiuum APOSTOLICÆ. Per antonomasiam tamen sanctæ sedis appellatio Romanum comprehendit; improbe vero comprehenduntur sedes inferiorum signanter laicorum vnde versus denotans differentiam.

Rex solium, Doctor cathedra, iudexque tribunal
Possidet; at Sedem præsul pretorque curule.

glo. Clem. dudum verb. Cathedra de sepulturis.

(18) *Ita libenter moderamur.* Pontifex non intendit totaliter hac constitutione exemptiones abrogare, sed aliquibus tantum derogare, verbum enim
29 MODERARI apud Iurisconsultos diminutionem quandam tantum designat. *Abb. cap. fin. vbi gloss verb. Moderantes de verb signif.* Apud latinæ vero linguæ sectatores MODERARI est cum modo & ratione regere vel rem tractare vt apud Suetonium in Augusto. Nec successum victoriæ moderatius est, id est cum modo cum non rexit & vsus non est. Sic apud Plautum *In proemi.* Ratio per iubea

bet ne quid nimis sed omnia cum moderamine fiant & Cic. de Senect. Noui enim moderationem animi tui & æquitatem. *Menochius de arbitr. Iud. lib. 1. quæst. 8. num. 54.*

Multa autem sunt quæ Pontificem ad moderationem harum exemptionum induxerunt. Primum generalis ordinatio vniuersalis Ecclesiæ procedens à Deo, Apostolis, Sanctis patribus & generalibus concilijs. Qua Ecclesiæ & illius res ac personæ immediate subiectæ sunt locorum ordinarijs. *Guilielmus Durandus de modo Concilij generalis part. 1. Rubr. 4. num 17. Vol. Oce 2. fol. 90.* id enim exposcit Hierarchia Ecclesiæ militantis secundum quam inferiores ab immediatè superioribus gradatim reguntur atque gubernantur, *Durandus vbi supra num. 19.* Itaque cum Episcopi vices gerunt Apostolorum sicut & Pontifex summus vices Petri. *Durandus d. loco num. 23. & 29. cap. Ecclesiasticarum dist. 11. cap si quis Episcoporum 16. quæst. 5.* Rationi fuit consonum vt Pontifex ijs se conformaret quæ Apostoli & Sancti Patres rationi consona putauerunt. *Durandus d. loco num. 44.* Subditos immediate Episcopis subijceret qui eorum potestatem Apostolicam repræsentarent. Signanter etiam inspectis quatuor concilijs Ecclesiæ Niceno Constantinopolitano Ephesi. & Calcedonens. quatuor enim ea concilia cuius sint momenti tradit prædictus quem laudaui Autor. *Durand. d. loco num. 44 & eod. tract. Rubr 3. num. 9.* 30 31

Secundo quia per exemptiones impeditur correctio delictorum spectans ad Episcopos, *cap. irreparabilis de offic. ord. & cap. scitote 16. quæst. 3. Durand. vbi supra num. 58.* 32

Tertio diœcesinus medicus est, Ecclesiæ ei commissæ ad quem spectat abscindere membra quæ fomentorum non sentiunt medicinam, *cap. quia aliquam dist. 82. cap. in canonibus 16. quæst. 1.* Porro hæc correctio & disciplina quæ vitiorum est vltrix exemptionum priuilegijs non mediocriter impeditur vti tradit D. Augustinus contra Pelagianum *23. quæst. 5. cap. ad fidem, Durand. vbi supra nu. 61.*

Quarto quia exemptiones præstant impunitatem delictorum, cum enim exempti remoti sint à Papa cui subsunt, tanta locorum distantia cum spe impunitatis præbet incentiuum delinquendi de quo infra *Scholio 35. Durand. d. loco num. 54. cap. vt fama de sent. excom. cap. iniusta 24. quæst. 4. tex. cap. est iniusta 23. quæst. 4. in fin. Concil. Trid sess. 24. cap. 11. de Refor. vide supra schol. 15.*

Quinto, quia exemptiones derogant iuri ordinariorum vti late dictum est, *tractat. de exemptionibus lib. 1. quæst. 3.* Hac autem moderatione reuersio fit ad ius commune *d. quæst 3.* Cui, prout nec iuri ordinariorum Papa qua nimium fieri potest præiudicare velle præsumitur, *cap. licet de offic. deleg.*

Sexto, exemptiones tollunt magna ex parte bona opera, *cap fratrem dist. 86. cap. existimant 9. quæst. 3.* Subiectio autem ea redintegrat, cum contrariorum contra-

traria sit ratio. *Præsus loco à contrarijs, Durandus vbi supra numer. 68.*

Septimo, Pontifex animaduertit eiusmodi exemptiones damnosas & Ecclesiæ præiudiciales, *Durand. d. loco nu. 69. & seqq.* Priuilegia autem quæ fiunt damnosa reuocari posse scripsimus alio in loco *de exemptionibus lib. 3. quæst. 29.* nihilque mirum si pro varietate temporum statuta & priuilegia immutentur, *Durandus vbi supra num. 16.* Omnia enim sunt ex causa, ex loco, ex tempore, ex persona libranda atque perpendenda, *c. sed notandum cum c. seqq. dist. 24.*

Octauo exemptiones inducunt ad arrogantiam vti latè ostendit Guilielmus Durand. *vbi supra num. 71.* Cum enim sancta sedes habeat eos pro eximijs & sanctæ sedis filijs prædilectis vti alibi dictum est. *De exempt. lib. 1. quæst. 1.* multa sibi arrogant quæ intentioni Pontificis qui eos eximit aduersantur. Quemadmodum D. Bernardus ad Eugenium grauiter conqueritur, *Durand. d. nu. 71.*

Nono, Exemptiones sunt causa multorum scandalorum & ideo moderandæ per Pontificem *late Durand. vbi supra num. 72. & seq.* Quia vniuersalis Ecclesiæ status, gradus, honor, virtus, potestas ex eis labefactatur. Insuper neque aliqua ex eis vtilitas vniuersali Ecclesiæ accedit, quin vero potius populo & statui religionis efficiunt discordias, scissuras, schismata, mala scandala, onera, dispendia generant & producunt. Vt proinde Pontifex moderationem ad æquilibrium rationis hac sua constitutione inducendam, pro totius Ecclesiæ bono in animum suum induxerit. *Guilielm. Durandus latè vbi supra num. 74. & 75.* Nam & D. Gregorio teste in Epistolis: Si sua vnicuique Episcopo iurisdictio non seruetur quid aliud agitur nisi vt per nos per quos Ecclesiasticus ordo custodiri debet confundatur, *cap. peruenit 11. quæst. 1.*

Ad extremum præterire non possum quæ eleganter hac in materia Renatus Choppinus Galliæ non infimi nominis Iurisconsultus scriptum reliquit in hæc verba. *De iure cœnobiorum lib. 1. tit. 2. num. 84. & seq.* Equidem Petrus Capellanus, in Chronicum Damasi Papæ commentario edito quædam notauit mala incommodaque Ecclesiasticarum exemptionum. Ait enim beatum sibi videri Monachum si repræhensore careat, cum nil sit infœlicius fœlicitate peccantium qua pœnalis nutritur iniquitas & mala voluntas velut interior hostis roboratur. Ex D. Augustini verbis de puero centurionis *can. paratus caus. 23. quæst. 1.* Subsimilia his intonat Carnutum præsul Vuo, aduersus Latiniacensem Abbatem & cœnobitas minus dicto audientes Parisien. Antistiti inumbrata specie libertatis cuiusdam ac immunitatis. Epist. 58. Probabile est ab hac præcipiti sacrorum sodalium exemptione à diœcesano Magistratu dissolui cōcordiam, Clericorum reuerentiam maioribus dilectionem iunioribus vicissim impendendam euerti, Hierarchiæ necessarium ordinem perturbari: imo nec amicum esse Benedicti Abbæ vel eius regulæ qui cœnobium lege soluat Episcopalis ordinariæ potestatis. *cap. 62. & 64.*

& 64. ipsius Regulæ. Ex quo Cisterciensis Cœnobiarcha Normæ suæ studiosum vti deseruatorem se proderet, hanc Monastici obsequij formulam porrexit Diœcesano sacrorum Pontifici; Tibi Domine Episcope &c. *cap. Ne DEI timorem de symon.* Atque adeo Cisterciensem in familiam relatus cum esset D. Bernardus nil mirum si cœnobiticas exemptiones insectetur Lib. 3. De consideratione ad Eugenium 3. talia effatus. *Murmur loquor & querimoniam Ecclesiarum Truncari se clamitant ac demembrari, vel nulla vel pauca admodum sunt quæ plagam istam aut non doleant aut non timeant. Quæris quam? subtrahūtur Abbates Episcopis Episcopi Archiepiscopis Archiepiscopi Patriarchis siue primatibus &c. Nolo prætendas mihi fructum mancipationis istius. Nullus est enim, nisi quod inde Episcopi insolentiores Monachi etiam dissolutiores fiunt. Quid quod & pauperiores? Inspice diligentius talium vbique libertorum & facultates & vitas si non pudenda admodum & tenuitas in his & in illis sæcularitas inuenitur Matris noxiæ libertatis gemina soboles hæc &c. si dicat Episcopus nolo esse sub Archiepiscopo: aut Abbas nolo obedire Episcopo hoc de cœlo non est nisi forte tu angelorum quempiam dicentem audisti. Nolo sub Archangelis esse; aut ex alio quolibet inferiorum ordinum aliquem non ferentem subesse cuiquam nisi Deo;* hucvsque Bernardus qui rursum in epist. 42. ad Senonensem Archiepiscopum. Miror in fit quosdam in nostro ordine Monasteriorum Abbates hanc „ humilitatis regulam odiosa contentione infringere: & sub humili (quod peius „ est) habitu & tonsura tam superbè sapere vt cum ne vnum quidem verbulum „ de suis imperijs subditos prætergredi patiantur, ipsi proprijs obedire contem- „ nant Episcopis. Spoliant Ecclesias vt emancipentur: redimunt se ne obediant &c. Nonnulla tamen Bernardi ipsius elogio, cœnobia per varios Episcopatus municipatim Apostolico solio pure addicta sunt peculiari fundationis suæ lege. Aliud enim est, quod largitur deuotio, aliud quod molitur ambitio impatiens subiectionis lib. 3. supradicto. Qua itidem ratione Petrus venerabilis Ecclesiæ suæ Cluniacensis immunitatem mordicus tuetur Epist. 28. libr. 3. ad Cistercienses illam velut inobedientiam suis obiectantes. *Ab ipsis,* inquit, *fundatoribus qui eam Ecclesiam in proprio alodio construxerunt soli Rom. Pontif. subiecta fuit non autem alteri Episcopo prius eam possidenti ablata.* Cæteroquin iusta videtur Petri Plesensis querela inofficiosæ exemptionis cœnobij Augustiniani in Britannia insula: quod antea cœnobium suberat Archiepiscopo Cantuariensi: ille enim epist. 68. ad Alexandrum 3. Papā. *Aduersus primates,* ait, *& Episcopos intumescunt Abbates, nec est qui maioribus suis reuerentiam exhibeat & honorem, euacuatum est obedientiæ iugum in qua erat vnica spes salutis & præuaricationis antiquæ remedium. Detestantur Abbates habere suorum excessuum correctionem vagam impunitatis licentiam amplectuntur, claustralisque militia iugum relaxatur in omnem desiderij libertatem. Nisi huic malo maturius remedium adhibeatur, verendum est ne sicut*

Abbates ab Episcopis ita Episcopi, ab Archiepiscopis eximantur, & quæ est hæc forma iustitiæ aut potius iuris deformitas prohibere ne discipuli magistro consentiant, ne filij obediant patri, ne milites sequantur principem, ne serui domino sint subiecti? Quid est eximere ab Episcoporum Iurisdictione Abbates nisi contumaciam ac rebellionem præcipere & armare filios in parentes, videant quæso ista & iudicent qui iudicant orbem terræ: ne inde videantur emanare iniuria vnde iura sumuntur.

Eodem prope modum relabitur Philo: Hebræi nota sententia ex libro de creatione Principis, quapropter Franciscus Senatus olim Ambianorum Præsulem audijt interdicto experiuntem in Corbienses cœnobitas: qui Romanæ exemptionis obtentu sibi exterum accersierat familiaribusque suis Antistitem sacros ordines impositurum Decreto Parisiensi ann. 1393: quod Ioh. Gallus percensuit *quæst. 306. iuxta cap. veniens de præscript. cap. per exemptionem, cap. Abbates de priuil. apud Bonifacium 8.*

Haud tamen deest honesta quædam ac probabilis Monasticæ immunitatis causa, vocationisque fori Episcopalis ab degenere & corrupto vitæ statu multorum Episcoporum. Quem Petrus Cluniacen. Abbas minime dissimulans hæc idcirco subiungit (Epist. 28. lib. 3.) *Olim in cathedralibus & collegiatis Ecclesijs fuere Monachi siue canonici regulares in communi viuentes, atque vno refectorio vnoque claustro contenti. E quibus assumpti Episcopi monastica instituta callebant, & ideo visitandis suæ diœcesis monasterijs Monachorumque excessibus ponderandis ac corrigendis, necnon quæ ad sanctæ obseruationis augmentum conducunt sanciendis idonei esse poterant. Hodie vero cum sint fere omnes seculares à regulari vita prorsus alieni qua fronte Monasteria visitare ac de rebus quas nesciunt diffinire debeant non video scilicet docebunt quod non didicerint: milites erunt priusquam tyrones: magistri antequam discipuli.* Reclamante sacro canone ordinatos *distinct. 69. can. miserum distinct. 61. can. si clericatus caus. 16. quæst. 1.* Proinde B. Gregorius ad Brunechildē Francorum Augustam Epistola 5. *Qualis* infit *Magister erit qui discipulus non fuit? Aut quemadmodum ducatum gregi dominico præbebit qui disciplina Pastoris subditus ante non fuit?* Addiscant ergo regulas Legesque Monachorum Episcopi si earum violatarum reos pro officio castigare plectereque voluerint. Nec abs re curia amplissima Religiosos homines criminis arcessitos reiecit ad suum monasticæque familiæ præsidem, peculiarem diœcesano iudice posthabito: salua dumtaxat Regiæ nationis eximiæ scelerum animaduersione penes ciuilem Magistratum Præclaro Aresto 10. Kalend. Martias ann. 1449. pro Frat. Reginaldo Borreo sacrorum Militum syndico Rhodi Insulæ Carpathij maris, & Frat. Antonio de Choucourt Rhodio equite maleficij reo vincto cui proxime accedit, consultum alterum 7. Kalend. sextiles ann. 1451. Secundum Frat. Oliuerium Blanchardum Cisterciensis Sodalitij procuratorem: qui ad domesticum collegij sui iudicium remissi-

remissionem postularat questionis criminum Frat. Georgio Burgesio motæ consona his curiæ consulta voluere est nostro li.2. Ecclesiast. Polit. foren. quin & nuper Lugdunensi in concessu senatorio iudicatum est. 5. idus Septembris anni 1596. pro libertate immunitateque fori ordinarij. Qua suffulti Auerniæ canonici Claremontani; senatum ex abusu prouocarant ab Archiepiscopo Bituricensi. Quippe quum ipsi Apostolico pure imperio subijcerentur; vt alibi edocuimus imo ordinarij etiam diœcesum Præsules ipsi sua potestate manuque immiserunt cœnobia nonnulla: quorum Alumnis illucentem indies virtutem sanctitatemque vitæ admirabantur. Nam Audebertus Pariseorum Antistes perpetua fori sui immunitate donauit Fascatense Monasterium: quod D. Babolenus Abbas pietate conspicuus moderabatur. Cuiusmodi forensis exemptionis ius singulare probauit Clodoueus. 2. Rex 6. Idibus Maijs an. 650. ex communi quatuor Archipræsulum sententia ac septem Episcoporum, qui ad Gallicam synodum acciti conuenerant. Inde & carnutum pontifex suo fossatensis scripsit Walterio cœnobiarchæ de iusta sua ac legitima Monachis dicundi iuris prærogatiua. in epist. 104. Sic Landericus Parisien. Episcopus, lege soluit Diœcesani Imperij sui Dionysianum Monasterium, instigante Principe Armoyni lib. 4. de gest. Francor. ca. 41. Pereque B. Niuardus Rhemorum Archiepiscopus cœnobio D. Basilij irrogauit vocationem iuridicæ potestatis Rhemensium Præsulum Childeberto Galliarum Rege vt Floboardus Rhemorum canonicus litteris prodidit libr. 2. sacræ Rhemen. Historiæ cap. 7.

Et quidem hæc sunt quæ Renatus Choppinus Iurisconsultus Andeganensis in supremo Parisiorum senatu Aduocatus adfert in suo Monasticon seu de iure cœnobiorum tractatu *lib. 1. tit. 2. num. 22. & seqq. fol. 84.* quæ ego ob stili & dictionis eius elegantiam autorumque quorum verba laudat & recenset pondus atque concinnitatem conceptis verbis hunc in locum redigenda existimaui.

Pro coronide rationum huius agminis, arguere nonnulli solent à corpore humano ad Ecclesiæ corpus mysticum *D. Bernardus de considerat. ad Eugenium Gaspar de Perusio de reseruat. beneficiorum in princip. num. 6.* Quemadmodum enim monstrum esset humano capiti immediate coniungere remotiora vel inferiora humani corporis membra, vti sunt manus & pedes, ita & mystici corporis mysticum monstrum videtur inferiora Ecclesiæ membra vt sunt simplices clerici seculares regularesue iungere mystico illius capiti: hoc est Pontifici per ereptionē eorum ab Episcoporum quibus immediate subsunt iurisdictione & subiectionem immediatam summo Pontifici qui Ecclesiæ princeps est & caput. E contra autem stat pro exemptionibus Autoritas & ratio.

Autoritas consistit in Romano Pontifice Christi Vicario Petri successore vicem Dei gerente in terris, *ca. quanto vbi gloss. eleg. de translat. Episcop.* quem Chri-

ctus honorauit nomine Cephas, id est, caput. *Gaspar de Perusio de reseruat. benefic. in princip. num. 5. Andreas de Val. Parisiensis Doctor de suprema Rom. Pontif. potestate.* Cuius encomium atque potestatem D. Bernardus de consideratione ad Eugenium hisce expressit versiculis.

TV PRINCEPS EPISCOPORVM,
HÆRES APOSTOLORVM,
PRIMATV ABEL,
GVBERNATV NOË,
PATRIARCHATV ABRAHAM,
ORDINE MELCHISEDECH,
DIGNITATE AARON,
AVTORITATE MOYSES,
IVDICATV SAMVEL,
POTESTATE PETRVS,
VNCTIONE CHRISTVS.

Autoritati Pontificiæ de qua ortodoxi non dubitant, quandoque accessit regia atque sæcularis quæ in fundationibus Ecclesiarum à S. Sede confirmatis legem exemptionis ab ordinario adiecit, vti de fundatione ordinum Cluniacensis, Cistercienlis, Carthusiensis scribit Petrus Blesensis *in suis epistolis.* Sed & accessit quandoque consensus quamuis non necessarius ordinariorum, qui vel libere in aliquas exemptiones consenserunt vel cum onere & compensatione alicuius census, vti alio in tractatu ostendi. *lib. 1. quæst. 1. in fin. & quæst. 3.* At vero causæ rationesque harum exemptionum sunt multiplices.

63 Prima fauor S. Sedis cuius interest habere multos sibi immediate subiectos *di. libr. 1. quæst. 1. in fine.*

Secunda, Quies & tranquillitas exemptorum qui iugo & multimoda ordinariorum oppressione, *Clem. frequens de excessib. prælat. vbi Card. num. 1. cap. vnico de Sindico & tot. tit. decretalium & texti de excessib. prælat.* erepti liberius diuiniusque vacant rerum diuinarum seruitio atque contemplationi, *c. liminosa 18. quæst. 2.* In pace enim atque quiete alacrius colitur pacis & quietis autor. *Extrauag. super Cathedram § si imus de sepulturis.*

Tertia præsumptum ordium ordinariorum ob quod Hostiensis iocando, inquit licet Episcopus dicatur sponsus, Ecclesia vero sponsa periculum tamen non esse ne se mutuo amore spolient. Proindeque sicuti pater certis ex causis cogitur ad emancipationem sui filij, *gloss. § vlt. instit. Quibus mod. ius patria post. soluit. gloss. cap. constitutus verb. emancipauit. De rest. in integ. l. fin. ff. si quos à parente fuerit manu missus.* Item Dominus ad manumissionem sui serui *l. si lenones C. de Episcop. audient.* Denique superior ad liberandum subditum à sua superioritate, *l. 2. C. de offic.*

offic. pro cons. & leg. ita & supra omnem hominum memoriam rationibus prædictis Diui Pontifices multos Ecclesiæ ordines à iurisdictione ordinaria exemerunt eosque sibi primo Ecclesiæ capiti immediate subiecerunt, *Rebuffus Resp. 142.*

Quarta ducitur ad analogia rei naturalis sicuti enim oleribus arboribusque transplantatio prodest Virgilio teste in Georgicis.

Nam quæ seminibus iactis se sustulit arbor
Tarda venit seris factura nepotibus umbram
Pomaque degenerant.

Et caponum vngula à pede exempta capitiq; eius inserta magis excrescit D. Gregorio teste & experientia quæ rerum est magistra animaduertimus, *cap. 1. de Magistrat.* Ita & exempti inferiori ex agro mystico eradicati supremoque insiti agro magis magisque in palestra spirituali radices agunt & virescunt, veluti sub multis Diuis Pontificibus qui exemptiones concesserunt ex historijs videmus floruisse & etiam nunc florere in omni vitæ sanctimonia quamplurimos ordines de quibus ego alio in loco, *lib. 1. quæst. 17* Non tamen quin in agro hoc mystico, *Clem. ne in agro, de stat. Monach.* exemptionum prætextu loligo vitiorum non irrepat vt & in agro Virgiliano Georg. lib. 1.

Mox & frumentis labor additur & mala culmos
Esset rubigo segnisq; horreret in aruis
Carduus, intereunt segetes subit aspera silua
Lappæque tribulique interque nitentia culta
Infœlix lolium & steriles dominantur auenæ.

Iuxta etiam Euangelicam parabolam. Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo. Vnde ergo habet zizania, *Matthei cap. 13.* Sed è multis malis minus eligendum, *cap. duo dist. 13. l. quoties ff. de reg. iur.*

Denique de exemptionum vtilitate ordinariorumque grauamine multa 34
congerunt Aluarus Pelagius. *De planctu Ecclesiæ lib. 2. cap. 20.* Fria. *Tract. de Visitatione part. 1. quæst. 10. num 2. casu 54. 57.* Oldradus *cons. 125.* Emanuel Rodericus *Reg. quæst. tom. 2 quæst. 63 art. 2.* Clemens V. *Clem. 1. de excessib. prælat.* Quorum autoritate plerique censuerunt, *Hieron. Gonsales de mensib. & alternat. Episcopo gloss. 4. num. 58. Emanuel d. art. 2.* exemptiones esse vtiles & proinde eas (quod hic facit Pontifex) non omnino eradicandas, sed vitia erroresque tantum & abusus qui earundem exemptionum occasionibus in mystico Ecclesiæ agro irrepunt, velut loliginem mysticam sarriendos atque eruncandos. Et in eandem sententiam quoque descendit Ioannes Lomede Aduocatus Parisiensis, *De exemptione canonica quæst. 5.* qui libello typis hoc anno 1621. edito decem harum exemptionum materiam quæstionibus velut in folle complexus est.

35 (19) *Neue vlli detur materia malignandi.* Hic denotat malitijs hominum esse obuiandum *l. in fundo ff. de re vend.* malitijs hominũ nunquam est indulgen-
36 dum *l. 4. ff. de inoff. testa.* nec permittendum vt exempti sua priuilegia trahant ad iniquum compendium *l. fin. C. de vsucap. pro emptore*, quod tamen plerumque faciunt vti prolixe ostendit Guilielmus Durandus *tractatu de modo concilij generalis part. 1. rubr. 4.*

37 (20) *Et personæ Ecclesiasticæ à bono obedientiæ.* Episcopo in subditos competit duplex lex, vna iurisdictionis alia diœcesana vti scripsi in tractatu exemptionum *lib. 1. quæst. 15. per tot.* Obedientia de qua hic est sermo adscribitur legi
38 iurisdictionis, *cap. Conquerente de offic. ord.* Debetque obedientia habere nouem conditiones quas Card. de turrecrementa & Archid. explicant *in cap. sciendum 8. quæst. 1.* Consistit autem obedientia potissimum in tribus: Primo in exhibitione reuerentiæ. Secundo in mandatorum susceptione. Tertio in iudicio subeundo. *Henr. Bollen⁹ tract. de Sinodo Episcopi part. 3. n. 51.* Porro obedientia quæ cõsistit in reuerẽtia differt ab honorificentia quia Reuerentia propriè est honor exhibitus sine verbis, honorificentia vero honor exhibitus verbis, *Sabarella c. de*
39 *his de maioritate & obed. vbi etiam Abb notab. 4.* Exempti debent Episcopo Reuerentiam non vero honorificentiam, *Bald. l. fin. C. de bon. libert. Rom. sing. 480. Henric. Bollenus vti supra nu. 53.* & ita intelligendum quod in tractatu exemptionum scripsi *lib. 4. quæst. 34.* Ad hæc obedientia quæ in mandatorum susceptione consistit, propriè obedientia censenda est, *Abb. d. cap. de his de maior. & obed.* vt & ea quæ in iudicij subitione versatur, debent itaque personæ non exemptæ signanter vero Ecclesiasticæ obedientiam canonicam subiectionem Reuerentiam proprijs eorum Episcopis, penes quos etiam stat institutio, destitutio, correctio, reformatio, causarum ad forum Ecclesiasticum spectantium iurisdictio, Ecclesiasticarum censurarum promulgatio, Sacramentorum exhibitio,
40 potestasque hæc pastoralis in tria membra potissimum contrahitur. Quædam enim ad Episcopum spectant iure ordinis, vt clericorum ordinatio, virginum benedictio, altarium & Ecclesiæ consecratio. Quædam lege iurisdictionis vt corrigendi, conferendi, excommunicandi, instituendi. Quædam lege Diœcesana vt ius census & Cathedraticum, exigendi decimas percipiendi ius hospitij indicendi. Quæ omnia Paulus Lancelottus *Instit. canon. lib. 2. de immunit. Eccles.* glossematibus docte illustrauit & nos in tractatu exemptionum in specie etiam ex-
41 posuimus *lib. 1. quæst. 15.* Denique de bono & virtute obedientiæ & quod ab ea pendeat neruus Ecclesiasticæ disciplinæ latè ostendit tam ex iure quam sanctis patribus Guilielmus Durandus Speculator *tract. de modo generalis consilij celebran-*
42 *di part. 1. rubr. 4. num. 48.* addens & concludens *à num. 15. vsque 75.* per exemptiones obedientiam tolli crimina impunita manere ordinemque vniuersalis Eccle-

Ecclesiæ conturbari quæ quidem omnia congruunt Concil. Trident. *Sessione 24. cap. 11. de refor.*

(21) *Nec non diuini perseuerantia seruitij nullatenus retrahatur.* Exemptiones ortas & concessas esse vt exempti à iugo ordinarij liberati quietius intentiusque diuino vacare possint officio à quo frequenter ordinariorum maleuolentia retrahebantur ostensum est exemptionum *lib.1. quæst.1.* Pontifex itaque cui quies & tranquillitas subditorum curæ est non plane tollere vult exemptiones ne subditi à diuino seruitio retrahātur. Sed quadam tenus tantum vt ordinarijs qualis qualis obedientia subditisque etiam libertas conseruetur. 45

§. SECVNDVS.

SVMMARIVM.

1. *Pontifex scire dicitur quod ab alijs audiuit.*
2. *Patriarchæ qui dicantur.*
3. *Apud gentiles quadripartitus ordo flaminum vt & in hierarchia Ecclesiæ quatuor primates.*
4. *Patriarchæ an visitent.*
5. *Patriarchæ an iurisdictionem habeant in subditos suorum suffraganeorum.*
6. *Quid item metropolitanus.*
7. *Qualis sit iurisdictio metropolitani in subditos sui suffraganei.*
8. *Cathedræ ethimon.*
9. *Collegiatæ Ecclesiæ quæ dicantur.*
10. *Appellationes personarum an collegia comprehendantur.*
11. *Collegia an habeant iurisdictiones in singulos de collegio.*
12. *Clerici sunt duplices speciei.*
13. *Clericorum appellatione monachi non comprehenduntur.*
14. *Regulares subiacent punitioni suorum prælatorum.*
15. *Verbū præsūpserit qualiter intelligēdū.*
16. *Qualis debeat esse correctio.*
17. *Spes veniæ incentiuum peccati.*
18. *Delinquentes spe immunitatis an exemptione gaudeat.*

(21) SANE (22) nuper ad nostrum relatio fide digna peruenit auditum (23) quod Canonici Patriarchalium (24) Metropolitanarum (25) Cathedralium (26) & collegiatarum Ecclesiarum (27) & alij clerici seculares (28) plura præsumunt (29) quæ ipsis infamiam non paruam pariunt (30) & alijs inferunt læsionem (31) prætextu exemptionis & libertatis à Sancta Sede obtentæ (32) Ordina-

dinariorum correctiones (33) & ordinationes subterfugiunt (34) ac eorum forum siue iudicium declinant (35) nonnulli etiam impunitatem suorum excessuum per priuilegia exemptionis obtinere sperantes excessus ipsos committere non verentur (36) quos nisi per exemptionem qua gaudent crederent, se defendi nullatenus fuissent commissuri.

SCHOLIVM.

(21) SANE. dictio hæc est adsertiua frequenter in Constitutionibus Pontificum vsurpata, vti videre est in plerisque extrauagantibus Ioannis 22. & infinitis prope iuris canonici textibus.

1 (22) *Ad nostrum relatio fide digna peruenit auditum.* Pontifex certam habere dici potest scientiam seu scire quod ab alijs audiuit. *l. item veniunt §. petitam ff. de petit. hæred. l. quidam §. ex quo ff. de administ. tut. gloss. in extrauag. Ioan. 22. incip. si fratrum verb. notitiam ne sede vacante.*

(23) *Quod canonici Patriarchalium.* Patriarcha inquit Beatus Isodorus *li. 7.*
2 *Ethymol. cap. 12. relatus in cap. cleros §. ordo vers. patriarcha. dist. 21.* Græca lingua summus patrum interpretatur quia primum post Apostolicum tenet locum & ideo quia summo honore fungitur, tali nomine censetur sicut Romanus Anthiochenus Alexandrinus Hierosolimitanus, ita ille. Inuenta porro est & constituta Patriarchatus dignitas iure positiuo teste Ioanne de Selua, *tract. de beneficio part. 1. quæst. 4. num. 27.* Suffectaque est Beato Petro vti refert D. Hugo *tract. de officio quatuor prælatorum par. 4. rubr. Quales officiales imperator ante conuersionem*
3 *habuit Vol. Oce. 14. fol. 195.* in locum primatis seu primi flaminis. Erat enim apud gentiles quadripartitus ordo personarum penes quos stabat religionis administratio, Primates seu primi flamines quibus surrogati sunt Patriarchæ, Archiflamines in quorum locum Archiepiscopi, flamines in quorum etiam locum sunt Episcopi & Parochi in quorum locum sunt Pastores hodierni. Quod autem fuerit permagna Patriarchatus dignitas testatur Ioannes Franciscus de Pau. Rotæ olim auditor. *Tract. de visitatione part. 1. quæst. 2. numer. 9. & seqq. Oce. vol.*
4 *14.* In hæc verba: An Patriarcha possit visitare? responde, quod sic, quia supremum post Papam in subditos eorum super omnes alios ordinarios habet principatum, *cap. antiqua de priuileg. cap. exigit cap. filius de censib. in 6.* Sunt enim primi post Papam in Ecclesia Dei, *cap. omnes sine dist. 22.* præsertim illi quatuor de quibus in d. cap. antiqua. Ex quo infero idem in Patriarcha aquilegiens. & Venetarum olim gradens. Cum & ipsi inter prælatos Italiæ obtineant principatum

Infero

Infero in omnibus etiam alijs primatibus, sunt enim etiam ad instar Patriarcharum *d.cap.omnes siue dist.22.* vt sunt Magdeburgensis in Germania & Bituricensis in Francia & scias quod primates & Patriarchæ licet sint diuersa nomina tamen idem significant, *cap.1.dist.99.gloss. cap. vnico de statu regul. in 6. & cap. prouincia dist.99.* Suntque quatuor principates. Alij vero proprie dicuntur primates vt Aquilegiensis, Venetarum surrogatus in locum Gradēsis & Toletanus & Bituricensis *9.quest.3 nullus primas cum c. seqq. & cap. conquestus dist. 63.* Et improprie vocantur Patriarchæ hi duo secundum *Spec. de dispens. §. sunt quoque.* Ita ille addit Petrus à Monte in libro quem inscripsit, Monarchiam Conciliorum Patriarchiam præferri Cardinalibus etiam Presbiteris excepto Cardinale Hostiēsi qui Papam coronat & Imperatorem inungit, *Rubr. Ordo. adsistentium Concilio num.2.Oce.vol.2.fol.74.* qua de re etiam Nicolaus Boetius de ordine graduum vtriusque fori *part.1.num.13.14. & seqq.vol.Oce. 14.fol 301.*

Quærunt nonnulli an Patriarchæ in subditos suorum suffraganeorum manus 5
possint apponere? Respondetur quod non pro vt nec etiam Metropolitanus nisi in casibus notatis per gloss. *in cap.pastoralis de officio ordinarij.* eosque etiam refert 6
& ita concludit dictus Ioannes Franc. de pauinis, *De visitatione part. 1. quæst.10.n. 49.& seqq.* De qua materia etiam late tractat Paulus Lancelottus *Institut. Canonic. lib.1.tit. de Episcopis.*

(24) *Metropolitanarum.* Archiepiscopus & Metropolitanus sunt Synonima diciturque Archiepiscopus ab Archos quod est Princeps & Episcopus quod est quasi princeps Episcoporum: Metropolitanus vero dicitur à mensura ciuitatum quibus præest qua de re Albertus Trotius *tract. de perfecto clerico lib.1.cap.13. num.5.vol.Oce 2.fol.237.& gloss.cap.cleros dist.21.* Quam autem potestatem ha- 7
beat Metropolitanus vide apud Ioannem Bertachinium, *tractat. de Episcopo lib.4 part.2.quæst.44.num 102. vol.Oce 2.fol.165. DD. cap.pastoralis de Offic.ord. cap. conquestus 9.quæst.4.& vide quæ scripsi de Iurisdict.ord. in exemptos libr. 1. quæst. 3. numer. 10.*

(25) *Cathedralium.* Cathedralis Ecclesia nuncupatur ex eo quod Episcopus 8
in ea Cathedram habeat *cap.1.de maior.& obed in 6.cap. fin.de suppl.negl.prælat.in 6.* hoc est sedem Episcopalem; Nomen est græcum compositum ex chatos quod est sedes & edra quod est sponda, Est autem sponda latus lecti, spondæ enim sunt tabulæ quæ vtrumque lectum sustinent, *d.cap.fin.verb.sponda.* Et sic cathedræ Ethimologia infert, quasi sedes spondata hoc est vtrimque spondis circumvallata, *gloss. clem.dudum §. super cathdram, de sepulturis.* Sumitur etiam cathedra non modo pro sede Pontificali, *d.clem.dudum §.super cathedram.* Sed etiam pro sede Doctoris vnde versiculi.

Rex solium, Doctor Cathedram, Iudexque tribunal

D Possi-

Possidet, ac sedem præsul prætorque curule.

De Cathedra D. Chrysostomus, *cap. Multi Sacerdotes dist. 40.* sic loquitur:

„ Multi sacerdotes & pauci Sacerdotes, Multi in nomine & pauci in opere, videte ergo fratres quomodo sedetis super Cathedram, quia Cathedra non facit Sacerdotem, sed Sacerdos cathedram, non locus sanctificat hominem, sed homo locum sanctificat, Non omnis Sacerdos sanctus, sed omnis sanctus est Sacerdos, Qui bene sederit supra cathedram honorem accipit cathedræ, qui male sederit iniuriam facit cathedræ, Ideoque malus Sacerdos de Sacerdotio suo crimen acquirit non dignitatem, in iudicio enim tuo sedes siquidem bene vixeris & bene docueris populum instruis. Si bene docueris & male vixeris tui solius condemnator eris. Nam bene viuendo & bene docendo populum instruis quomodo viuere debeat. Bene autem docendo & male viuendo Deum instruis quomodo te debeat condemnare.

9 (26) *Collegiatarum Ecclesiarum.* Ecclesia collegiata est, in qua est collegium penes quod regimen & administratio Ecclesiæ spectat. Est enim collegium quoddam corpus fictum repræsentatum per singulos in vnum congregatos. *L. mortuo ff. de fideiussor. Petrus à Braxio in directorio electionum part. 3. cap. 21. num. 6. vol. Oce. 14. cap. cum omnes col. 17. & 18. de constit.* Facere autem Pontifex debuit disertis verbis mentionem collegiatarum Ecclesiarum, vt sub hac dispositione collegia seu Ecclesiæ collegiatæ comprehenderentur. Quippe quod
10 quandoque appellatione personarum collegia non comprehendantur, *Anthonius de poetis in clipeo pastorali cap. 3. num. 30. & 31. Rom. cons. 437.* Constitutioque derogans priuilegijs quarumcumque personarum collegia non comprehendit, *Rom. 4. cons. 437. Anton. de poetis vbi supra.* aliudque esse collegium, aliud singulos de collegio, in tractatu exemptionum satis ostendimus, *lib. 1. quæst. 23.*

An autem collegium habeat iurisdictionem in singulos de collegio; Abbas
11 dicit non habere nisi adsit consuetudo, *in cap. cum causa num. 7. de officio deleg.* qua de re vide quæ scripsi tract. de exempt. *lib. 2. quæst. 47. & infra in materia conseruatorum quæst. 64. & 66.*

12 (27) *Et alij clerici sæculares.* Clericorum duplex est species. Alij dicuntur seculares, alij regulares, seculares dicuntur qui secularia tractare & possidere possunt Regulares qui non possunt, *Nauarrus de Regularibus comment. 1. num. 6.* Portio enim horum Deus est & ideo nihil quam Deum curare debent, cum Deus sit infinitus omnipotens & omnia implens, *cap. 1. de summa trinit.* Substantiuo autem nomini clericorum, adiectiuum seculares adijcitur ambiguitatis
13 tollendæ causa, licet enim proprie appellatione clericorum Monachi non comprehendantur signanter in materia odiosa. *Bartholomeus Fumus in aurea armilla [illegible] clericus nu. 2. 3. & 4. Ang. in summa verb. clericus Lancelottus instit. Canon. lib. 2.*

lib.2 de pec. cleric. in gloss. Pro materia tamen subiecta possent comprehendi, &
ideo quia lex debet esse clara, Pontifex vt obscuritates omnes amoueat, secula-
rium clericorum se hic meminisse profitetur. Cum itaque personarum Eccle-
siasticarum seu clericorum appellatione non comprehendantur regulares aut
Monachi quando de ipsorum præiudicio agitur, *DD. Rubr. & ad cap 1. ne clerici
vel Monachi, arg. cap. statutum de elect. in 6. Boetius Epo. in comment. ad tit. ne clerici
vel Monachi, cap. 7. num. 11. fol. 85.*

Dubitari posset cuius correctioni regulares qui ab ordinaria iurisdictione
eximuntur sunt subiecti? Respondetur Iurisdictioni suorum prælatorum, *cap.
cum ab Ecclesiarum prælatis, de offic. ord. arg. l. fin. C. de iurisdictione om. iud. Nauar.
de Regularibus comment. 2. Emanuel. Roderic. quæst. Reg. tom. 1. quæst. 17. art. 1.* non 14
vero Episcopi, *Emanuel. Roderic. ibidem tom 2. quæst. 2. art. 6.* idque nisi extra clau-
stra cum populi scandalo deliquerunt, qua de re est Bulla quam infra inserui
Scholio 54. Itaque si infra claustra degant aut quid committant non sunt con-
ueniendo coram ordinario, *Nauarr. de Reg Com. 2. num. 63. & seqq.* & consequen-
ter pro censu annuo non poterunt coram ordinario conueniri, non enim potest
census censeri extra eorum claustra, *Nauarr. ibi. Emanuel. d. quæst. 2. art. 18.* pote-
runt tamen si prælati quibus subijciuntur longius absint, priuilegia enim non
conceduntur cum magno tertij incommodo, *Emanuel to. 2 q. 61. art. 5. in fine,* vt
& similiter alio in loco ostendi, *de iurisdict. ord in exempt. lib. 4 quæst. 50. & 51.* item
vt & inquit dicto loco Nauarrus in causis mercedum & miserabilium persona-
rum iuxta Concilij Trid. dispositionem. *Sess. 7. cap. 7. de reform.*

Sed an prælatus cognoscet de homicidio extrà claustra per regularem com-
misso, *Emanuel. Roderic. d. tom 2. quæst. 2. art. 10. & quæst. 34. art. 1.* respondet & pro-
bat autoritate Nauarri quod cognoscere poterit, non tamen de atrocioribus si
pœna capitalis esset imponenda, *Cons. 6. de foro compet.* qua de re & ego quædam,
lib. 4. quæst. 88. An autem eiusmodi exemptorum prælati torquere possint, & ad
triremes condemnare, discutit Nauarrus *De Reg. Com. 3. numer. 52.* & Emanuel
Roder. *d. tom. 2 quæst 23.* & ego etiam pluscula alia in loco *lib. 4. q. 111.*

(28) *Plura præsumunt.* Verbum hoc præsumpserit, in materia correctiua & 15
prohibitiua qualis est præsens, comminationem inducit vti videre est ex quam
plurimis Pontificij Iuris textibus. *Clem. ambitiose in fin. de reb. Eccles. non alienan-
dis,* dolumque & malitiam præsupponit, *Nauar. de alienis rerum Eccles. num. 16.
Card. Clem. 1. quæst. 39 de priuil.* vnde fit vt lex puniens præsumentem non puniat
bona fide facientem, *Nauarrus de datis & promissis pro iustitia notab. 23. nu-
mer. 38.* Vere dicit Pontifex, exemptos sibi multa in suam Ecclesiæque perniciem
præsumere, nam & de eos multis in locis exclamat & conqueritur D. Bernardus
ad Eugenium idque etiam longe lateque deducit & probat Guilielmus Duran-

dus de modo Concilij celebrandi, *part. 1. Rubr. 4. à numer. 15. vsque 75. & signanter num. 77.*

(29) *Quæ ipsis infamiam non paruam pariunt.* Spe enim impunitatis crimina perpetrantur quæ delinquentes infamant, *tot. tit. ff. de his qui not. infamia.* idque eo facilius & liberius quo exemptionis prætextu se euasuros existimant nam vt inquit Claudianus:

Procliuior vsus
In peiora datur suadetq; licentia luxum
Illecebrisq; effrena fauet: Tunc viuere caste
Asperius cum prompta Venus, Tunc durius iræ,
Consulimus cum pœna patet.

(30) *Et alijs inferunt læsionem.* Pythagoræ est symbolum stateram ne transgrediaris, id est, ne quid facias præter ius & æquum, fieri enim nequaquam id potest sine alterius læsione, imo ne quidem sine sui ipsius, cum etiam lucrum malum æquale dispendio censeatur.

(31) *Prætextu exemptionis & libertatis à Sancta Sede obtentæ.* Pontifex hoc in casu sentire videtur de exemptionibus concessis à Sancta Sede, non vero de exemptionibus quæ alijs ex causis ortæ sunt, de quibus quædam scripsimus libro exemptionum primo *quæst. 3. num. 5. & seqq.*

(32) *Ordinariorum correctiones.* Casus plusquam centum quibus exempti corrigi coercerique ab ordinario possunt alibi descripsimus *libro 2. de Iurisdict. ordinarij in exemptos quæst. 45.* debet tamen correctio hæc vt æqua sit & iusta
16 fieri animo medendi non sæuiendi, *cap. Odio dist. 86.* & ex charitate non vero ex furore procedere, *cap. fraternitas 12. quæst. cap. corripiantur 24. quæst. 4.* iustitia tamen & iuris rigor est misericordia temperanda, *cap. omnis, cap. disciplina, cap. sunt itaque dist. 45.* Quandoque tamen correctio plus habere debet de asperitate quã benignitate *d. cap. fraternitas, & cap. ecce. 24. quæst. 3. & cap. illud. eod. loco.* & è contra, quandoque etiam plus de mansuetudine quam rigore, *cap. sincera, cap. licet dist. 45.* Summa præstat cum seueritate diligere quam cum leuitate decipere, *cap. non omnis, cap. non osculatur 5. quæst. 5.* Charitas enim ibi esse nequit, sed languor vbi mali mores non corriguntur, *cap. non putes 23. quæst. 5. cap. seqq.* qua de re inferius etiam quædam notauimus *Scholio 42.*

(33) *Et ordinationes subterfugiunt.* Exempti subijciuntur diuersis & quamplurimus ordinationibus ordinarij, quos distinctim alibi retuli, *dicto libr. 2. quæst. 45.*

(34) *Ac eorum forum declinant.* Exempti multis in casibus declinare possunt forum ordinarij vt ostendi tractatu exemptionum *lib. 2. quæst. 6. & sequentibus.* Multis etiam in casibus non possunt partim à Concilio Tridentino relatis

latis, partim à nobis dicta quæstione 45 & passim in discursu istius tractatus.

(35) *Nonnulli etiam impunitatem obtinere sperantes excessus committere non verentur.* Spe enim veniæ peccantes fortius delinquunt quam alij, vnde sacra Scriptura, inquit, maledictus homo qui peccat in spe. Facilitasque veniæ incentiuum tribuit delinquendi. *33. quæst. 4. cap. est iniusta, & cap. vt clericorum de vita & honest. cler. Paulus Lancell. Instit. canon. libr. 2. de immunit. Eccles. §. hic autem in gloss. verb. sperantes.* 17

(36) *Quos nisi per exemptionem qua gaudent crederent se defendi nullatenus fuissent commissuri,* vtrum delinquens spe impunitatis consequendæ ab exemptione qua gaudet ea iuuari possit? latè discussimus, *lib. 4. de iurisdictione ordin. in exemptos & contra de exempt. à iurisdict. ord. quæst. 71. per tot. signanter num. 31.* resoluimusque gaudere. Quia circumstantia Spei immunitatis non excludit affectantem aut delinquentem à participatione legis dispositionis aut Priuilegij, *Nauarr. de Iubileo & Indulgent. notab. 34. numer. 6. tertia quæstio.* Et clerici spe immunitatis delinquentes priuilegio non priuantur, *Nauar. ibid. & cons. 36. num. 3. de sent. excomm.* Nisi tamen specialiter dispositum sit, quod spe immunitatis delinquens exemptione non gaudeat, *Nauar. d. not. 34. num. 6.* 18

---

§. *TERTIVS.*

SVMMARIVM.

1. *Audacia compescenda.*
2. *Committentes enorme crimen an exemptionem amittant.*
3. *Quid sit scandalum.*
4. *Scandali vitandi causa multa sunt speciali iure introducta quæ hic recensentur.*
5. *Conniuentia prælatorum reprehensa.*
6. *Prælatus non est de seueritate à subdito arguendus.*
7. *Reipub. interest delicta non esse impunita.*
8. *Culpa est non corrigere.*

(37) HINC itaque accidit (38) vt propter eorum audaciam qui prætextu exemptionis impunitatem excessuum obtinere confidentes (39) nonnulla multoties committunt enormia (40) per quæ plurimum diffamatur Ecclesia (41) & scandala grauia generantur, (42) potissime autem cum talia per eos ad quos horum spectat correctio (43) incorrecta remaneant (44) seu illi ad quos spectant illa punire negligunt.

SCHOLIVM.

(37) H*Inc itaque accidit.* Proposuit Pontifex causas ob quas exemptiones tot mala producunt; nunc descendit ad rationes & modos quibus huic malo mederi possit, prius enim est de causa quam de modo inquirendum, *l. 1. ff. de excep. doli.*

(38) *Vt propter eorum audaciam.* Legibus & constitutionibus coerceri debet audacia, refrenari appetitus noxius, castigari delinquentium licentia nocendique facilitas *Fortunatus Garcia, de vltimo fine vtriusque iuris num. 76.* Rectè Horatius *Oda 24. lib. 3.* damnauit audaciam his versibus:

O quisquis volet impias
Cædes aut rabiem tollere ciuicam
Si quæris Pater vrbium
Subscribi statuis indomitam audeat
Refrenare audaciam.

Et alius:

Nam deteriores omnes sumus audacia quodcumque inciderit in mentem valet.
Neque id putabit prauum an rectum sit quid petat.
Et ideo nunquam non nimia illa audacia
Semper euadit in aliquod magnum malum.

Denique Claudianus.

Procliuior vsus
In pecora datur suadetque audacia luxum
Illecebrisque effrena fauet.

Hinc rectè scripsit D. Isodorus *in cap. factæ sunt dist. 4.* Factas esse leges & Principum constitutiones vt earum metu humana coerceretur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia & in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur audacia & nocendi facultas, Et alibi *eadem dist. 4. cap. 1.* Causa constitutionis legum est humanam coercere audaciam & nocendi facultatem refrenare. Deniq; Cicero: *pro sexto Rosc. amer.* Ostendit audaciam omnium malorum fontem existere, in vrbe, (inquit) luxuries creatur, ex luxuria existit auaritia necesse est ex auaritia erumpat audacia vnde omnia scelera & maleficia gignuntur.

(39) *Nonnulla multoties committunt enormia.* An enormia crimina committentes exemptionis priuilegium quo ante fouebantur amittant? tractatur alibi meo, *lib. 1. de exempt. quæst. 20. & lib. 4. quæst. 65. nu. 5. & seqq.* vbi etiam succinctim ostenditur quæ & qualia crimina censenda sint enormia.

(40) *Per quæ plurimum diffamatur Ecclesia.* Ecclesiasticorum crimina producunt

ducunt tria mala, inquit Ioannes de Anania *in cap. significasti, numer. 3. vers. nota tria mala, de adulterijs.* Primò aliorum & signanter laicorum corda scandalalisantur. Secundò vituperatur officium & ordo Sacerdotalis. Tertio præstatur alijs liberior licentia peccandi, iuxta illud quod inquit Dominus in Leuitico ad Moysem, Si Sacerdos qui est vnctus peccauerit, facit peccare populum, *cap. magna post ponit. vers. preterea, de voto.* Vnde de D. Constantino Imperatore refert Nicephorus. *Histor. Eccles. lib. 8. cap. 16.* Si in Episcopum incideret alienum coniugium violantem, se purpura sua piaculum id obtecturum esse, ne tam fœdum facinus spectatoribus occasionem mali crearet.

(41) *Et scandala grauia generantur.* Scandalum definitur esse dictum vel factum minus rectum præbens occasionem ruinæ, *Felin. cap. nihil num. 2. in fin. de praescript. Nauar. de spolijs clericorum §. 19. numer. 3.* Scandali ratione multa sunt speciali iure constituta. 3 4

1. Ex non culpa fit culpa, *gloss. cap. ex literis, de homicidio.*

2. Euitandi scandali causa toleratur clericus priuandus, *Innoc. cap. 1. de clerico Coniugato.*

3. Spoliatus ante omnia non restituitur, *gloss. cap. inprimis 2. quaest. 1. & 4. qu. 1. cap. in summo, & in cap. ad petitionem, verb. restituendus de accus. Lancel. de attentatis part. 2. quaest. 18. num. 5.*

4. Non habetur ratio pœnæ, *l. si quis in tantum C. vnde vi. Fel. cap. nihil, num. 3. vers. 7. de praescript.*

5. Punitur non puniendus, *Fel. ibidem num. 8.*

6. Ratione scandali Episcopus priuatur Episcopatu dato æquali cambio. *Fel. vbi supra vers. 10.* & beneficiatus suo beneficio, *late Marsilijs sing. 683. Abbas cap. quaesitum. de rer. permut. Feder. de permut. benef. quaest. 25.*

7. Episcopus dispensare non potest cum clerico deficiente in purgatione, *Fel. vbi supra vers. 11.*

8. Matrimonium etiam inter habiles & idoneos prohibetur, *cap. super eo de cog. spirit.*

9. Prohibetur electio eius qui nihil deliquit, *Abbas cum glo. cap. consideravimus in fin. de elect.*

10. Ratione scandali Papa non dispensat super Matrimonio non legitime contracto, *Rom. cons. 307.*

11. Inferior à Papa, potest apponere manum causæ ad Papam deuolutæ, *Abb. & Host. cap. constitutis de app.*

12. Tolerantur inutiles, *Fel. d. cap. nihil vers. 16. de praescript.*

13. Debet peti absolutio à voto etiamsi reuera non obliget, *Abb. cap. magna de voto.*

14. Co-

14. Cogit contrahi matrimonium, *Abb. cap. cum in tua de sponsal.*

15. Tacens non habetur pro consentiente, *Felin. d. cap nihil vers. 19.*

16. Licet transire ad religionem strictiorem, *Abbas vbi supra vers. 21.*

17. Ratione scandali non licet rem meam propriam auctoritate recupare etiam in casu quo à iudice iustitiam non expecto, *Fel. ibidem vers. 22.*

18. Ratione scandali pæna remittitur, *Fel. d cap. nihil vers. 28.*

19. Omissio citationis facta timore scandali, tenet, *Felin. vbi supra vers. 29.*

20. Potest suspendi executio mandati Apostolici quantumuis pœnalis. *Fel. ibid. vers. 30.*

21. Potest formari inquisitio absque fama præcedente, *Fel. ibid. vers. 31.*

22. Potest recedi à forma præscripta à superiore, *Fel. vbi supra vers 32.*

23. Lex iniusta quæ alioquin in foro conscientiæ non obligat tamen ratione scandali potest obligare, *Fel. vbi supra vers. 33.*

24. Ecclesia cum subest scandalum non petit decimas ex terris ex quibus dari non consueuerunt, *Fel. vbi supra vers. 33.*

25. Veritas ratione scandali quandoque subticetur, *Fel d. vers. 33. post med.*

26. Ratione scandali Papæ non est obediendum, *Barbatia de præstantia Cardinal. part. 1. quæst. 1. nu. 37. vol. Oce. 14. Hier. Sratus cons. 1. num 39. vol. 2.*

27. Litem cui quis renunciauit resumere nemo potest, Potest tamen si subsit scandalum, *tex. cap. nihil cum scandalo de præscript. Barbatia d n. 37.*

28. Ratione scandali eligibilis fit ineligibilis, promouibilis impromouibilis, *cap. Cum teneamur de præb. Barbatia vbi supra.*

29. Lex noua corrigit antiquam nisi subsit scandalum, *Barbatia vbi supra.*

30. Propter scandalum potest religiosus omittere habitum sui ordinis, *cap. Deus qui, de vita & honest. cler. late Antonius Scappo tract. De Birreto Rubeo dando S. R. E. Cardinalibus Responso 4. num. 20. scripsi infra Schol. 149.*

31. Ratione scandali exemptiones cassari debere late tradit & probat Guilielmus Durandus *de modo & forma Concilij generalis part. 1. Rub. 4. numer. 72. 73. 74. Oce. 2.*

32. Scandalum operatur vt prouisio impediatur & iam facta reuocetur, *Stratus cons. 1. num. 64. part. 1.*

33. Ratione scandali receditur à communibus Iuris regulis, *Srat. d. cons. 1. n. 39.*

34. Remedium attentatorum cessat ratione scandali, *Lancelottus de attentatis part. 2. cap. 4. limit. 13.*

35. De timore scandali credendum est superiori. *Srat. cons. 10. n. 10 part. 1.*

36. Scandalum iustam dispensandi causam præbet, *Præpositus, cap licet, num. 8. dist. 45. Antonius Scappus de Bireto Rubeo Cardinalium Regularium Resp. 6. num. 31.* præpollet enim scandalum infamiæ, *præpositus ibid. num. 8.*

37. Scan-

37. Scandali euitandi causa permittitur monacho effecto canonico vt possit commedere carnes, *Henricus Boic. in cap. qui Dei timorem, num. 10. de statu Monach.* *Anton. Scappus d. Resp. 9. num. 33.*

38. Ratione scandali veritas iuris positiui temperanda est & relaxanda, *Angel. in summa verb. scandalum sub num. 3.*

39. Item excommunicandus non debet, vt euitetur scandalum, excommunicari, *gloss. vlt. can. Si quis ordinatus dist. 92. Vincentius Carocius de remedijs aduersus damnosas executiones except. 6. num. 27.*

40. Similiter scandali causa receditur à pœna, *l. Si quis in tantam C. vnde vi, gloss. can. lator. 2. quæst. 7. Vincent. Caroc. d. except. 6. num. 28.*

41. Principi non est obediendum quoties vertitur periculum scandali, *D. Thomas 2. 2. quæst. 8. art. Carocius d. num. 28.*

42. Mitigandæ etiam sunt pœnæ, *Tiraq. de pœnis temperandis causa 46.*

43. Sequestrari possunt possessiones partibus citatis imo etiam non citatis, *Vincent. Caroc. d. loco Except. 132. num. 18. idem in tract. de Sequestro part. 1. quæst. 6. Bald. l. 1. §. quies ff. de officio præfecti vrbis.*

44. Papa non potest super scandalo dispensare, *cap. cum teneamur de prebendis, Nauarr. cap. Sacerdos num. 130. cum seqq. de pœnit. dist. 7.* Nec rescribere cum clausula non obstante scandalo, *Nauar. ibid. num. 131.* talique rescripto obediendum non est, *Abbas d. cap. cum teneamur, Nauarr. d. loco.* Et quidem hactenus dicta sint de scandalo pusillorum non vero Pharisæorum vti alias distinxi *Scholio 8.* quod semper salua æternæ vitæ iactura vitandum est, *Abbas cap. Nisi num. 12. de renunt. Grat. cons. 1. num. 39. part. 1.*

(42) *Potissime autem cum talia per eos ad quos horum spectat correctio.* Grauissime offendere prælatos qui subditorum crimina non puniunt, diuersis in locis testatur Diuus Augustinus, *can. in vitijs 23. quæst. 5. can. nemo dist. 83. can. non putes 23. quæst. 5. can. non omnis, can. non osculatur 5. quæst. 5.* Vnde eos non prælatos esse sed canes impudicos improperat, *d. can. nemo dist. 83.* Et tam insipientes esse dicit, quam eos qui cultrum rapere non audent puero, ne audiant ploratum nec timent, ne vulneratum audiant vel extinctum. *d. can. in vitijs,* & ideo Leo Pontifex, *can. inferiorum dist. 86.* testatur inferiorum subditorum culpas ad nullos magis referendas, quam ad præsides negligentesque prælatos ij enim multã inquit sæpe nutriunt pestilentiam, dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam, itaque si prælatus in punitione sit Seuerus & excedens, non ea propter 6 debebit à subdito pro excessu in correctione commisso veniam postulare inquit valde eleganter D. Augustinus, *can. quando necessitas dist. 86.* neque etiam iniuriarum actione tenebitur, *eleg. Emanuel Roderic. Regul. quæst. tom. 2. quæst. 41. art. 3.* qua de re etiam quædam superius videri poterunt *Scholio 32.*

Grauissime in line with margin 5.

7 (43) *Incorrecta remaneant.* Contra id quod Reipub. interest ne crimina remaneant impunita, *l. ita vulneratus ff. ad l. aquil. l. si longius §. 1. ff. de iudic. l. per omnes C. de defens. ciuit.*

(44) *Seu illi ad quos spectant illa punire negligunt*, de dictione seu notatur, infra *Scholio 116.* Culpam facientis habet qui quod potest negligit emendare, Error enim cui non resistitur approbatur, *Paul. Lancel. instit. canonic. libr. 1. de vita & honest pralat. §. praterea cauendum vbi & gloss. tex. can. Si is 24. q. 3.*

8

§. QVARTVS.

SVMMARIVM.

1. *D. Bernardi Encomium summi Pontificis.*
2. *Reip. interest crimina ne maneat impunita.*
3. *Pralati dicuntur medici spirituales.*
4. *Correctio exemptorum penes quos sit.*
5. *Energia dictionis confestim.*
6. *Quid si regulares extra eorum claustra delinquant.*
7. *Quid si regulares intra claustra delinquant.*
8. *Ordinarius incarcerans regularem exemptum excommunicatur.*
9. *Scire qua dicamur.*
10. *Ordinarius an prasumatur scire crimen commissum.*
11. *Qualis ignorantia excuset ordinarium.*
12. *Dictio ita quid denotet.*
13. *Qualis debeat esse correctio.*
14. *Misericordia seueritate & seueritas est misericordia temperanda.*
15. *Quid si punitio non fuerit congrua.*

(45) NOs volentes (46) ne ex eo prætextu delicta remaneant impunita (47) morbo eiusmodi necessariam adhibere medelam (48) sacro approbante concilio (49) Statuimus (50) vt de cetero (51) illi quibus exemptorum correctio & punitio à dicta sede demandata est (52) circa illam vigilanter intendant (53) & diligenter officij sibi commissi debitum exequantur, (54) & quamprimum eis exemptos ipsos deliquisse (55) legitime constiterit (56) ita eosdem exemptos delinquentes puniant (57) quod ijdem exempti metu pœnæ à suis arceantur insolentijs (58) & alij eorum exemplo perterriti prosilire ad simila merito perhorrescant.

SCHO-

SCHOLIVM.

(45) NOs *volentes*. Satta sanctaque debet esse omnibus orthodoxis summi Pontificis voluntas eaque pro lege habenda, § *quod Principi instit.de iure naturali gent. & ciuili* de quo insigne illud extat Diui Bernardi Encomium *lib. 2. de consideratione ad Eugenium*. Age indagemus adhuc diligentius quis sis quam geras personam in Ecclesia DEI. Quis es ? SACERDOS MAGNVS, TV PRINCEPS EPISCOPORVM, TV HÆRES APOSTOLORVM, TV PRIMATV ABEL, GVBERNATV NOË, PATRIARCHATV ABRAHAM, ORDINE MELCHISEDECH, DIGNITATE AARON, AVTORITATE MOYSES, IVDICATV SAMVEL, POTESTATE PETRVS, VNCTIONE CHRISTVS. 1

(46) *Ne ex eo prætextu delicta remaneant impunita*. Reipub. enim interest ne delicta remaneant impunita, *l. ita vulneratus in fin ff. ad l. aquiliam l. locatio §. quod illicite ff. de pub. in d.* vt qui virtutis amore à scelere abduci nequeũt formidine pœnæ deterreantur, *l. si quis § pen in fin ff. de pœnis.* hinc Deuteron. cap. 19. sic scriptum est. Reddes illi sicut fratri suo facere cogitauit & auferes malum de medio tui vt audientes ceteri timorem habeant & talia facere nequaquam audeãt. Item *Deuteron. cap. 13 19. 21.* Lapidibus obrutus necabitur vt omnis Israel audiens timeat & ne faciat quicquam huic simile. 2

(47) *Morbo eiusmodi necessariam adhibere medelam*. Pontifex medicus est Ecclesiæ vniuersalis, *Ioannes Durandus de modo celebrandi concilij part. 1. tract. num. 60.* vt & Prælati Eccleſiarum sibi subiectarum, *can inferiorum dist. 86. can. recedite dist. 45. can non vos 5. quæst 5. can. quid faciet 23. quæst. 4.* ideo pro ratione morborum medelas adhibere & malo quod aiunt nodo malos cuneos adaptare debent, abscindereque etiam vulnera quæ fomentum non recipiunt disciplinæ, *can. quia aliquanti in fin dist 82. can. in canonibus 16. quæst. 1.* immedicabile vulnus, *Ense rescindendum est ne pars sincera trahatur*, inquit Poeta. Denique sicuti medicus vno collirio omnibus oculorum morbis non medetur, sic Prælatus non vno generẽ doctrinæ, sed diuersimode spirituales suas medicinas solet adhibere, *can. necesse dist. 29.* 3

(48) *Sacro approbante Concilio*. De sacro hoc concilio elegantissimum doctissimumque tractatum edidit Cardinalis Pateotus, in quo multa scitu sunt digna & notanda. Et quid operetur clausula, de nostrorum fratrum consilio in literis Papæ tradunt DD. *ca. ad Apostolicæ de re iud. in 6. & Clem. 1. §. Cæterum de iureiur.* Quæ autem Pontifices, Episcopi, princeps negotia ardua explicare possint non adhibito suo Concilio succinctim etiam tradit Andreas Alciatus,

 l. pla-

l. placet rationabilis consilij. C. de Sacrosanct. Eccles.

(49) *Statuimus.* Hic Pontifex legem stabilit cuius virtus est imperare, vetare permittere, *l.legis virtus ff.de legibus.* Soletque Pontifex vtendo hoc verbo Statuimus inducere ius nouum, *gloss. cap. vt litigantes de offic.ord.in 6. Nauarr. de spolijs clericorum* § *7.num.2.*

(50) *Vt de cætero.* Quæri hic posset an lex aut constitutio Principis non tantum ad futura sed etiam ad præterita extendatur? Qua de re videri poterit Nauarrus *Repet cap.Si quando except. 21.numer.3. & seqq. de rescriptis fuse*, id enucleans.

(51) *Illi quibus exemptionum correctio & punitio à S. Sede demandata est.*

4 Exemptionum correctio & punitio spectat vel ad prælatum eorum mediatum aut immediatum habentem in exemptos iura quasi Episcopalia, de quibus tractauimus in tractatu nostro exemptionum *lib.1.quæst.17. & lib. 4.quæst. 20.* vel ad capitula de quibus etiam dicto tractatu *lib.2 quæst.47.* quæ omnia pendent à priuilegijs legitime concessis vel acquisitis præscriptione vel consuetudine, qua de re etiam eodem tractatu.*lib.1.q.6.*

(52) *Circa illam vigilanter intendant.* Pontifex admonet Prælatos vigilantiæ diligentiæque in correctione subditorum, Plaut. *in Rud.* vigilare decet » hominem qui vult sua tempori consuere officia, nam qui dormiunt libenter sine lucro & cum malo quiescunt. Et Ouid.lib.1. de Ponto.

Ceruis vt ignauum corrumpant otia corpus
Vt capiant vitium ni moueantur aquæ
Et mihi si quis erit dicendi carminis vsus
Deficit estq; minor factus inerte situ.

Quam autem gnauiter prælati incumbere debeant subditorum correctioni notauimus superius *Scholio 32. & 4.*

(53) *Et diligenter officij sibi debitum exequantur.* admonet Pontifex præla-

5 tos vt prouinciæ quam nacti sunt sese accommodent proq; illius dignitate sese gerant ac vt in prouerbio est vt spartam quam adepti sunt hanc adornent de quo in chiliadibus Erasmus. *Chiliad.2.cent.5. Adagio 1.*& infra *Scholio 106.& 107.* dicetur. Sed an vt officij debitum exequantur possint sibi officiales armatos assumere? vide Felinum *cap.significasti de officio deleg.*

(54) *Et quamprimum eis exemptos ipsos deliquisse.* Dictio quamprimum vt & confestim intelligi potest quam citius poterit, *l. 2.* §.*confestim ff.ad trebell.* adhibito aliquantulo temporis interuallo, *l.cum omnis l. quod dicimus ff. de solut.* §. *pro iure vbi gloss.verb.confestim inst.de verb.oblig. v. Abbatem c.quia propter, nu.17. de electione fol.164.* vbi disquirit quantum tempus hæ dictiones confestim, mox illico requirant, quando enim talis dictio ponitur ad aliquid dandum vel faciendum

dum

dum requiritur pro implemento aliqua morula, *Albertus de Pergamo de prapositionibus numer.* 46. non vero præcipitata celeritas de qua infra *Scholio* 100. Quid autem de regularibus exemptis extra eorum claustra forte delinquentibus statuendum sit formam præscribit Clemens VIII.interpretando Concilium 6
Tridentin.sess.25.cap.14.de Regular. per expressam illius Constitutionem editam anno 1596.Martij 18.quæ talis est. Suscepti numeris ratio postulat vt ea ,,
quæ in sacro Concilio Tridentin.proinde constituta sunt ab ijs ad quos spectat ,,
inuiolate obseruari curemus Maturo sanè consilio ipsius consilij decreto prouis- ,,
sum est, vt quicumque Regularis non subditus Episcopo intra claustra degens ,,
extra ea ita Notorie deliquerit vt populo scandalo sit Episcopo instante à suo su- ,,
periore intra tempus ab Episcopo præfigendum seuere puniatur,& superior de ,,
punitione Episcopum certiorem faciat,sin minus ipse à suo item superiore offi- ,,
cio priuetur,& delinquens ab Episcopo puniri possit. Verum quia experientia ,,
compertum est interdum huiusmodi decreti remissione minus remisse proce- ,,
di,cum enim Episcopus instat aliquem Regularem eo quod supradictum est ,,
modo delinquentem à suo superiore puniri sæpe fit vt superior Regularem de- ,,
linquentem ad alia suorum ordinum loca extra Episcopi diœcesim ex industria ,,
impunitum transmittat atque etiam ipse ad alias prouincias se conferat,nec vlte- ,,
rius super delinquentis excessibus inquirat , & de eius punitione Episcopum ,,
certiorem reddat. Vnde nec regularis delinquens tunc ab Episcopo puniri po- ,,
test cum extra ipsius Diœcesim existens, nec superior qui delinquentem corri- ,,
gere negligit Officio priuatur.Nos pro pastorali nostra solicitudine præfati de- ,,
creti executioni quantum cum Domino possumus fauore & præmissis malis, vt ,,
par est, oportuno aliquo remedio occurrere volentes, de Venerabilium Fra- ,,
trum nostrorum S.R.E.Cardinalium prædicti Concilij interpretum sententia ,,
motu proprio & ex certa scientia nostris ac de Apostolicæ potestatis plenitudi- ,,
ne hac nostra perpetuo valitura constitutione omnibus & singulis cuiuscum- ,,
que ordinis & instituti Regularium etiam mendicantium,Superioribus in vir- ,,
tute S.Obedientiæ & sub indictionis nostræ ac priuationis dignitatum & offi- ,,
ciorum per eos obtentorum eo ipso incurrendis pœnis præcipimus & man- ,,
damus vt iuxta prædictum decretum quilibet ipsorum Regularem non subdi- ,,
tum Episcopo intra claustra degentem & extra ea ita notorie delinquentem vt ,,
populo scandalo sit Episcopo instante intra tempus ab Episcopo præfigendum ,,
seuerè puniat,ac de punitione Episcopum certiorem faciat & alias decretum in ,,
ipsum in omnibus & per omnia exequatur, Cæterum si superior in regularem ,,
delinquentem non animaduerterit quinimo si illum impunitum ad alia suorū ,,
ordinum loca extra Episcopi Diœcesim vt præfertur transmiserit volumus & ,,
simili autoritate decernimus vt superior instante Episcopo intra terminum ab ,,

„ Episcopo præfigendum & sub eisdem indignationis nostræ ac priuationis dig-
„ nitatum & officiorum obtentorum nec non & sub inhabilitatis ab illa & alia im-
„ posterum obtinenda & vlterius priuationis actiuæ & passiuæ vocis ad quasà ne-
„ mine præterquá à nobis, & à Romano Pontifice pro tempore existente restitui
„ possit ipso facto similiter incurrendis pœnis ipsum regularem delinquentem
„ à loco ad quem transmissus fuit reuocare, & in quod deliquit constituere seu
„ sistere teneatur: quod si hoc etiam facere prætermiserit per præsentes si-
„ militer statuimus vt ordinarius loci ad quem, Regularis delinquens transmissus
„ fuerit, super præmissis ab ipso ordinario loci in quo deliquit similiter requisitus,
„ vel aliàs de illius delicto informatus vt præfertur tanquam sedis Apostolicæ
„ delegatus prædictum Concilij decretum omnino exequi, & in Regularem de-
„ linquentem seuere animaduertere possit, & debeat, decernentes sic & non ali-
„ ter per quoscumque iudices & commissarios qua vis autoritate fungentes etiam
„ eiusdem Roman. Ecclesiæ Cardinales & caussarum Apostolici auditores, sub-
„ lata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate &
„ autoritate vbique iudicari & definiri debere, irritum quoque & inane quicquá
„ secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit
„ attentari, non obstantibus &c. Datum vt supra.

Qua de re quædam etiam sed breuiter scripsit Nauarrus *de regularibus comment. 2. num. 63. & seqq.* ad explicationem dicti Concilij Trid. *sess. 25. c. 14. de Reg.* Quæ quidem Concilij Trident. interpretatio Clementisque constitutio obtinet in casu quo Regularis intra claustra degens extra ea crimen committit, cœterum si deserto ordine & habitu delinquat haud dubiè omissis solemnitatibus à Clemente requisitis poterit ab ordinario coërceri vti plenius alibi dixi, *lib. 2. quæst. 45. numer. 33. de iurisd ordin. in exempt. lib. 1. quæst. 20.* Imò non modo si deserto habitu extra claustra delinquat omisso ante tacto ritu puniri ab ordinario poterit, sed etsi seruato habitu delinquat puniri poterit iuxta Concilij Trident. dis-
7 positionem *sess. 6. cap. 4. de reform.* tanquam in hoc à S. Sede delegato. Quid vero si Monachi intra claustra delinquant? Poterit & ordinarius corrigere si Superior Monachi delinquentis in correctione negligentem se præbeat vti fusius videre est apud Bertachium. *tract. de Episcopo lib. 4. part. 2. num. 80.* & ex professo apud Nauarrum *in comment de regularibus.* & Emanuelem Roderiques *tract. de*
8 *Regularibus.* Sed quæ pœna sit ordinarij incarcerantis Regularem exemptum? dubitari potest, paucis Respondeo excommunicationem, *Paulus Fuscus Episcopus Sarnen. de visitat lib. 2. cap 20. num 20. Hieron. à Sorbo ad Alphonsum à Casarubios de priuileg. Minorum.* idque cum non iuridicis id facit, eo enim in casu incarcerans censetur ad instar priuati. *Card. Clem frequens in pr. num. 1. vers. 5. nota de excessib. prælat.* Secus ideo si in casibus concessis id facit, *Card. ibid. vers. seqq.*
Qua

Qua de re vide Bullam Clem. VIII. latam anno 1595. Pontificatus sui anno V.
7. Kalendis Martij, quæ refertur ab Alphonso à Casarubios, *de priuileg. Minorum*
in fine tractatus.
(55) *Legitime constiterit.* Vel ex notorietate delicti qua de re prosper Fari-
nac. *lib. 1. pract. criminalis,* vel fama præcedente, aut denuntiatione vel relatione
fidedigna. Scire enim dicimur ea quæ hisce alijsque modis in iure descriptis ad 9
nostram perueniunt noticiam vti notatum est supra *Scholio 22.* Nam & certifi-
catus ab homine fide digno dicitur certo scire, *Ias. l. certum num. 8. ff. Si cert. peta-*
tur 3. An autem ordinarij præsumantur habuisse notitiam criminis commissi? vi- 10
detur quod sic. Quia habent vel habere debent. Fiscales *Abbas cap. sicut num. 2.*
de accusat. & in cap. ex parte de concess. prabend. Paul. Lancel. instit. canon. lib. 1. de
collation. §. Tempus in gloss. per v. notitia. Seu corycæos qui tanquam cybiratici ca-
nes vti inquit Hadrianus Iunius *adagiorum cent. 2. adagio 4.* omnia odorent in-
tercipiant inuestigent perscrutentur ac deferant, cuiusmodi Ardeliones si ordi-
narij non habeant est quod sibi imputent, cum paria sint habere vel habere de-
bere, scire vel scire debere, *DD. l. quod te ff. Si cert. petatur crescentius decis. 10. num.*
12. de dolo & contumacia. Ideoque Ordinarius prætextu ignorantiæ culpa vacare
dici non potest, cum ex eiusmodi circumstantijs præsumptio scientiæ eius & qui-
dem non leuis inducatur, *Rom. cons. 481. Socin. in fallent. Reg. 176.* Verum satius 11
est & dicamus ordinarios ex præsumpta ignorantia criminum in occulto com-
missorum excusari. Ratio est quia difficultas facti obscuri excusat aliquem à præ-
sumpta scientia. *Soc. Reg. 175. fall. 4. crescent. d. dec. 10. num. 14.* vt sunt omnia pe-
ne crimina clam & Semotis arbitris commissa, qui enim male facit odit lucem,
inquit diuina Scriptura *tex. can. perniciosam 18. quæst. 2.* Idque eo magis cum agitur
de damno vitando & amissione exercitij iurisdictionis ratione negligentiæ, Quia
tunc crassa ignorantia in propria facto etiam iuris excusat, *Barth. l. auunculo*
vers. venio ad secundam quæstionem ff. de cond. sine causa. & in l. fundum §. seruus
meus ff pro emptore, Soc. d. Reg. 175. fall. 1. late Decius cons. 63. col. pen. crescent. d. dec.
10. numer. 15.
(56) *Ita eosdem exemptos puniant.* Dictio ita designat conditionem. *l. Iulia-* 12
nus vbi gloss. ff. de cond. & dem. Hier. Grat. Cons. 126. num. 31. part. 2. Item designat
modum similitudinem & declarationem, *Hier. Grat. cons. 9 num. 86. cons. 13. num. 5.*
part. 1. per l. ita tamen ff. ad Trebell. Itaque vult Pontifex exemptos pro ratione & 13
modo delicti ita puniri vt alij pœnarum timore terreantur ac vt iuxta mensuram
delicti sit & plagarum modus, *can. non offerant 24 quæst. 1. & Deut. cap. 16. Nauar.*
cons. 8. num 5. de verb. sig. Cum leuitate tamen seueritas miscenda est. Nam mi- 14
sericordiæ multum demitur si seueritate omnino sit destituta, ideo inesse debet
iuste consulens misericordia & pie sæuiens disciplina rigore benignitatem
man-

mansuetudinis. Nec rursus in mansuetudine districtionem deserens disciplinæ quodque seuerius castigare necesse est non sæuientis plectatur animo, sed medentis, *can. prodest 23 quæst. 1. can. odio dist. 86. Paulus Lancelot. instit. canon. lib. 1. de vita & honest. prælatorum §. Præterea.* Qua de re latius scripsit Ioannes à Chokier Frater meus in suis Politicis Aphorismis *lib. 2. cap. 6.* Et vt inquit Horatius *lib. 1. Satyra 1.*

Ponderibus modulisque suis ratio vtitur, ac res
Vt quæque est ea supplicijs delicta coercet.
Et paulo post: *Adsit*
Regula peccatis quæ pœnas irroget æquas
Nec scutica dignum horribili sectare flagello.

15 Quid ergo si punitio non fuerit congrua & correspondens enormitati criminis an iterum poterit ab ordinario puniri? videtur quod non quia de eiusdem hominis delicto sæpius quæri non debet, *l. si cui §. ijsdem ff. de accusat.* neque enim Deus bis iudicat in id ipsum. *Lancel. instit. canon. libr. 2. de sepult §. ex his. vbi gloss. Abb. cap. fin. de sepulturis, D D. cap. 1. de iudicijs.* & vt inquit Aristographus Papon *lib. 19. tit. 8. arresto 10.* Accusé puni trop legerement ne peut estre recherche pour estre puni legitimement ou congrue. Verum contrarium est respondendum Autoritate Iulij Clari, *Recept. sent. §. fin. quæst. 57. num. 12. & 25.* idque signanter in criminibus enormioribus imo etiam in alijs minus enormibus vt alij pœnæ timore à peccando arceantur, Est enim hæc mens Pontificis licet disertis verbis non expressa, mentem autem legislatoris esse verbis præferendam ostendit tam iuris autoritatibus quam Ciceronis Quintiliani & aliorum fusissimè Tiraquellus *In rep. l. Si vnquam verb. Libertus num. 40. & seqq. C. de Reuoc. donat.* Sicuti enim scire leges non est verba tenere sed vim mentem atque earum potestatem *l. scire leges ff. de legibus.* Ita neque constitutiones Papales intelligit qui in verba earum iurauit mentem vero atque intentionem constituentis negligit, insuper finalis causa huius constitutionis est tam apta punitio delictorum quæ metu pœnæ alios à similium criminum perpetratione auertat *Barthol in extrauag. ad reprimẽdum vers. Ne ex eorum num. 13 & 14. l. fin. ff. de hæred. instit. Lanfrancus tract. de interpret. statutorum num. 21.* Itaque cessante causa finali huius constitutionis quæ est congrua punitio cessare etiam debet illius dispositio, *cap. Cum cessante de appell. l. adigere §. quamuis ff. de iur. patronat. præses loco, à cessante ratione.*

Denique in rescriptis & constitutionibus principum validum est argumentum à contrario sensu de quo etiam abunde præses Euerardi, debent itaque exemptorum prælati ita punire exemptos vt alij similia committere perhorrescant vt habet proemium huius constitutionis à quo causa finalis semper hauriri solet. *d. l. fin. Lanfr. d. num. 21.* si ergo ita puniant intentioni & causæ finali satisfecisse

fecisse dici non possunt & ideo male suo officio negligenterque functi dicendi sunt, postremo est etiam hæc sententia ex mente Concilij Tridentini, *sess. 13. cap. 5. incip. Et quoniam de reformat.* Statuentis quod si quisquam criminosus per surreptionem vel obreptionem fictis vel etiam probabilibus ex causis absolutionē à publico aliquo crimine vel etiam delicto remissionem obtineat, poterit Episcopus non obstante eiusmodi gratia pro vt delicti qualitas expostulabit statuere atque animaduerte.

(57) *Quod ijdem exempti metu pœnæ à suis arceantur insolentijs.* Rectè intendit Pontifex vt exempti metu pœnæ à peccandi occasione arceantur nulla enim ratione efficacius arceri possit quam talione & supplicij similitudine. Res est imperiosa timor inquit Martialis *lib. 11. Epigr.* sequentibus distichis:

Quod si me Tonsor cum stricta nouacula supra est
Tunc libertatem diuitiasque roges
Promittam? Nec enim rogat illo tempore tonsor
Latro rogat: Res est imperiosa timor.

(58) *Et alij eorum exemplo perterriti prosilire ad similia merito perhorrescant.* Vt alieno malo doceantur periculumque ex alijs faciant ipsis quod ex vsu fiat, inquit Terentius & Gelasius Pontifex censuit pœnas esse exacerbandas & augendas vt cœteri à scelere vltionis istius terrore reuocentur. *tex. c. Frater 17. quæst. 4. l. aut facta §. fin. ff. de pœnis, Nauar. de Regular. Comment. 4. numer. 52.* Punitiones enim sontium alios à peccando reuocant rectè Iuuenalis Satyra 8.

Respice quid moueant leges quid curia mandet
Proemia quanta bonos manet quam fulmina iusto
Et capito & tutor ruerint damnante senatu
Pirata cilicum.

Et illud Calixtæ Papæ:

Iustum est vt qui diuina contemnunt mandata seuerioribus corrigantur vindictis. Quatenus cœteri talia committere timeant & omnes gaudeant fraterna concordia & cuncti sumant seueritatis atque bonitatis exemplum, *ca. istum est 23. quæst. 3.*

---

§. QVINTVS.

SVMMARIVM.

1. *Negligentes qui dicantur.*
2. *Diœcesanus quis dicatur.*
3. *Ordinarj qui dicantur.*
4. *Citatio personalis quando necessaria.*

5. Dictio alioquin est conditionalis.
6. Certum quid dicatur.
7. De citatione per edictum.
8. Citationis tres modi.
9. Relatio executionis debet esse certa.
10. Citatio male executa possit ne iterari.
11. Monitio quotuplex.
12. Sufficit vnica monitio.
13. Dilatio quæ dicatur congrua.
14. Quid in dilatione concedenda considerandum.
15. A breuitate termini quandoque non appellatur.
16. Appellatio ab interloquutoria prohibita est cum appellatio à diffinitiua prohibetur.

(59) ET si circa hoc (60) negligentes fuerint Diœcesani, (61) & alij locorum ordinarij (62) eosdem quibus exemptorum correctio huiusmodi competit (63) personaliter si illorum copia (64) & notitia haberi poterit; (65) alioquin (66) vel si nullus in partibus exemptorum ipsorum certus inde fuerit, (67) eos quorum sua in præmissis interesse putauerit, (68) per edictum publicum (69) Cathedralium seu aliorum Ecclesiarum locorum in quibus exemptorum iudices huiusmodi residere (70) seu multis eorundem exemptorum iudicibus existentibus ipsos exemptos deliquisse contigerit (71) valuis affigendum (72) moneant vt ipsi tales exemptos delinquentes & criminosos puniant & castigent (73) infra competentem terminum monentium ipsorum arbitrio moderandum.

SCHOLIVM.

1 (59) ET *si circa hoc*: De explicatione dictionis circa, tradit Albertus de Pergamo de præpositionibus *numer. 14.* vbi dicit quandoque significare idem quod in, quandoque proximitatem quandoque continuationem.

(60) *Negligentes fuerint.* Negligentia quando dicatur committi & ad quem deuoluatur iurisdictio tradidimus in tractatu exemptionum diuersis in locis, *lib. 2. quæst. 8. nu. 20. lib. 4. quæst. 50. 51. & 60.* Aliud proinde obtinet si legitime essent impediti quo casu ne quidem protestatione opus erit. *Paulus Lancel. instit. canon. lib. 1. c. qui eligere possint §. interdum in gloss. vers. impediti,* De negligentia vide copiosius infra *Scholio 74.*

Diœcesani. Quis diœcesani appellatione comprehendatur scripsimus tractatu de exemptionibus, *lib. 1. quæst. 1. num. 6. & seqq.*

(61)

(61) *Et alij locorum ordinarij.* Ordinariorum nomine censentur quicumque Prælati iurisdictionem quasi Episcopalem habentes de quibus gloss. *in Clement. 1. in verb. Proprij, de rebus Ecclesiæ non alienandis.* Item alij quicumque iurisdictionem habentes canone præscriptione vel priuilegio, de quibus scripsi, *d. q. 1. num. 9.* Præterea Vicarij Episcoporum, *vide d. q. 1. n. 10.* 3

(62) *Eosdem quibus exemptorum correctio competit.* Canone præscriptione vel priuilegio hisce enim modis iurisdictionem acquiri ostendimus. *Tract. de iurisdict. ord. in exempt. lib. 1. per tot.*

(63) *Personaliter si illorum copia.* Citari enim debet personaliter is qui in ciuitate est. *Vantius de nullit. sent. tit. de nullit. ex defectu citat. numer. 83.* id est cuius præsentia vel barbaro vocabulo copia haberi potest, qua de re Andr. Alciat. *l. apud Labeonem ff. de verb. significat.* 4

(64) *Et notitia haberi poterit.* Si enim ignotus aut incertus sit is qui citari debet non est necesse citatione personali vti inferius ostendetur, *Scholio 66. & seqq. adde Gaill. lib. 1. obs. 57. num. 4. 5. 6.*

(65) *Alioquin.* Hæc dictio facit conditionem quasi dicat si hoc factum nõ fuerit, *Tiraquellus de retract. consang. §. 8. glo. 6. n. 1.* 5

(66) *Vel si nullus in partibus exemptorum certus fuerit:* Certus dicitur qui liquido apparet & occultiore sensu deprehenditur deriuatione à cernendo ducta. *Iacobus Spiegelius in lexico iuris verb. certum.* Itaque in omni materia quicquid ex ipsa rei nominatione vel alia certa demonstratione per se vel per relationem ad aliud apparet. Quid, quale & quantum sit, certum dici potest & si vnum ex his deficiat non modo in obligatione sed etiam in alia materia incertum dici debet. *late Petrus Loriotus l. certum, n. 4. ff. si cert. pet.* 6

(67) *Eos quorum sua in præmissis interesse putauerunt.* Citandos plane eos esse qui sua interesse prætendunt tradit & late probat Anton. Grauat. ad Vestriũ. *in praxi Romana lib. 5. cap. 13. num. 10.* Sed si specialis esset contradictor generalis citatio non sufficeret sed requireretur specialis citatio, *Vantius vbi supra de nullit. defectu citat. num. 142.* Quando pars enim quæ tœdi potest est certa tunc nomitim & specifice debet fieri citatio, *tex. cap. fin. & ibi Gem. de elect. in 6* Citatioque per edictum quando persona scitur vel sciri potest non valet, *Felin. cap. gratum col. pen. de offic. del. Cardin. cons. 154. Mohedanus decis. 8. de fide inst.*

(68) *Per edictum publicum.* De citatione per edictum illius formula & executionis modo vide Vestrium *in praxi Rom. lib. 5. cap. 2. numer. 1. 4. & ibidem Grauatius num. 9.* Præterea ea omnia quæ ad materiam spectant fusè complectitur Sebastianus Vantius *de nullit. tit. de nullit. defectu Citationis per tot. Andreas Gaill. lib. 1. obs. 57. & alij* quorum scripta ne prolixior sim opere prætium non fuit hic transcribere, suffecerit digito ostendisse. *Adde Barth. extrauag. ad reprimendum* 7

dum verb. per edictum. Late Felin. cap. quoniam frequenter, num. 14. & seqq. vt lite non contestata.

(69) *Cathedralium seu aliarum Ecclesiarum locorum in quibus exemptorum iudices residere.* Idque vt eiusmodi citatio per edictum verisimiliter ad eorum notitiam peruenire possit. *Vantius de nullit. tit. de nullit. ex defectu citationis n. 144.* Si enim citatio fieret alijs in locis remotioribus ab eorundem residentia, eos non arctaret. *Vantius d. num. 144.* Notandum bene, executionem factam pro valuis Ecclesiæ Cathedralis sufficere etiamsi in admissione habeatur quod fieri debeat in Ecclesia Parochiali. Quia citatio ita facta est pugnior. *Achilles à Grassid. dec. 19. de dolo vel cont. Clem. causam de elect. & elect. glo. Clem. 1. de iud.*

(70) *Seu nullis eorundem exemptorum iudicibus existentibus ipsos exemptos deliquisse contigerit.* Si exempti nullis in partibus immediatos vel mediatos habeat iudices, tunc immediatè subiacebunt Pontifici. Idque ne dentur Achephali, id est sine capite siue rege sicuti locustæ, *c. nulla ratio, vbi glo. dist. 93.*

8 (71) *Valuis affigendum.* Modus exequendæ citationis triplex est. Vnus in personam si haberi potest. Alius ad domum cum persona apprehendi non potest. Tertius præ valuis Ecclesiæ. *Vantius d. tit. de nullit ex defectu citationis, numer. 139.* Debetque executoris relatio esse certa & specifica de modo & specie factæ
9 executionis alioquin executio relatioque executoris tanquam obscura & incerta non valeret. *Vantius vbi supra d. num. 139.* Sed an satis sit valuis affigere an vero præterea opus sit publicare & legere hanc monitionem, dubitari posset? Achilles à Grassis *decis. 14. de dolo. & cont.* regulariter censet sufficere affixionem nisi commissionis forma repugnet, vtpote quod in commissione executionis adiectum sit affigendum publicandum & exequendum laudatque hanc in suam sententiã,
10 Cassadorum *decis. 4. de dolo, & contum.* Vtrum autem citatio male executa à nouo in melius executioni possit demandari, idem Achilles *d. dec. 14.* censuit posse.

11 (72) *Moneant vt ipsi tales exemptos delinquentes puniant & castigent.* Monitio alia generalis, alia specialis, vti in hac specie monitionis pro punitione malefactorum tradit Henricus Botteius *tract. de sinodo Episcopi artic. 1. concl. 13. num. 180.* Habetque eiusmodi monitio vim citationis peremptorie, inquit Amadeus de Castello. *tract. de sindicatu, numer. 212. verb. & dicti Domini sindici monuerunt.* Est autem adeo necessaria præcedens hæc monitio ignorantibus vt si ea omissa ordinarius quicquam aduersus exemptos attentet vel procedat vicibus non subsistat. *Amadeus d. numer. 212.* forma enim constitutionis huius non seruata actus corruit, *Præses in locis legalibus loco à vi formæ.* Satisque est vt ista monitio fiat per modum vel viam simplicis requisitionis nec requiritur solemnis citatio sed sufficit quod sit extraiudicialis. *Abb. cap. peruenit. 2. cap. ex tua, cap. qualiter de appell.*

appell. An requirantur plures vel sufficiat vnica? vide eundem Abbatem. *cap. cum causa de offic. deleg. Paul. Lanc. instit. canon. lib. 2. de Clericis non resid. §. si tamen in glo. verb. moniti.* Vbi cum distinctione concludit sufficere vnicam monitionem. Et vt omnis disputatio tollatur in alia materia in differente vnica pro tribus adhibito termino peremptorio fieri poterit secundum formam à legislatore præscriptam. *in l. non nunquam autem ff. de iudicijs*, de quo etiam apostilla ad Abbatem. *d. cap. cum caussa num. fin. in fine.* Sed in materia huius constitutionis tanta solemnitate opus non est quia Pontifex omnem iuris positiui solemnitatem sustulit vti ante notatum est. *Scholio 87. & seqq.* & proinde vnicam monitionem sufficere concludendum est. *Barth. in extrauag. ad reprimendum verb. in termino. Clem. sæpe de verb. sig. l. titia §. Imperator. ff. de leg. 2.* id quo etiam ostendam inferius. *Scholio 200.* 12

(73) *Infra competentem terminum monentur ipsorum arbitrio moderandum.* Terminus & dilatio debet esse congrua prout iudicantis religio æquum esse censuerit. *Vant. d. tit. de nullit. ex defectu citat. num. 70. Cassador. dec. 3. de dilat. c. 2. vbi de dedilat.* Quæ autem breues, quæ congiores, quæ congruæ dilationes censendæ sint peti poterit ex Iacobo Menochio, *de arbitr. iudicium libr. 2. cent. 1. casu 53.* Quid autem si terminus præfixus sit nimis breuis vide Innocentium *cap. super eo de appell. Abb. cap. de causis de offic. deleg.* Cauendum erit ne breuis nimis terminus prostituatur nam regulariter à breuitate termini daretur ansa appellandi, *Cæsar Contardus Rep. l. diffamari cap. 5. num. 61. Bal. l. Sed si per pratorem §. ait prator. ff. ex quibus caus. maiores. Innoc. cap. 1. de dilat. Barth. l. 2 num. 22. & seqq. ff. de appel.* Quia regulariter appellari potest ab iniquo iudicis arbitrio. *Cæs. Contard. d. loco num. 62. gloss. & DD. l. si qua pœna ff. de verb. sig.* Cum itaque certa regulâ statui non possit debet in statuendo termino haberi ratio temporis, ætatis, personarum, locorum, valetudinis, qualitatis, negotij cœterarumque circumstantiarum quas omnes iudex lynceis oculis considerare & perspicere debet. *Contardus vbi supra num. 56. gloss. cap. fin. in verb. competenti de elect. in 6.* Idque non in forma iudicij sed de plano & sine iudicij strepitu velo leuato parteque non citata ac vt dicitur in sua camera vel musæo. *Fel. ca. 1. num. 13. vers. 7. de prob. Cæsar Contard. vbi supra num. 67.* Ergo tutius erit eligere medium viam, nam medium tenuere beati inquit Castrensis *l. continuos 137. §. cum ita ff. de verb. obligat.* & Martialis *libr. epigram.* 13 14

Illud quod medium est atque inter vtrumque probatur.

Et Horat. *lib. 1. epist.*

Virtus est medium vitiorum vtrimq; redactum.

Porro quod hactenus diximus regulariter à breuitate termini appellari posse nō videtur in casu huius constitutionis posse obtinere. Nam infra ostendemus *Scho-* 15

lio 7. num 26. à ſententijs in cauſa correctionis appellari non poſſe. Ergo neque à breuitate dilationis quæ eſt ſententia quædam iſtius cauſæ interlocutoria. Tũ quod prohibita appellatione in cauſa prohibita etiam cenſetur appellatio ab interlocutoria eiuſdem cauſæ. *Antonius Nicellus tract. de concordijs gloſſarum concordia 6. num. 107.* Tum quia acceſſorium ſequi debet naturam principalis, Tum quia quod non conceditur directo non debet concedi per indirectum. *cap. cum*
16 *quod de reg. iur. in 6.* Tum denique quod ratio prohibitionis appellationis æque militet in interlocutoria ſicuti in diffinitiua, *Felin. in Rubr. de re iud. numer. 7. verſ. cæterum.* Scilicet ne delicta diu maneant impunita.

---

§. SEXTVS.

SVMMARIVM.

1. *Negligens quis dicatur.*
2. *Negligentia Prælati qualiter probetur.*
3. *Diligentia qualiter probetur.*
4. *Ob negligentiam fit deuolutio ad ſuperiorem.*
5. *Terminus à lege vel homine debet præcedere antequam quis iure ſuo priuetur.*
6. *Dictio ſeu quid denotet.*
7. *Dictio tum quid deſignet.*
8. *In eo in quo quis delinquens eſt puniendus.*
9. *Ob negligentiam priuatur quis iuriſdictione.*
10. *Dictio vllatenus quid deſignet.*
11. *Sub hac diſpoſitione Epiſcopi non comprehenduntur.*
12. *Pontifex reſcribendo ordinarijs num non eorum iuriſdictionem excitare vel delegare videatur.*
13. *Ordinarius an apprehendere poſſit exemptum.*
14. *Conſtitutiones Pontificum ſumunt interpretationem à iure communi.*
15. *Exempti non ſubijciuntur torturæ ab ordinario.*
16. *Ordinarius an ſubdeleget examen teſtium.*

(74) ETſi ipſi moniti in hoc negligentes fuerint (75) & id adimplere neglexerint *(76)* ſeu recuſauerint *(77)* tunc *(78)* in eo in quo delinquunt puniantur (79) cognitione eiuſmodi ea vice ſint priuati (80) & ſe non intromittant (81) ſed diœceſani & alij locorum ordinarij huiuſmodi (82) contra tales exemptos delinquentes & criminoſos (83) autoritate noſtra (84) ad inqui-

ſtio-

ſitionem vel per accuſationem (85) ſine aliquibus tormentis procedere (86) & teſtes per ſe ipſos examinare poſſint.

SCHOLIVM.

(74) ETſi ipſi moniti in hoc negligentes fuerint. Negligens ſecundum Iſodorum *ethymolog. lib. 10.* dicitur quaſi nec legens ſeu nec eligens fitque eo ipſo quod quis non facit quod quando agendum eſt certo tempore & loco niſi de impedimento doceat *Iacobus Spiegelius in lexico iuris verb. negligens.* Negligentiam autem grauem eſſe culpam & plerumque in arduis negotijs mortiferam ſcripſerunt caſuiſtæ. *Bartholomæus Fumus in aurea armilla verb. negligentia. Angelus in ſumma verb. negligentia.* Quæ autem & quanta tam ad priuatim quam publice mala oriantur ex negligentia perſequitur Guilielmus le Rouille *Tractatu de iuſtitia & iniuſtitia, lib. 2. cap. 6. de Epiſcopo negligente, nu. 7. Vol. Oce. 1. fol. 32.* Porro negligentia prælati diſſimulantis ſeu negligentis corrige- 2
re vel punire delinquentes probatur multifariam. Primo ex ſcientia maleficij commiſſi alio loco & tempore. *l. quidam decedens § fin. cum l. 1. ſeqq ff. de adminiſt. tut.* Scientia vero probatur ſi ſit publice notum, *l. 1. ff. de per. tut. Paris. de ſindicatu §. Qualiter arguatur negligentia vol. Oce. 2. fol. 399. eleg. Barthol. ad rubr. tit. Cod. de ſtratoribus lib. 12.* Item ſi potuit alteri vices ſuas committere & non fecit. *l. idemque ff. pro ſocio l. 1. § ſi quis non villa ff. ad ſyllam.*

Item per teſtes deponentes de actu negligentiæ ſed debent pertinentem ſciētiæ cauſam adijcere, *Paris. vbi ſupra num. 3.* Præterea per interpellationem ſeu monitionem vel proteſtationem vt oſtendimus alibi *exemptionum lib. 4. cap. 30.* E contra vero diligentia Prælati probatur ex eo quod maleficium fuerit ſecreto 3
commiſſum, neque adhuc in vulgus eſt ſparſum vel propalatum. *Paris. vbi ſupra num. 1.* Item ſi in perſecutione criminoſi impedimentum aliquod ſuperuenerit. *Paris ibidem.* v.g. ſi delinquens aufugit flumen inundatum tranſilierit. *Paris ibidem.* Si delictum ſit in remoto loco commiſſum ita quid ignorantiam iuſtam habeat. *Paris ibidem.* Quando diligentia requiſita non potuit exerceri non imputatur negligentia v.g. Si criminoſus ſit potentior Prælato ad quem correctio ſpectat. *Paris d. loco.* Si malefactor ſit in aliqua arce conſtitutus non imputatur illi culpæ ſi enim non capiat. *Paris d. loco.* Præterea ſi in locum ſacrum vti aſylum profugiat ab vlteriore executione liberatur. *Paris ibidem.* Si facta ſit omnis diligentia. *l. fin. C. de his qui. Latrones l. 1. §. Si autem l. de raptu virg.* Quando cuſtodes appoſiti ſunt in loco tranſitus, *l. in nomine ff. de offic. præfecti africa.* Diligens inquiſitio per loca vbi poterat eſſe malefactor. *l. 3. §. nerua ff. de acq. poſſ.* Si fiat
ban-

bannum vt quicumque capiet malefactorem habeat tale præmium. *Paris vbi supra.* Summa obligatus ad aliquid certo loco & tempore eo ipso quod quis id nō facit, satis est probata eius negligentia nisi doceat de impedimento. *l. 3. §. Si ad diem l. qui comeatus ff. de re militari, l. 2. §. sed & si quis, ff. si quis cautionibus.* Diligentia autem non requiritur maxime summa sed moderata. *l. si bene collocatis ff. de vsuris. Paris vbi supra num. 4. adde infra Scholio 100.* Itaque cum Prælati adstringantur ad diligentiam sine temporis præfinitione necesse fiat vt in explicatione eiusmodi actus certa dilatio eis præfiniretur. *dictum est libr. 4. de exempt. quæst. 30. num. 16.* Vti hac constitutione sancitum esse supra ostendimus. *Scholio 73.* Qua de re & alio in loco Pontifex *in ca. quamuis §. inferiores & ibi Dominicus de elect. in 6.* Permittit Episcopo præfixionem termini intra quem exemptus qui deliquit se superiori suo præsentet. *Bondeslaus de Villadiego tractat. de legato part. 1. quæst. 8. numero 23.*

(75) *Et id adimplere neglexerunt.* Dictio *&* non accipitur hic copulatiue sed disiunctiue. *l. sæpe ita comparatum ff. de verb. signif. late Albert. de Pergamo de praeposit. nu. 22.* An quis videri debeat negligens, est in arbitrio iudicantis. *ca. capientes de elect. in 6. aut in ca. si clericus de præb. in 6. Lancel. institut. canon. lib. 1. de collat. §.*
4 *est ergo in gloss. verb. negligentes.* Ratione negligentiæ autem solere amitti iurisdictionem multis autoritatibus iuris est comprobatur. *cap. per tuas de sent. excom. Abbas cap. ex transmissa num. 7 de foro comp. Spec. de comp. iud adit. § primo vers. 25. Iacobus Anthonius Marta de iurisdict. inter Ecclesiast. & sæcularem exercenda cent. 2. casu 146.* Deuoluiturque eo casu, iurisdictio ab inferiore negligente ad superiorem. *tot. tit. de supplend. neglig. prælat. Marta d. casu 146. & dictum est alibi.*

Non tamen ipso iure nisi terminus à iure vel ab homine præfixus præcesserit.
5 Nam quando quis est negligens in faciendo nisi præfigatur terminus à iure vel ab homine ad illud faciendum non incurritur pœna priuationis. *Innocent. & Abbas cap. extirpanæ §. quia vero de præbendis. Fel. cap. si autem col. 2. de rescript. Franc. cap. ad Apostolica in gloss. fin. de re iud. in 6. Cresc. dec. 32. de præb.* Non enim dicitur per aliquem stare quo minus id ad quod obligatur exerceat antequam de eo legitimè fuerit præmonitus. *Crescent. d. dec. 32. in fin. gloss. d. cap. ad Apostolica de re iud.* Neque obstat, *cap. imputari de reg. iur. in 6. & cap. 1. de eo qui mittitur in poss. causa rei seruandæ.* Quia isti textus præsupponunt moram & termini præfixionem *Crescent. d. dec. 32.*

6 (76) *Seu recusauerint.* Dictio *seu* est coniunctio disiunctiua. *l. 2. C. de professs. & medicis.* Sumitur etiam augmentatiue & ampliatiue. *Albert. de Pergamo de præposit. numer. 24.* hoc in casu vtroque sensu vsurpatur & disiunctiue & ampliatiue.

(77) *Tunc.* Dictio *tunc* est aduerbium temporis. *l. tutor. ff. de susp. tut. l. 4. §. 1. ff. de*

ff. de cond. & dem. l. 1. §. rectissime ff. de vi & vi arm. Alber. de Pergamo de praeposit. num. 101. & restringit dispositionem ad illud tempus. Hieron. Gratus Cons. 106. numero 2. part. 2.

(78) *In eo, in quo deliquerunt, puniantur.* Regulare est, quemlibet in eo in quo deliquit, esse puniendum, *cap. literas de temp. ordin. cap. pastoralis de iure patr. Paul. Lancelot. institut. can. lib. 2. de immunit. Eccles. §. hoc autem vbi gloss.* Frustraque legis auxilium implorat, qui in legem committitur. *l. auxilium ff. de minor.* ideo iurisdictione in quam peccauerunt indigni sunt, *cap. cum illorum de sent. excomm. Lancel. vbi supra.* 8

(79) *Cognitione eiusmodi ea vice priuentur.* Ob negligentiam enim Commissam reddiderunt se indignos, vt isti actui manum admoueant, sic praesentans indignum, ea vice tantum, iure praesentandi alium idoneum, priuatur. *Paulus de Citad. de iure patronatus part. 6. art. 2. numer. 5. & 7. vol. Oce. 15. fol. 389.* & eligens indignum, ea vice potestate alium dignum eligendi priuatur. *Barth. l. cum quidam 24. num. 4. de leg. 2.* Cur autem suppliciter Praelatus negligens totali iurisdictione sua non priuetur: Ratio est quia Officialis negligens deponi non debet, sed puniri pro modulo negligentiae. *Paris de sindicatu §. Qualiter arguatur negligentia num. 5. & 7. vol. Oce. 2. fol 399.* 9

(80) *Et se non intromittant vllatenus de eisdem.* Dictio, *vllatenus*, postposita negatione, est vniuersaliter exclusiua iurisdictionis, vt & dictio *nullatenus. cap. 1. de cler. coniug. in 6. Decius cap. super litteris num. 13. de Rescript. cap. eam te. num. 33. de re iud. gloss. Clem. 1. verb. nullatenus de sequ. possess. Gigas de pensionib. quaest. vltima num. 10. Iacob. Anton. Martha de iurisd. inter Eccles. & secul. exercend. cent. 2. casu 153. num. 16.* Habetque vim sententiae & decreti irritantis, & aufert facultatem faciendi in contrarium. *gloss. auth. si qua mulier. l. ad Veilleram. Tiraquel. l. Si vnquam verb. reuertatur num. 95. C. de Reuoc. donat.* Itaque Pontifex voluit omnem iurisdictionem excludere, quia eiusmodi dictiones aequipollentes, penitus, omnino, nullatenus, indistincte, omnem casum comprehendunt. *Hier. Grat. cons. 65 nu. 25. cons. 86. num. 3. cons. 160. num. 10. part. 2. Achilles à Grassis decis. 11. de constit. Castr. cons. 188. vol. 1.* Dictioque, haec, vllatenus, vt & dictio, penitus, omnimode designat & comprehendit indistincte omnem casum. *Hieron. Gratus cons. 66. nu. 23. cons. 86. num. 3. cons. 160. num. 10. part. 2.* Ideo autem amplius se intromittere non possunt quia nullo impedimento tam facti quam iuris possunt excusari. *Paul. Lancel. instit. canon. lib. 1. de collat. §. Tempus in gloss. verb. impediti.* Ideoque purgationi morae locus etiam esse non potest. *Salices tractat. de mora. Oce. vol. 5.* Regulareque est vt qui intra tempus limitatum non proposuit, ius suum amplius non audiatur. *cap. fin. de cland. desp. cap. licet de probat. l. diffamari C. de ingenuis & manum. Paulus Lancel. instit. canon. lib. 2. Qui matrim. accus. poss. in pr. verb. in gloss. verb. Tempore.* 1

Et etiam à purgatione moræ excludatur. *Late Cæsar Contardus in repet. l. diffamari cap. 5 num. 71. & 72.* Signanter quia Pontif. ex comminationem hic fecit de vlterius se non intromittendo. *Fel. cap. penult. numer. 6. de iudicijs, Contardus d. loco num. 72.* Et quidem cum energia dictionis *vllatenus* quæ admit omnem potestatem & in contrarium gesta reddit ipso iure nulla. *Apostilla ad Abbatem cap. 1. & 6. num. 11. de officio deleg.* & ideo quoque purgationi moræ locus esse non solet. *Salicet. late in suo tract. de mora. vol. Oce. 5.*

(81) *Sed Diœcesani & alij locorum ordinarij.* De his dictum est supra *Scholio 60. & 61.* Pontifex ijs hic incipit demandare cognitionem non vero decisionem. *l. Solent. ff. de officio pro cons. l. si quid C. ad l. Cornel. de falsis.*

(82) *Contra tales delinquentes exemptos & criminosos.* Cuiuscumque dignitatis sint, vel resistentiæ quia delegatus hic repræsentat personam Papæ, cui totus orbis subest. *quæst. 3 cap. cuncta per mundum. Lancel. inst. canon. libr. 3. de execut. rei iud. § sed si in gloss. verb. coercere.* Sed an sub eiusmodi generali dispositione Episcopi comprehendantur? minime, quia Episcopatus est apex omnium dignitatum Ecclesiæ. *Lancel. d. lib. 3. de sententiis §. vocatis igitur in gloss. verb. apex.* Diximusque in generali dispositione non comprehendi personas tali nota dignas. *Tractat. de exempt. lib. 1. quæst. 5.*

(83) *Authoritate nostra.* Vtrum Pontifex rescribendo ita ordinarijs earum iurisdictionem excitare, an vero delegatam iurisdictionem eis demandare censeatur, late tradidi exemptionum *lib. 2. cap. 14.* Quibus adde Rober. Marant. de ordine iudic. *par. 4. dist. 5. nu. 72. cum DD. ab eo citatis Hier. Gratum cons. 111. num. 29. part. 1.*

(84) *Ad inquisitionem vel per accusationem.* De modo & forma instituendi processum criminalem, eleganter & succinctim tractat Paulus Lancelottus *Instit. canon. lib. 4 tit. de accusat.* Et doctores omnes criminalistæ quæ materia in hoc compendium referri nec potest nec est etiam operæpretium. Illud hoc in loco quæsitis dignum est. Num ordinarius, cui sufficientibus & legitimis probationibus de reatu exempti constat ad illius capturam procedere possit? Potest, si exempti iudex in eo se negligenter gessit vti ante notatum est. *Scholio 74. & seqq.*

Ratio est quia Pontifex mandando ordinario inquisitionem vel accusationem censetur omnia alia ei mandauisse sine quibus iurisdictio expleri non potest. *tex. l. 2. ff. de iurisdict. omnium iudicum cap. præterea de officio delegati adde infra scholio 95.* Porro certum est quod si ordinario non liceret manus inijcere in exemptum criminosum iudicium redderetur illusorium quod ius non admittit. *Anton. de amatis decis. 33. num. 14. Rot. nouissima decis. 666. num. 4. part. 1. Gaill. lib. 1. obs. 144. num. 2.* Quotusquisque enim est qui conscientiam habens reatus sceleris commissi salutem sibi pedibus non sit quæsiturus. Cum cuncta daturus sit homo

mo, inquit Sapiens, pro anima sua. Itaque voluerunt iura tam Pontificia quam ciuilia vt rei causam suam dicant in vinculis. *l. Diuus ff. de cust. reorum Farinac. in pract. crim lib. 1 quæst 3. Iul. Clarus quæst. 46. §. fin. vers. pariter etiam Damhouderus in pract. crim. quæst. 45.* Pontificis autem rescripta & constitutiones secundum ius commune sunt interpretanda, *cap causam quæ de rescriptis l. si quando C. de inoff testam.* Idq; ie etiamsi illius verba venirent impropria nda. *cap. super eo de offic. deleg. Rom. consf. 334.* Nisi tamen, vti limitat Felin. *cap. causam quæ nu. 9 De Rescriptis* esset constitutio emanans contra ius. Rursus Pontifex mandando ordinarijs inquisitionem vel accusationem excipit tantum casum tormentorum vti videre est in *Scholio 85.* Certum autem est quod exceptio firmet regulam in casibus non exceptis vti late probat Decius *l. 1. ff. de reg. iur.* 14

Denique Pontifex eximeodo criminosum à tortura censetur eum in alijs non exceptis ordinario subiecisse, quia qui de vno negat de alio affirmare censetur. *ca. nonus. vbi DD de præsumpt.* & vnius exclusio est alterius inclusio. *latè Nauar. cap. Sacerdos num 41. 47. & seqq. dist. 6. de pœnit.* Summa interpretatio hæc tendens in fauorem ordinariorum & per quam reditur ad ius commune est fauorabilis & proinde sequenda, vti infra est ostensum *Scholio 154. & in tract. de iurisdict. ordinarij ne exemptos lib. 1. quæst. 4.* Fusissimeque alia quamplurima similia in odium & præiudicium exemptorum ex iure & sanctis Patribus adducit Guilielmus Durandus *tract. de modo celebr. Concilij generalis part 1. Rub. 4. numer. 15. vsque 75.*

(85) *Sine aliquibus tormentis.* Sed cur non vult Pontifex exemptos ab ordinario torturæ subijci? Cum reatus omnem honorem excludat. *l. 7. C. vbi senat. vel Clariss im.* Duplex adferri potest ratio. Prior quia exempti sunt præ alijs dilecti filij sanctæ sedis. *cap. si Papa de priuileg. in 6.* Et ideo quadam prærogatiua & eximio iure censendi sunt, vt dictum est exemptionum *lib. 1. quæst. 5 numer. 2. & 16.* Itaque cum honore digni sint. *d. quæst. 5. num. 2. & 16.* visum fuit eos non esse torturæ dedecore dehonestandos vt nec sunt iure scripto milites, Doctores, Nobiles. *l. nullus C. ad l. Iul. Maiest. l desertorem, §. 1. ff. de re milit. l. milites. l. Diuus C. de quæstion.* Posterior quia præsumptio est pro odio ordinarij in exemptos vti ostensam est lib. 1 exemptionum. *quæst 1. num. 12. & 13.* Ne autem in tortura ordinarius hoc odio pulsus sæuiat, hæc ei ansa est erepta. 15

(86) *Et testes per seipsos examinare possunt.* An autem ordinarius examen testium alteri committere poterit? Neutiquam quia Pontifex hic elegit personæ industriam dum rescribit per seipsum testes examinandos. *Late Abbas in Repet verb industria.* Quando autem mandatur aliquid fieri per seipsum non potest fieri per substitutum. *Abb. d. loco.* quia personæ industria est electa. *cap. fin. de offic. delegat. Lancelot. instit. can. lib. 1. de collat. §. illud etiam in verb. non poterit.* Sig- 16

nanter etiam quod articulus receptionis testium in causa criminali non sit delegabilis. *Lancel. vbi supra lib. 2. de probation. §. Si qui. in gloss. verb. dirigat.* Qua tamen de re vide distinctionem Abbatis *cap. si qui de testibus DD. cap. mulieres de iudicijs in 6.*

---

§. SEPTIMVS.

SVMMARIVM.

1. *Quae sit vis clausulae sine solemnitat.*
2. *Ius canonicum sustulit rigorem iuris ciuilis.*
3. *Casus quibus citationis defectus actum non vitiat.*
4. *Dictiones, dummodo, alias, quid denotent.*
5. *Dictionum Rotae recta differentia.*
6. *Pontifex tollit nullitates.*
7. *Constitutio Clementis tollens nullitates.*
8. *Solemnitatis sublatae effectus.*
9. *Sigilli appositio quid operetur.*
10. *Quid sedis Apostolicae appellatione comprehendatur.*
11. *Actus cuius expensis fieri debeat.*
12. *Expensae qualiter taxandae.*
13. *Opus ne sit citatione ad videndum condemnari in expensis.*
14. *Qualiter fiat executio & an delegati habeant executores armatos.*
15. *De executione brachij saecularis.*
16. *Reipublicae interest res iudicatas mandari executioni.*
17. *Quid dicatur proprium.*
18. *Nuntij à procuratore differentia.*
19. *Celeritas damnata.*
20. *Culpa tabellarij cui imputanda.*
21. *Ordinarij aduigilare debent vt processus formatus contra exemptos Romam deferatur.*
22. *Iudex ad quem acta causae remittuntur an ad aperturam opus habeat citatione.*
23. *Cognitio causarum exemptorum spectat ad Pontificem vel eius delegatos.*
24. *Dictio, alius, quid denotet.*
25. *Causae exemptorum speciali opus habent commissione.*
26. *Iudex debet omnia rimari.*
27. *Culpabilis quis dicatur.*
28. *Ad condemnationem qualiter sit procedendum.*
29. *Indicia ad torturam.*
30. *Tortura elicitur veritas.*
31. *Iudicium turbantia.*
32. *Dictionis* seu *energia.*
33. *Dictiones* per *virtus.*
34. *Iurisdictio ordinaria quando censeatur excitata.*
35. *Modus indicialis persequendi crimina.*
36. *Inquisitio quando non necessaria.*
37. *Crimina omnia iure canonum sunt publica.*
38. *Legitimus procedendi modus quis sit.*

39.

(86) AC processum ipsum (87) quem ratione solemnitatis iuris (88) præterquam ratione citationis omissæ (89) dummodo delictum alias rite probatum fuerit (90) nullum allegari vel dici posse prohibemus, (91) sed per eos habitum clausum (92) & eorum sigillo munitum. (93) Ad Sedis Apostolicæ examen (94) ipsorum exemptorum delinquentium expensis (95) etiam in ipso processu factis (96) ad quorum solutionem ordinarij ipsi possint eosdem inquisitos & accusatos compellere, (97) per proprium (98) vel alium (99) nuntium (100) quanto citius (101) destinare procurent (102) apud eandem sedem (103) per Romanum Pontificem (104) vel alium (105) cui duxerit committendum (106) diligenter (107) examinandum (109) & ita (110) culpabiles repertos (111) quoad ad condemnationem (112) vel propter sufficientia indicia (113) propter quæ ad torturam (114) pro veritate exquirenda (115) procedi valeat (116) ad ipsos Diœcesanos seu ordinarios (117) per eos (118) authoritate nostra (119) in causa inquisitionis seu accusationis (120) vlterius (121) legitime procedendum (122) & causam ipsam (123) pro vt iustum fuerit (124) terminandam (125) remittendum.

SCHOLIVM.

(86) A*C processum ipsum.* Id est iudicij telam & acta iudicialiter coram ordinario habita & gesta de plano summarie sine magno iudicij strepitu & sine longo (vt inquit Poeta) sufflamine litis.

(87) *Quem ratione solemnitatis.* Per hanc clausulam reducitur ordo proce-
1 dendi ad ius gentium adeo vt illius vigore censeri debeat sublatus omnis ordo cognoscendi introductus à iure ciuili vel Pontificio iudexque eo casu obseruare tantum tenetur formam iudicij inductam de iure gentium vel naturali. *Lancellottus de attentatis part. 1. in præfatione num. 63.* Sublata enim omni iuris solemnitate sublatus est etiam omnis ordo in cognoscendo. *Latius Lancelot. d. num. 63.*
2 *& 64.* Nam & iure canonico solemnitas exquisita actionum & rigor sunt sublati. *cap. dilecti, cap. examinata de induijs. Lancelot. instit. canon. lib. 1. de constit. Eccles. in fin. in gloss. verb. iudicia.* Et Pius Papa IV. Clemens VIII. statuerunt ex defectu solemnitatum aut terminorum quorumcumque processuum de nullitate dici non posse præterquam ex defectu citationis mandati aut iurisdictionis vti videre plenius est ex Bulla apud Paulum Piacacium *in praxi Episcopalis part. 2. cap. 4. Rubr. de ord. iud. num. 69.* Proinde remissa solemnitate testes produci & audiri poterunt diebus etiam in honorem Dei feriatis. *Hugo Celsus de clausulis, num. 90. Barth. l. 1. ff. de test. milit. Bald. l. solam in fine C. de testib. Lanfranc. Clem. sæpe de verb. sig. vers. in honore.* Credetur testibus iniuratis, produci poterunt alij post publicationem admittentur probationes inualidæ, non admittetur repulsa testium etiã sine causa deponentium, qua de re plene Celsus Hugo 1. loco & Barth. *l. filium famil. vel late ff. de donat. & infra Scholio 88.*

(88) *Præterquam ratione citationis.* De nullitate proueniente ex defectu citationis & modis nullitatẽ saluantibus late tract. Sebast. Vantius *de nullitat. tit. de nullit. ex defect. citationis.* Recte itaque Pontifex excipit defectu solemnitatis citationis. Cum ea sit iuris naturalis quod est immutabile. *Paul. Lancelot. instit. canon. lib. 3. de in ius vocando §. 2.* Nõ tamen indistinctio vera est hæc teoria, Actum omnẽ vitiari defectu citationis. Referuntur enim ab Anthonio Nicello *in concordijs glossarum concordia 52. num. 224.* à Iasone *in l. nequicquam §. vbi decretum ff. de offic. pro cons.* Et Roberto Marant. *de ord. iud. part. 6.* memb. 1. alijque classicis Doctoribus casus quibus defectus citationis actum non vitiat quos summatim non pigebit
3 recensere.

I. In augendis vel minuendis dilationibus. *Nicellus d. loco nu. 227. Barth. in extrauag. ad reprimendum verb. per edictum.* id quod admittit limitationes.

II. Cum citatus declarat se non compariturum. *Nicell. num. 229. Bald. l. 2. C. Quomod & quando iudex. Marant. loco infra citato.*

III. Cum fertur sententia in vltima die compromissi ait. *Nicell. num. 230. Marant. in speculo part. 6. memb. 1 num 18.*

IV. Papa potest contra detentores rerum Ecclesiæ sine citatione ferre sententiam. *Nicell. num. 232. Marantia vbi supra num. 10.*

V. Iudex potest declarare processum nullum sine citatione. *Nicell. numer. 233.*

As

Abbas cap. causam qua de Rescriptis.

VI. Cum partes præsentes. *Nicell. num. 234. Marant. d. loco num. 12.*

VII. In sententia Principis. *Nicell. num. 236. Marant. d. num. 10.*

VIII. In inhibitionibus per Ecclesiasticos iudicibus laicis factis. *Nicell nu. 237. Bald. l. presbiteri C. de Episc. & Clericis.*

IX. In ijs de cuius præiudicio non principaliter sed secundario agitur. *Nicell. num. 239. Marant d. loco num. 30.*

X. Cum quis fuit Citatus ad totam causam & processum vsque ad diffinitiuam, *Nicell n. 144. Speculat. de positionib. § in fin.*

XI. In contumace in respondendo positionibus. *Nicell. num. 246.*

XII. Cum alicui interdicitur administratio tanquam prodigo, *Nicell. nu. 246. l. 1. vbi glo. ff. de curat. fin. D D. l. is cui bonis ff. de verb. oblig.*

Item quando semel declarant se nolle comparere, *Farinac. dec. 349. nu. 3 part. 2.*

Item quando executor sententiæ secundum tenorem illius se informat de idoneitate, *Milis in repert. verb. citatio non requiritur fol. 67.*

XIII. In datione tutoris vel curatoris. *Nicell. n. 247. Barth. l. qui habere §. quolibet ff. de tut. in l legitimos ff. d. legitimo tutore.*

XIV. Cum sententia ferenda est secundum conscientiam, *Nicell. num. 248. Marant. vbi supra num. 21.*

XV. Quando commissio facta est per verba sonantia monitionem, *Nicell. num r. 250.*

XVI. In commissione reuisionis rationum, *Nicell. num. 251. Barth. l. 2. §. 1. ff. de administ rerum ad ciuit. cert. Marant. vbi supra num. 24.*

XVII. In sententia taxationis expens. *Nicell num. 252.* intellige quando in sententia non fuit requisita citatio, *Barth l. terminato C. de fruct.*

XVIII. Cum quæstio est validitatis processus agitati coram alio iudice non requiritur citatio illius iudicis, *Nicell. num. 353 Barth. l. 1 §. fin ff. ad turpit. cap. cum speciali vbi DD. de appell.*

XIX. Sententia lata in fauorem non citati valet, *Nicell. num. 254.* si sit interlocutoria secus in diffinitiua, *Abb. c. querelam col 4. de procurat.*

XX. In absolutione à iuramento, *Nicell. num. 255.* quod tamen non est indistincte verum vti late hic ostendit.

XXI. Cum citatio realis seu captura fit ex actis præcedentibus, *Nicell. n. 264.* quod & maioris est indaginis.

XXII. Cum parti non affertur plenum præiudicium, *Nicell n. 266. vbi vide.*

XXIII. Cum quis appellauit ab interlocutoria, *Nicell. n. 268. c. cum qui, de dolo & cont. in 6. Clem. vnica eod. tit.*

XXIV. Contra rebelles Ecclesiæ, *Nicell. n. 269.*

XXV.

XXV. Cum citandus caret exemptionibus, *Nicell.nu.270: Marant.n.37. Nau. cons.1.n.16.de foro competenti.*

XXVI. In vero contumace, *Nicell.n.272.l contumacia ff. de re iud.*

XXVII. Cum iudici à partibus est talis data potestas, *Nicell.nu.273.Barth.& DD.l.si societatem §.arbitrorum ff.pro socio.*

XXVIII. Cum quis promisit prosequi iudicium intra certum tempus illudque esset elapsum, *Nicell.fall. 29.*

XXIX. Actus parte non citata factus potest parte non citata reuocari, *Nicell.num.275.Rom.sing.777.*

XXX. Cum præsens non vult litem contestari, *Nicell.n.276.Barth.Auth.qui semel col.fin.l.quomodo & quando iudex.* Vel si præsens esset nihil haberet releuans quod opponeret. *Nauarrus cons.4.num.16.de foro compet. Abb.& Felin.cap. cum olim de re iudicata*, aut vnde posset deuenire, *Fel.d. loco & in cap. causam quæ de rescript.Nauar.d.n.16.*

XXXI. Cum iudex tacite ad vlteriora procedit, *Nicell.fall.32. Barth. l. à procedente C.de dilat.*

XXXII. In sententia excommunicationis, *Nicell.fall.33. Milis in Repert.verb. citatio partis non requiritur, fol.68.*

XXXIII. In absolutione ab excommunicatione. *d. fall. 33. Milis in repert. verb.citatio partis non requiritur.*

XXXIV. Cum statuta declarantur esse contra Ecclesiasticam libertatem. *Nicell.fal. 35.*

XXXV. Cum iudex vult superiori merita causæ recensere.

XXXVI. Cum proceditur contra tutorem vel prælatum prodigum. *Nicell. fall. 37.*

XXXVII. In notorijs. *Nicell.fall.38.*

XXXVIII. Si fuit renuntiatum, *Nicell.fall.39.vbi supra.*

XXXIX. In actu legitimationis, *Nicell.fall. 40.*

XL. Cum commissio facta est cum clausula si idoneum repereris, *Nic.fall.41.*

XLI. In præceptiuis, *l.Si debitori ff.de iud.Nicell.fall. 42.*

XLII. In examine testum in certis casibus, *Nicell.fall.43.*

XLIII. In electione cum est periculum, *Nicell.fall.44.*

XLIV. Cum fit declaratio aliquem incidisse in pœnam constitutionis, *Nicell. fall. 45.*

XLV. Cum iudex competens se declarat incompetentem, *Nicell.fall.46.*

XLVI. In casibus vt perfectius C.de Annali præscript. *Nicell.fall.47.*

XLVII. Cum commissioni adijcitur clausula si inueneris, *Nicell.fall.48.*

XLVIII. In inquisitione generali, *Nicell.fall. 49.*

XLIX. In

XLIX. In imploratione brachij ſecularis, *cap.1.de offic.ord.*

L. In mæris gratijs, *Nicell.fall.51.*

LI. Cum teſtes ex officio examinantur. *Nicell fall.52.*

LII. In ſententia abſolutoria à peccatis. *Nicell.fall.53.*

LIII. In commiſſione facta auditori cauſæ perſonalis. *Nicell.fall.54.*

Item in excommunicatione quæ generaliter fertur pro culpis præteritis vel futuris quæ ignorantur, *Nauar.conſ.1.num.16.de foro compet.*

LIV. In reuocatione commiſſionis vel interlocutoriæ. *Nicell fall.55.*

LV. Cum citatio tollitur ex prohibitione ſtatuti. *Nicell.fall.56.*

LVI. In conſultore qui non citat partes. *Nicell.fall.57.*

LVII. In generalibus bannimentis & proclamationibus. *Nicell fall.58.*

LVIII. Cum partes dederunt autoritatem ingrediendi poſſeſſionem ſine alterius citatione. *Nicell fall.59.*

LIX. Cum proceditur ad executionem ſententiæ appellatione deſerta. *Nicell fall.60.vbi vide diſtinctionem.*

LX. In vltima die termini. *Nicell fall.61.*

LXI. Cum petitur reſcindi inſtrum. falſum. Quia non eſt neceſſe citare teſtes qui falſificarunt. *Nicell.fall. 62.*

LXII. Cum quis arripit iter ad ſummum Pontificem. *Nicell fall.63.*

LXIII. In inuentario faciendo. *Nicell.fall.64.*

LXIV. Cum cognoſcitur an Monachus poſſit accuſare. *Nicell fall 65.*

LXV. Cum iudex vult reuocare interlocutoriam. *Nicell. fall. 66. apud quem vide diſtinctionem.*

LXVI. In præparatorijs iudicij. *Nicell. fall. 67.*

LXVII. Cum periti in arte faciunt relationem. *Nicell fall.68.*

LXVIII. Cum deciſio committitur conſcientiæ. *Nicell.fall.70.*

LXIX. In decreto ſuper alienatione rei minoris. *Nicell.fall.71.*

LXX. Quando ſcedula appellationis offertur. *Nicell fall.72.*

LXXI. Cum interdicitur furioſo prodigo adminiſtratio. *Nicell.fall.73 quem tamen vide.*

LXXII. In ſententia ſuper inſtrumento quarentigiato. *Nicell.fall.74. quod & maius requirit examen.*

LXXIII. In interlocutoria quoad iudicium inchoandum. *Bald.l.1.C. de ſent.ex peric.recitand. Nicell fall 75.*

LXXIV. In ſcrutinijs in Doctorando. *Nicell fall.76.*

LXXV. Quando arbiter vltima die compromiſſi prorogat compromiſſum. *Nicell fall.77.*

LXXVI. In impetratione reſcriptorum vel priuilegiorum. *Nicell fall.78.* qua

de re nonnulla alia, alio in loco attuli. *lib. 1. de iurisd. ord. in exempt. cap. 12.* Item dispensationis. *Anton. Milis verb. citatio non requiritur fol. 67. pag. 2.*

LXXVII. In reo appellante qui appellationem non prosequitur. *Nic. fall. 79.*

LXXVIII. Cum quis vult vti priuilegijs matrimonij. *Nicell. fall. 80.*

LXXIX. Cum iudex eadem die vult supplere. *Nicell fall. 81.*

LXXX. Sufficit maiorem vniuersitatis citare. *Nicell fall. 82. Rom sing. 759. Baldus cap. 1. de milit.*

LXXXI. Quando ob enormia ipso iure sententia infertur. *Nicell. fall. 83.*

LXXXII. Notarius potest dare copiam instrumenti. *Nicell. fall. 84.*

LXXXIII. Cum ordinarius confert beneficium ipso iure vacans. *Nicell. fall. 85.*

LXXXIV. In actu traditionis possessionis cum pars in processu fuit citata. *Nicell. fall. 86.*

LXXXV. Cum filij ex delicto patris puniuntur. *Nic. fall. 87.*

LXXXVI. Cum Princeps intra annum non expellit hæreticos. *Nicell. fall. 88.*

LXXXVII. In contumace vero & notorio. *Nicell. fall. 89.*

LXXXVIII. Cum citatio est continuata ad alium diem. *Nicell. fall. 90.*

LXXXIX. In petitione rescissionis contractus non est necesse vt citentur testes. *Nicell fall. 91.*

XC. In petitione possessionis ex testameno non vitiato. *Nicell. fall. 92.*

XCI. Citans aliquem non est necesse vt citetur. *Nicell fall. 93.*

XCII. In omni actu ex quo ab executione potest incipi. *Nicell. fall. 94.*

XCIII. Cum requiritur iustificatio actus celebrati post illius celebrationem. *Nicell. fall. 95.*

XCIV. Iudex informare potest se de stylo in camera.

XCV. In alienatione sui iuris. *Nicell. fall. 98.*

XCVI. Contra infringentem carceres. *Nicell. fall. 98.*

XCVII. In declaratione iudiciali qua iussus respondere ob non responsionem habetur pro confesso. *Nicell. fall. 99.*

XCVIII. Quando periculum esset in mora. *Nicell. fall. 100.*

XCIX. In admissione articulorum de quorum pertinentia dubitabatur. *Nicell. fall. 101.*

C. In examinando teste non est necesse citetur. *Nicell. fall. 102.*

CI. Quando iussu testatoris standum est dicto testis, *Nicell. fall. 103.*

CII. Satisfaciens in termino. *Nicell. fall. 104.*

CIII. Cum lis est contestata cum procuratore non est necesse vt Dominus citetur. *Nicell. fall. 105.*

CIV. Absentes extra territorium non sunt citandi. *Nicell. fall. 106.*

CV. In æstimatione rerum furto ablatarum. *Nicell. fall. 107.*

CVI. Executor trium sententiarum non est necesse vt citet. *Nicell.fall.108.*

CVII. In relatione executoris non opus est citatione. *Nicell.fall.109.*

CVIII. Cum prætor edicit tam citatis quam non citatis. *Nicel.fall.110.*

CIX. Quando aduersarius sine hærede moritur. *Nicell.fall.111.*

CX. In nuntiatione noui operis. *Nicell.fall. 112.*

CXI. Libellus dari potest sine citatione partis. *Nicell.fall.113.*

CXII. Quando iudex post conclusionem & peremptorium causam subdelegat. *Nicell.fall. 114.*

CXIII. In productione instrumentorum. *Nicell.fall. 115.* idque quo ad simplicem productionem tantum, non vero quo ad præiudicium probationis. *Bald. l. si quando in fine C. de testibus*, qua de re plenius Nicellus hoc in loco.

(89) *Dummodo delictum, alias, rite probatum fuerit.* Dictio, *dummodo*, quãdoque facit modum, quandoque conditionem infert, cum rei imperfectæ iungitur. *Tiraquel. de retract. cons. §. 8. gloss. 8. num. 1.* Designat etiam præcisum implementum & de necessitate adesse debere illud, cui adijcitur. *Hier. Gratus cons. 86. num. 1. part. 2.* 4

Dictio autem *alias*, quandoque conditionem designat, quandoque aliud tempus. *Barth. l. 1. ff. de cond. & dem. Hieron. Grat. cons. 14. num. 1. & 4 part. 2.* Vult itaque Pontifex non temere ad inquisitionem vel accusationem esse procedendum, nam iura tam ciuilia quam Pontificia antequam iudicia hæc criminalia exerceantur vt multa solemnia antecedant voluerunt, de quibus doctè & compendiosè Paulus Lancellottus *institu. Canonic. lib. 4. tit. de accusat.* Et quidem merito, est enim accusatio genus illaudabilis intentionis. *c. si quis Episcopus 2. q. 7.* non raro ex odio inuidiaque procedens, *cap. si omnia vbi gloss. 6. quæst. 1.* Vt merito sycophantæ vocitentur qui ad accusandum procliues se præbent. *Alciat. l. si calumnietur ff. de verb. sig. & late Eras. in chiliad verb. sycophanta.* Denique Pontifex vtitur dictione *Rite*, non vero *Recte*, quia dictio *Recte* iustitiam causæ respicit. Dictio vero *Rite*, ritum & solemnitatem dumtaxat. *Alciatus l. hæc verba ff. de verb. sig. Rochus de Curte tract. de consuetud. num. 37. Abb. cap. secundum de tempor. Ordin. ind. & cap. 1. § vna vero num. 1. de summa trinitate. Decius l. infantis num. 5. C. Qui admittantur. Spiegelius in lexico iuris verb. Recte.* Hinc visum fuit quibusdam quod si cuidam committatur cognitio an quid rectè factum sit posse cognoscere tantum de iustitia facti, non vero de illius solemnitate. *Alciat d. loco.* Itaque Pontifex hoc in loco volens delictum ritè probatum, intendit non de probatione quæ iustitiam causæ criminalis concernit, sed illius solemnitatem, non enim subito & illotis, quod aiunt, manibus ad iudicia hæc criminalia licet con uolare sed pro solemnitate necesse est vt inquisitionem antecedat fama idque regulariter paucis quibusdam casibus exceptis, de quibus Lancelottus *vbi supra &* 5

latius Farinaceus in pract. crim. lib. 1. quæst. Accusationem vero denuntiatio & alia quæ Doctores hac in materia fuse descripserunt.

(90) *Nullum allegari vel dici posse prohibemus.* Pontifex sustulit hac sua constitutione omnem defectum orientem à iure positiuo ideo de nullitate cuiuscumque speciei præterquam ex defectu citationis vt ante dictum est excipi non
6 potest. *Vantius de nullit tit. quibus modis sentent. multa desendi possint.* Quin autem Pontifex nullitates omnes à iure positiuo prouenientes tollere possit nemo est qui ambigat vti fuse ostendit ante laudatus Vantius *tit. an & quolibet sententia de nullit impug. possit num. 7. & seqq.* Princeps enim, inquit, nigrum in candida vertit. Extat & constitutio Clementis VIII. tollentis omnes nullitates exceptis ijs quæ proueniunt ex defectu citationis mandato & iurisdictionis. Quippe quod experientia doceat dispendiosam litium prorogationem plerumque ex subtili ordinis iudiciarij obseruatione prouenire. *tex. Clem. dispendiosam de*
7 *iudicijs.* Cuius quidem constitutionis tenor est talis. Litium dispendijs & ambiguis, præsertim inter personas curæ & iurisdictioni nostræ, etiam in temporalibus, subiectas occurrere, quantum in nobis est, cupientes, statutum fœl. rec. Pij IV. prædecessoris nostri, ne iudices almæ vrbis nullitates abtendant, nisi ex defectu citationis iurisdictionis aut mandati ad expeditionem causarum procedant ad omnes & quoscumque iudices ordinarios & magistratus & officiales in quibusuis ditionis nostræ temporalis Ecclesiasticæ prouincijs & ciuitatibus, terris, oppidis & locis, quamcumque iurisdictionem exercentes, & quauis autoritate & dignitate fungentes, hac nostra perpetuo valitura constitutione extendimus & ampliamus, atque in quocumque tribunali aut curia seculari vel Ecclesiastica firmiter & inuiolabiliter seruari, sicque & non aliter per quoscumque ex ipsis iudicibus etiam causarum palatij Apostolici auditores etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales ac legatorum etiam de latere sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate in quacunque causa & instantia etiam nunc pendente aut in futurum mouenda Ecclesiastica prophana ciuili & criminali aut mixta iudicari & definiri & quibuscumque nullitatibus præter superius expressis nequaquam attentis ad expeditionem causarum earundem procedi debere præcipimus & mandamus decernentes irritum & inane, si secus super his per quoscumque quauis autoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nõ obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis. Datum Romæ anno incarnationis Domin. 1592. 5. idib. Febr. Qua de re videri poterunt & ea
8 quæ superius *in Sholio 87.* notata sunt. Nimirum remissa solemnitate testes audiri posse diebus etiam in honorem Dei feriatis, item post aliorum publicationem. præterea credi testibus iniuratis etiam sine scientiæ causa deponentibus *Celsus Hugo tract. de clausulis num. 9. Barth. l. 1. ff. de ferijs, l. 1 ff. de milit. test. & late in.*

l. si-

l.filius familias ff.de donat. Bald.l.solam in fine C. de testibus. Lanfrancus Clem.sæpe de verb.signif.

(91) Sed per eos habitum clausum. Vide Speculatorem de Remissionibus §.vtile nu.6.vers.consulo igitur iudicibus negotia referentibus. Idque vt secreta causæ non propalentur.arg.cap. venerabili verb. sigillatim vbi Mising. & DD. de testibus. Talisque etiam ordo obseruatur in transmissione actorum habitorum super vita & moribus alicuius sancti canonisandi vti refert Troylus Matuetius, tract. de canonisat.sanctorum part.vlt.num 18.vol. Oce.15.

(92) Et eorum sigillo munitum. Sigilli appositio fit pro authenticanda & con- 9
firmanda fide actorum. tex.& gloss.cap peruenit.de fideiussoribus & late materiam hanc enucleans Menoch.de arb.iud.casu 113.per tot. fol. 140. Sigilli enim appositio reddit scripturam authenticam & fide dignam. Bald.l.in bone fidei C. de iureiur. inducitur totius scripturæ approbatio etiam alienæ. late Gabriel. com.concl.1.de probat.concl.4.per tot. Quid autem si sigillans scripturam non legerit, item quid si sigillum non sit ipsius sed alterius, quid si alius mandato iudicis sigillet & similes quæstiones concernentes materiam sigilli, pete ex Ioanne Berthosino tract. de Episcopo lib.3.part.1.tit. Qualiter eligatur Episcopus num. 21.& seqq. vol. Oce. 2. Denique quid si sigilla sint incognita, vide Speculatorem de remissionibus §.vtile vers.quid si sint sigilla & de probat.§.videndum vers.10.

(93) Ad sedis Apostolicæ examen. Quid sedis Apostolicæ appellatione 10
cõprehendatur supra tradidimus, Schol.17.quis autem dicatur aliquid à sede Apostolica obtinuisse aut apud Sedem Apostolicã aliquid fecisse item de audientia Apostolica, curia Apostolica & similibus, vide Nauarr.de datis & promissis pro iustitia vel gratia notab.17.num.29. Hic incipit statuere Pontifex de remissione facienda ad se, causæ cuius cognitionem tantum hactenus ordinario demandarat qua de re Speculator de remissionibus §.vtile vers. alioquin negotium remittat ad delegantem & cap.ex parte decani §.pacto de rescript. cap. dudum. cap.scriptum §. 1. de elect.

(94) Ipsorum exemptorum delinquentium expensis. Regulariter actus expli- 11
cari debet expensis illius qui actum fieri postulat qua de re fusissime Felinus.cap. 1.num.8 & 9 de libellis. Abbat Petrus Peckius de iure sistendi cap. 27. Grauat.ad Vestrium lib.6.cap.vlt.num.14. & 16. Petrus Surdus de alimentis tit.1.quæst.63.& scripsi lib 1 quæst.8. Hoc in casu statuit Pontifex processum aduersus exemptos formari debere & ad sanctam sedem transmitti eorundem exemptorum criminosorum sumptibus. Tum vt ordinarij qui in vno grauantur procedendo aduersus exemptos in alio releuentur. Qui enim in vno grauatur æquum est vt in alio releuetur. l.exim qui in pr ff.de iureiurando Euerardi cons 17. Tum quia actus fit in bonum & vtilitatem exemptorum & ideo eorum expensis explicari debet. Card. Clem. cau-

sam in pr. quæst. 20. de elect. Tum quia Pontifex est velut patronus, protector, & conseruator exemptorum. *Cap. si Papa de priuilegijs 16.* & ideo eorum defensio fieri debet ipsorum expensis. *Archid. cap. filijs super verb. denuntiet. 16. quæst. 7.* Tum quod remissio rei est facienda ad superiorem illius expensis. *Bald. l. generaliter § hic de præsentibus C. de rebus creditis.* Tum quod iudicis sit arbitrari cuius expensis quid fieri debeat. *Bald d loco.* Tum denique quod Pontifici, qui lex est animata in terris, ita statutum sit cuius sit pro ratione voluntas. *l. prosfexit ff. qui & à quibus cap. in causis de re iudic.*

12 (95) *Etiam in ipso processu factis.* Expensæ hæ regulantur taxanturque ad instar expensarum alijs in causis factarum. De quarum ratione & taxatione passim Doctores *in cap. finem de dolo & contumacia, l. eum quem temere ff. de iudicijs, Gaill. lib. 1. obser. 151.* Veniunt itaque in hanc rationem sumptus omnes quorum ratio alijs in causis haberi solet Æquiparatorum enim eadem est ratio. *Præses loco ab æquiparat.*

(96) *Ad quorum solutionem ordinarij ipsi possint eosdem inquisitos & accusatos com-*

13 *pellere.* An autem noua ad hoc sit opus citatione ad videndum in expensis condemnari Bartholus censuit opus esse. *l. 1. num. 13 ff. si quis ius dicenti non obtemper. & in l. 1. § si ad diem, num. 1. vbi Apost ff. de re militari. Paulus Lancelot. instit. canon. lib. 3. cap. de dolo & contum. § idem quoque in gloss. verb. legitime.* Compellere ergo

14 poterunt per censuram Ecclesiasticam & alijs iuris remedijs etiam inuocato publico auxilio brachioque seculari si hoc expedierit. *cap. 1. cap. quoniam de offic. ordin. Gaill. de pace publica libr. 2. capit. 17. numer. 33. Paul. Lancelott. instit. canon. libr. 2. de Ret. dom. §. Quin imò in verb. remedijs vbi gloss. & loco 1. citato.* Ordinarius enim qui non habet iurisdictionem temporalem, non potest habere Officiales armatos. *Abb. cap. Cum non ab homine de iudicijs cap. significasti in fine de offic. det. Lancelot. vbi supra lib. 3. de iudicijs, § est & alia in gloss. verb. implorare. Felin. cap. significasti, num. 4. de Officio deleg.* Delegataque causa omnia delegata censentur sine quibus causa executioni mandari non potest. *c. præterea de of-*

15 *fic. deleg. Lancel. vbi supra lib. 3. de procuratoribus § quoniam in gloss. verb. ventillanda.* Proinde si delegatus executioni non sit par nec sufficiendo, requirere potest iurisdictionis alterius auxilium. *Dist. 17. cap. non licuit & 24. quæst. 5. cap. Principes.* Quia quoties deficit Ecclesiastica potestas, recurri potest ad auxilium brachij sæcularis. *10. quæst. 1. cap. petimus, & 24. quæst. 5. cap. de liguribus.* Vnaque iurisdictio debet per aliam adiuuari. *can. ad verum dist. 96, & d. ca. Quoniam. Lancelot. instit. canon. lib. 4. cap. de hæreticis §. vtrumque in gloss. verb. brachium seculare, late Gaill. de pace publica lib. 2. cap. 17. num 32. & seqq. & fusius li. 1. obser. 115.* vbi sigillatim inuocationem brachij sæcularis examinat. Ab hoc iure procedunt litteræ quas Germani vocare solent mutui compassus, de quibus Andreas Gaill. *d. cap. 17. num. 35.* Nos vero iuris subsidium vel litteras subsidiales appellamus sine quibus vana

redderetur & eluforia rerum iudicatarum executio. *l. à diuo pio § ſententiam Ro-* 16
mæ ff. de re iudic. l. properandum §. ſin autem reus l. de iudicijs l. i. ff. de offic. conſul. &
vbique Doctores. In magnam Reipub. perniciem. Status enim reipublicæ (*inquit*
Cicero pro ſylla) maxime rebus iudicatis continetur vt rectè Theodoricus Rex
apud Caſſiodorum, *variar. Epiſt. lib. 1. epiſt. 5.* ſcripſiſſe dicatur in hæc verba. Vnus
inter procellas humanas portus inſtructus eſt quem ſi homines feruida volunta- »
te prætereunt, in vndoſis iurgijs ſemper errabunt. Itaque in immenſum trahi »
non debent finita litigia quæ enim dabitur diſcordantibus pax, ſi legitimis ſen- »
tentijs non acquieſcatur. »

(97) *Per proprium.* Proprium quid ſignificet & quotuplex ſit tradunt Pe- 17
trus Andreas Gammarios, *in dialectica legali lib. 3. cap. 5. vol. Oce. 1. fol. 287.* Et
Chriſtophorus Hegendofinus, *in dialect. legali lib. 1 tom. 12. eodem vol. fol. 239.* Sed ij
magis dialecticè. Nauarrus vero, *de regularibus comment. 1. num. 15.* proprius ad iu-
riſprudentiam. *l. proprium ff. com. prædiorum.*

(98) *Vel alium.* Dictio *alius* diuerſum quid antecedente qualitate implicat.
Leobinus Aurelianenſis tract. de mandatis Apoſtolicis num. 15. late Abb. fel. & de
cap. ſedes de reſcriptis Rom. conſ. 13. Iacob. Aurelian. vbi ſupra num. 21. Non tamen
omnino diſſimile à priore qualitate. *Fel. d. cap. ſedis in fine.*

(99) *Nuntium.* Nuntius & procurator quomodo differant vide Baldum 18
Caſtrenſ. & Doctores. *l. nullum l. ſi quis alteri vel ſibi.* Quid ſi nuntius in via inci-
dat in latrones an mittens ei obligetur? vide late Petrum Antipoli. *tractatu de*
muneribus §. 1. diuerſarum quæſtionum num. 40. vol. Oce. 11. Quid autem ſi nuntius
litteras ſibi commiſſas perdat vel ſeruis deſtinet? vide de his & ſimilibus quæ-
ſtionib. concernentibus materiam nuntiorum apud Bondislaum de Villadiego,
tract. de legata part. 3. per tot. Barth. in extrauag. ad reprimendum verb. per nuntium.

(100) *Quanto citius.* Celeritas plerumque reprobatur, eſt enim inimica 19
conſilio inquit Salomon & Poeta:

Tu nimium properas & adhuc tua meſſis in herba eſt.

Proinde vulgatum illud eſt. *Sat cito, ſi ſat bene.* Nulla enim res poteſt eſſe ſimul
& feſtinata & bene examinata. Ideoque Cæſar Auguſtus in ore ſemper fertur
habuiſſe FESTINA LENTE. Non ignarus quod celeritatem pœnitentia, ſed ea-
dem ſera atque inutilis ſequatur, præcipitata enim raptim conſilia neque reuo-
cari neque in integrum reſtitui poſſunt. Non raro tamen etiam commendatur
& in præcepto eſt celeritas vti per exempla late oſtendit Gloſſographus. *in cap.*
fin. verb. celeritate de elect. in 6. Et elegantiſſime id demonſtrat Ioannes à Choc-
kier frater meus in theſauro ſuo aphoriſmorum politicorum. *lib. 3. cap. 21.* Res
enim, occaſio, tempus, anima eſt actionum humanarum & rerum bene gerenda-
rum. Itaque Pontifex hic non commendat celeritatem quæ rationi & conſilij
eſt

est inimica sed nimiam cunctationem & negligentiam condemnauit. Quando autem iussus aliquid celeriter expedire in mora censeri debeat, vide Paul. Lan. *instit. canon. lib. 1. de coll. in 6. verb. mora. D D. l. 2. §. confestim ff. ad Tertull. adde supra Scolio 54.*

20 (101) *Destinare procurent.* Cui autem imputari debeat culpa nuntij serius destinantis vel rem ei commissam amittentis latè distinguendo examinat Bon-

21 dislaus de Villadiego. *tract. de legato part. 3. num. 37. vol. Oce. 14.* Itaque ordinarij aduigilent vt processum deferendum fideli consignent tabellario quamdiu enim is non est delatus ad manus sanctæ sedis officio functi esse dici non possunt denominatio enim non fit ab eo quod erit sed ab eo quod est. *Bal. l. si nondum C. de furtis.* Destinatumque pro completo haberi necdum potest. *l. cætera §. sed si parauerit ff. de leg. 1. Ioannes Staphileus de Gratijs & expectat. §. circa num. 27. & seqq. vol. Oce. 14. fol. 34. Baldus d. l. si nondum.*

22 (102) *Apud eandem Sedem.* Qui veniant appellatione sedis Apostolicæ superius est traditum. *Scholio 17. & 93.* Querere hic licet quales sint partes iudicis ad quem causa aliqua remittitur & an antequam acta clausa & sigillata aperiat necesse sit citationem emittere in partem cuius interest. videri poterit, Speculator *de remissionibus Rubr. quale sit officium eius ad quem fit remissio.* qui censuit necesse esse; mihi vero hoc in casu non videtur. Tum quod supra succinctim ostẽderimus in sententia Principis citationem non requiri. *Scholio 7. n. 3. vers. 7.* Tum quod eiusmodi apertio fit ex actis præceden. *ibid. vers. 22.* Tum quod longe absentes citandi non sint. *ibid. vers. 106.* Tum quod apertio impediri non possit. Denique hic casus est inter plerosque exceptos à necessitate citationis de quibus late Nicell. *Supra in Scholio 7. allegatus,* & Sebast. Vantius *tract. de nullit.* Robertus Maranta *in speculo.*

23 (103) *Per Romanum Pontificem.* Cognitio causarum immediate subiectarum summo Pontifici eius vel sanctæ Sedis Apostolicæ cognitioni sunt reseruatæ vti dictum est. *tract. de exemptionibus lib. 1. cap. 1. & seqq.* Quorum cognitionem quoties Pontifex demandat aliquibus iudicibus in partibus vti solet conseruatoribus rerum aut personarum exemptarum iurisdictio eiusmodi non tam videtur conseruatorum quam ipsiusmet Pontificis eam delegantis. vti infra ad explicationem Concilij Trident. multa ordinarijs autoritate delegata demandantis ostendi. *De conseruatoribus quæst. 107. post princ.*

24 (104) *Vel alium.* De hac dictione *alius* videri poterunt Doctores, *cap. sedes de rescriptis. Ias. l. quicumque, C. qui admittant. ad bon. poss.* & aliquid supra notatum est *Scholio 98.*

25 (105) *Cui duxerit committendum.* Idque speciali & particulari commissione. Quia causæ exemptorum non veniunt sub generali commissione facta legatis

gatis

gatis Apostolicis vti latè dictum est, *tract. de exempt lib. 2. quæst. 2.* provt nec exemptos sub generali dispositione comprehendi plerisque visum est, *dixi ibid q 5. lib.* 1. Quid autem si legati sint non tantum qui dicuntur missi sed nati. Item quid si sint cum potestate legati à latere. Item quid si legati sint à latere: *traditur d. qu. 2. lib. nostri 2. de iurisdictione ordinarij in exemptos.*

(106) *Diligenter.* Sic etiam D. Gregorius hortatur in hæc verba fraternitatem tuam his hortamur affatibus vt cum Dei sicut decet timore causam hanc subtili omnino inuestigatione perquiras. *tex. can. quia sunt dist. 18.*

(107) *Examinandum.* Secundum Doctrinam Euaristi Papæ inquientis. Iudicantem oportet cuncta rimari & ordinem rerum plena inquisitione discutere. *Cap. iudicantem 30. quæst. 5.* 26

(109) *Et ita.* De hac loquendi formula aliquid allatum est supra *Scholio 56.* 27

(110) *Culpabiles repertos.* Id est alicuius criminis vel delicti vere reos culpabilem esse longe plus est quam esse reum, Nomen enim rei dicitur relatum inter reos cum iudex non obstantibus exceptionibus dilatorijs decernit via regia super accusatione procedendum vel cum iudex etiam lite non contestata facit aliquem describi inter nomina Reorum. *Iulius Clarus pract. quæst. §. fin. quæst. 14. numer. 13.*

(111) *Quo ad condemnationem.* Ad quam non procedendum priusquam Iudex in statera & æquilibrio posuerit circumstantias totius causæ, personæ, loci, temporis, qualitatis, quãtitatis, euentus. Sunt enim iudici omnia hæc lynceis oculis perspicienda. *l. Sacrilegij ff. ad l. Iul. peculatus.* Et subtili inuestigatione perquirenda atque trutinanda. vti ante dictum est. *Scholio 106. & 107.* 28

(112) *Vel propter sufficientia indicia.* De iudicijs distincte scripserunt, Guido de Susaria, Franciscus Brunus, Marcus Blancus, Anthonius de Rosellis, quorum tractatus sunt congesti in decimo volumine tractatuum Iuris. Quæ autem & qualia dicantur sufficientia iudicia late pertractat Iacobus Menochius *lib. 1. pres. 89. per tot.* nihil quo in hac iudiciorum materia est quod specialiter exemptos cõcernat & proinde nihil ex professo venit hic inquirendum.

(113) *Propter quæ ad torturam.* Quæ eiusmodi sint iudicia ex quibus deueniri possit ad torturam vnus è multis dilucide ostendit Iacobus Menochius, *lib. 1. præsumpt. 89.* Quam autem in torturæ exhibitione circumspectus debeat esse iudex, præterea quę qualis & quanta fides adhiberi debeat, confessionibus in tortura factis tradunt omnes criminalistæ & succinctim clareque Mattheus Wezembechius. in Paratitulis *tit. de quæst.* 29

(114) *Pro veritate exquirenda.* Quia pleraque crimina clam arbitris & ita occulte committuntur vt semper copia testium haberi non possit ideo introductum esse refert Cicero *de arte orat.* vt per tormenta veritas inquiratur. *Paul.*

30 *lib. 3. ſent. tit. 14. & 16.* Eleganter Quintilianus *lib. 5. cap. 4.* in hac torturæ materia ſic ſcriptum reliquit: Si de habenda quæſtione agetur plurimum intererit quis & quem poſtulet aut offerat & in quē ex quā cauſa ſiue iam erit habita quis ei profuerit. Quis & quomodo ſit tortus an credibilia dixerit, an inter ſe conſtantia perſeuerauerit in eo quod cœperit an aliquid dolore mutauerit prima parte quęſtionis an cruciatu procedente, quæ vtrimque tam infinita ſunt quam ipſa rerum varietas. ita ille. de generibus vero tormentorum modo & ratione infligendi prolixè tractauit Tranquillus Ambroſius, *tract. de modo formandi proceſſum informatuum.* Recte itaque hic Pontifex ſtudet veritati exquirendæ. Veritas enim ſæpius exagitata magis ſplendeſcit in lucem. *cap. graue 32. quæſt. 9.* eaque ſtudioſa inquiſitione ſolet inueniri. *l. numerum §. 1. ff. de muneribus.* Veritatem autem impediunt maxime quatuor illæ cardinales paſſiones pro quarum refrenatione
31 hiſce adonijs verſibus vtitur Boetius à Nauarro laudatus, *in manuali Confeſſariorum præludio. 15.*

Gaudia pelle
Pelle timorem
Spemq; fugato
Nec dolor adſit
Nubila mens eſt
Vinctaq; frenis
Hæc vbi regnant.

Potiſſimè vero inquit Vrbanus Papa, *cap. Epiſcopus 35. quæſt. 6.* Timor & amor. Timor inquam, quia vt inquit Martialis ſupra citatus:

Res eſt imperioſa timor.

Amor vero, qui in affectu habendi conſiſtit, quia is eſt, inquit Seneca *in octauian.* Vis iniqua mentis & blandus animi calor neque conſilium, neque modum in ſe habens vllum incertum id ſi ratione certum facere velis nihilo plus agis quam ſi des operam, inquit Terentius quod vt cum ratione inſanias. Itaque ob oculos ponendum quo fine munuſcula præbeantur. Id quod bene exprimit Martialis hoc diſticho.

Munera magna quidem mittit, ſed mittit in hamo
Et Piſcatorem Piſcis amare poteſt.

Et concludendum facultatem ratiocinandi in amatore munerum non in capite ſed in pecunijs collocari:

Nam quæ reuerentia legum,
Quis metus aut pudor eſt vnquam properantis auari?

Inquit Iuuenalis. Certe nulla. Nam

Munera crede mihi excæcant homineſque Deoſq;.

Et

Et vt inquit Horat. Sil. *2 libr. 2.*

Dicam si potero male verum examinat omnis
Corruptus Iudex.

Denique Iudex vacare debet ab amoris passione quia in iudicijs acceptatio personarum non est habenda. *can. Sacrorum dist. 63. cap. in iudicijs de reg. iur. in 6.* Alioquin libertate à iure regulata vti non poterit, teste Horat. Satyr. 7. l. 2.

Quisnam igitur liber? Sapiens sibique imperiosus
Quem neque Pauperies, neque mors, neque vincula terrent.
Occursare cupidinibus contemnere honores
Fortis & in seipso totus teres atque rotundus
In quem manca ruit semper fortuna.

Et eleganter Pieque Calixtus Papa *in cap. accusatores 3. quæst. 5.* Scriptum reliquit in hæc verba; Amor carnalis & timor atque auaritia plerũq; sensus hebetant hu- „
manos & peruertunt opiniones vt quæstum pietatem putent & pecuniam quasi „
mercedem prudentiæ. Præterea D. Gregorius *cap. quatuor 11. quæst. 3.* quatuor modis humanum iudicium peruertitur. Timore dum metu potestatis alicuius „
veritatem loqui pertimescimus. Cupiditate dum præmio alicuius animum cor- „
rumpimus. Odio dum contra quemlibet aduersarium molimur. Amore dum a- „
mico vel propinquo contendimus præstare auxilium. „

(115) *Procedi valeat.* Iuris ordine & tramite seruato quem ante descripsimus, *glossemate 89.* hoc est simpliciter, de plano, velo leuato & sine longo sufflamine litis.

(116) *Ad ipsos diœcesanos seu ordinarios.* Qui Ordinarij & Diœcesani nomine censendi sint supra ostendimus *Scholio 60. & 61.* Dictio *seu* ponitur inter 32
diuersa & stat ampliatiue ad rem diuersam, *Hier. Gratus consi. 153. num. 42. part. 2.* qua de re etiam supra *Scholio 76.*

(117) *Per eos.* Dictio *per* denotat perfectionem & augmentum rei cui ad- 33
ditur. *Abb. cap. si constiterit num. 13. de accusat.* An autem ex hoc sermone censeatur electa industria personæ ita quod diœcesani vel ordinarij vices suas alteri demandare non possint supra ostensum est.

(118) *Authoritate nostra.* An Pontifex ita ordinarijs rescribendo iurisdi- 34
ctionem eorum excitare an vero delegare censeatur supra ostensum est *Scholio 83.* remittendo lectorem ad tractatum de exemptionibus *lib. 2. cap. 14.* in quo vberius omnia quæ huc spectant discussimus.

(119) *In causa inquisitionis seu accusationis.* Duplici enim ratione criminalia 35
iudicia solent institui aut per inquisitionem aut per accusationem sed & quandoque per denuntiationem. *Paulus Lancel. instit. canon. lib. 4. cap. de accusat.* Per inquisitionem criminale iudicium instituitur cum præcedente diffamatione &

quasi fama denuntiante de crimine per iudicem inquiritur. *Lancelot. ibid. §. per*
36 *inquisitionem*. Necesse autem est vt infamia præcedat alioquin iudicium inquisitionis non subsistit idque nisi pars aduersus quam inquiritur non excipiat taciturnitate enim eius firmari potest iudicium ita ceptum vel nisi authoritate & mandato Papæ vel Principis ad inquisitionem procedatur. *Lancelot.d.loco §. idem etiam vbi gloss.in verb.commissa.* Præterea nisi inquisitus crimen fateatur confessio enim omnem solemnitatis defectum obliterat. *Lancelot.ibid.* qua de re etiam Doctores *in cap.fin.de accusat. in 6.* Inquisitio autem alia generalis alia specialis. Generalis citationem non requirit. *Gabriel. Com.concl lib. 2 de citat.concl.1. num 104.* quia per generalem inquisitionem nemo inquisitus dici potest & per eam lis pendere contra aliquem non dicitur. *Nauar.cons 7 num 4.de accusat.*

Accusationis autem alia iuris canonici est dispositio alia ciuilis vti videri est fusissime apud Prosperum Farinaceum *in pract.crim.lib.1.* Illud etiam notandum
37 est omnia delicta iure canonico esse publica. *Farinac. d. lib.1.quæst.18.num.16. Ioannes de anania cap. Statuimus numer. 19. de maledicis gloss. can in fames verb. fures 6.q.1.* Et ideo ordinarius non modo aduersus peccantes mortaliter per viam accusationis procedere. *Nauar.cons.7.de offic.ord.* Sed etiam ex officio per inquisitionem secretam inquirere. *Farinac.d lib.1 quæst.1.num 10.Clarus in pract quæst.3. vers.sed certe quicquid sit Decian.cons 18.n.198.& seqq.lib.1.*

(120) *Vlterius.* Dictio *hac* est continuatiue actus ante cepti. Permittitur itaq; Ordinario vt resumat armamenta rementa seu munimenta causæ criminalis ante inchoatæ vti loquitur, Rebuffus *in l. verbum reddendi ff.de verb.sig. & in l.bonus ff.eod.*

(121) *Legitime procedendum.* Legitimum dicitur quod est æquum iustum conueniens & legitimo modo. *Franccus in cap.factum legitime in pr. verb. legitime ff. reg.iuris.* Sed hic occurrit dubitatio quid Pontifex per hunc legime procedendi
38 modum intelligat. An solemnem in quem facile quis ob solemnitatem iuris positiuo non obseruatam impingat. An vero simplicem & summarium procedendi modum qui ad naturalem æquitatem iusque gentium est redactum? Certe verius est intellexisse postremum hunc procedendi modum de quo ante fecerat mentionem. *vide supra Scholio 87.* Iuris enim est clausulam vnam rescripti
39 seu constitutionis Apostolicæ per aliam declarari vbi aperte satis rescripsit Pontifex Celestinus *in cap.secundo requiris de appellat.* Probatque id suo more subtiliter Ludouicus Romanus. *Cons.334 vers.vltimo quia clarum.* Porro Pontifex ante sustulit solemnitates iudiciorum iuris positiui. *d.Scholio 87.* Ergo & in hac clausula id ipsum fecisse censendus est clausula eum posita in vna parte dispositionis ad omnia alia refertur cum subest eadem ratio. *Nauarrus cons.92.num. 4. de Summa. fel.in cap.causam qui num. 4. de rescript. & d.cap.secundum requiris de appell.*

appell. Denique in Principio huius constitutionis præscribit modum formam & legem procedendi contra exemptos, in posteriore autem præfigit similem legem vlterius procedendi & terminandi processus anteceptos. Porro clausula posita in dispositione legis præcedentis intelligitur tacitè repetita in dispositione legis sequentis de eadem materia loquentis. *Romanus cons. 345. col. 5. in fin. Barth. l. prator ait, §. eritq. differentia ff. de vi bon. rapt.*

Postremo qualitates causæ præcedentis veniunt in repetitione vniformi. *Paris. cons. 18. num. 23. lib. 2. Rota nouiss. dec. 696. num. 13. part. 1.* vnaque determinatio 40 respiciẽs plura determinabilia pariformiter ea determinat. *l. hoc iure ff. de vulg. & pup.* Et nequid plura verba cuiuscumque dispositionis interpretanda sunt secundum mentem disponentis quæ ex ratione & illius causa finali colligitur. *Abbas d. c. p. secundo requiris* Ostendimus autem intentionem Pontificis esse vt quãto citius fieri potest hæ lites expediantur. *Scholio 86.* Estque id etiam reipublicæ bono consentaneum vt lites quantocius dirimantur. *Nauar. cap. nouit. not. 6. num. 79. de iudicijs.* Ergo id ipsum & voluisse & sensisse Pontificem quem antescripsimus *Scholio 9.* adeo inuigilare paci & quieti subditorum dicendum est & concludendum hac in specie processuum non esse procedendum longo sufflamine litis ne quod in prouerbio est dicatur Bunas iudex est.

(122) *Et causam ipsam.* Scilicet inquisitionis vel accusationis.

(123) *Prout iustum fuerit.* Dictio *prout* denotat modum. *l. 1. C. de condit. quæ* 41 *sub modo l. de eo ff. de cond. causa data. Albertus de pergamo de proposit. num. 77.* Dicit Pontifex provt iustum fuerit. Quia ex ore sedentis in throno procedit gladius bis acutus ex ore enim rectissima debet prodire sententia quæ contra iustitiam nulli parcat sed reddat vnicuique quod suum est. *tex. cap. ex ore vbi gloss. de priuilegiis.* quasi gestans, inquit D. Gregorius, *in ca. omnis dist. 45.* stateram in manu.

(124) *Terminandam.* Vsque ad diffinitionem & exitum causæ illiusque exe- 42 cutionem iudex officio functus esse dici non potest. *cap. in literis de offic. deleg.* Licet enim per sententiam iudex officio functus dicatur. *l. iudex postquam l. cum querebatur.* Id verum est respectu cognitionis non vero respectu executionis. *d. cap. in literis. Lancelot. instit. canon. lib. 8. de iudicijs §. idem iuris in gloss. verb. functus.* Quamdiu enim sententia executioni plene non est mandata lis ad huc dicitur perdurare & nequaquam esse extincta. *Rota nouissima dec. 33. num. 10. lib. 3.* idque nisi causæ cognitio commissa fuerit, tunc enim executio sententiæ commissa non videbitur. *Apost. ad Felin. in cap. sane num. 2. verb. executio de offic. deleg. & plenius per eum in cap. significasti eod. tit.*

An autem à sententia in casu huius constitutionis appellari possit quæstionis esse potest? Speculator. *de appellat. §. in quibus numer. 14. vers. vndecimo.* 43 Distinguit inter clericos regulares & sæculares illos putat appellare à correctio-

ne non posse quod maior sit prælatorum in eos potestas. Hos autem posse quia id de iure vetitum esse non inuenitur, idque diuersorum iurium autoritatibus comprobauit verum sacrosanctum & œcumenicum Concil. Trident. indistinctè
44 statuit appellari non posse. *sess. 24. cap. 10.* Confirmauitque eiusdem Concilij interpres Sacra Congregatio, & etiam id ipsum in decisionibus Marchiæ comprobauit Anthonius de amatis *decis. 25. Nauarr. cap. cum contingat. 14. nullitatis de rescript. num. 5. de Abb. cap. licet num. 1. & 4. de rescript.* Idque nisi in correctione modus excedatur eoque casu vt appellatio effectum sortiri possit deduci debebit particulariter & distinctè excessus qui in correctionis modo commissus est, vti dilucide ostendit Felinus *1. cap. super literis num. 18. de rescriptis. Marant. de ord. iud. par. 6. actu 2. in decisor. num. 322.* Idque indistinctè siue versemur in casu quo regularis appellat siue quilibet alius clericus sæcularis Nauarrus enim *de Regularib. comment. 3. num. 51.* non admittit distinctionem Speculatoris *in d. §. in quibus vers. 11.* tollentis regulari beneficium appellationis rationibus permultis quas ibi Nauarrus adducit autoritatibusque tam iuris quam Concil. Trid. confirmat. Proinde si appellatio interponatur iuris effectum non operabitur, Appellatio enim carens adminiculo iuris scripti statuti, Concilij vel constitutionis executionem impedire non potest. *Mandosius de inhibit. quæst. 59. numer. 6. l. quisquis C. quorum*
46 *appellat.* Sed an eadem in interlocutoria sententia obtineant dictum est supra. *Scholio 5. gloss. 73.* Quæ tamen cum mica salis intelligenda sunt vti bene animaduertit in explicatione Concilij Tridentini Ignatius Lopes *in practica crim. cap.*
47 *79. tit. de concubinarijs vers. est tamen circa.* Nisi superiori de iniustitia sententiæ à qua ex actis liqueat. *Staphil. de literis iustitia §. Inprimis Nicellus in concord. gloss. concordia 5. vers. fallit. sexto. Marant. de ord. iud. par. 6. actu 1. in decisorijs num. 116. Mathes sing. 127. Rot. nouiss decis 1376 numer. 1. & decis. 421. libr. 3.* Quid autem si in continenti grauaminis probatio offeratur videre poterunt Doctores. *Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. Cent. 1. casu 9. & seqq. Staphil. & Nicellus vbi supra.* Et quidem talis est præmissorum Doctorum sententia. Verum sacro rotæ auditorio decisum fuit sententias criminales ne quidem ex capite notoriæ iniustitiæ reuocari
48 posse. *Rota nouiss. dec 91. num. 1. decis. 101. num. 1. par. 1.* Sed an sententia lata contra formam huius constitutionis de nullitate impugnari possit? Videtur quod sic. Quia sententia lata contra Concilium est ipso iura nulla. *Caualc. dec. 2. numer. 66. part. 3. dec. 28. num. 14. eadem parte. Caballinus ad Constit. egidianam lib. 6. cap. 28. n. 3.* & nunquam transitum facit in rem iudicatam. *Caualc. d. dec. 28. num. 14. part. 3. Alex. cons. 81. col. 1. vol. 2.* Constitutionem autem hanc esse conciliarem hoc est in Concilio Lateranensi editam nemo est qui ambigat. Insuper sententia lata contra extrauagantem. Hoc est Papalem constitutionem in volumina librorum iuris etiam non redactam. *Ioannes Francisci de Pauinis in commentarijs ad extrauagantes,*

tes, si sit publicata & indubitata est ipso iure nulla tanquam lata contra legem scriptam. *Ioannes Francisci ibid. Vantius de nullit. tit. de nullit. ex defectu processus num. 124.* Secus autem (sunt verba Francisci de Pauinis) *vbi supra*, si de ea dubitatur, *per cap. pastoralis de fide instr.* Et ideo super ea Papa est consulendus & si reperitur in archiuo publico dicitur indubitata. *auth. ad hac C. de fide inst. l. celsus ff. de probat* Et idem præsumitur quando repreitur inter extrauagantes. *20. qu. 1. cap. quoniam progenitorum*, maxime si reperitur glossata per Doctorem famosum. *l. 1. in fin. l. de nouo Cod. Pauin. vbi supra.* vel si fuit diu obseruata. *Pauin. ibid* Debet au- 48
tem extrauagans quando de ea dubitatur produci ab allegante in forma probante hoc est sub plumbo si producendæ sunt extra curiam vel sub sigillo Vicecancellaria vel camerarij si in curia. *Pauin. ibid. Hieronimus Clarius Brixianus in proemio extrauagantium.*

Vtrum autem extrauagantes quæ producuntur debeant habere datum tem- 49
poris? distinguitur: aut sunt diu obseruatæ vel redactæ in volumen legum & non est necesse. vel sunt nouiter editæ & promulgatæ & tunc opus est habeant datam præcisi temporis. *Barth. in extrauag. Qui sint Rebelles verbo datum.*

Et quia hoc in *Scholio 124.* appellationis materiam delibauimus non abs re
censui si centum & amplius casus hoc loco recenserem quos Antonius Nicel- 50
lus ex diuersis glossarum hypomnematibus in vnum veluti fascem collegit. *Tractatu de concordijs glossarum concordia 6. à nu. 15. vsque 161.* Quorum summa capitum quia materia crebra & in foro vtilis est huiusmodi.

Primo confessus & conuictus non appellat etiam in criminalibus. *Anton. Nicellus d. concordia 6. num. 9. & 10. late item Marant. de ord. iud. part. 6. in decisorijs actu 2. num. 267. & seqq.*

II. In notorijs criminibus. *Nicellus num. 16. gloss. & DD. cap. non solum de app. in 6. gloss. ad cap. pastoralis de appel. Marant. d. num. 267.*

III. Cum appellationi est renuntiatum. *Nicell. ibid. numer. 22. l. fin. § fin. C. de temp. app.*

IV. In materia l. fin. l. de edict. D. Andr. Nicell. *ibid. numer. 25. l. quisquis l. quorum appellat.*

V. In momentanea possessione. *Nicell. num. 26. vbi late id deducit ampliat. & perstringit.*

VI. In caussa alimentorum. *Nicell. numer. 35. latissime supra. Petrus Surdus in tractatu de alimentis.*

VII. Item in ijs quæ celeritatem desiderant. *Nicell. d. num. 34. l. fin. C. de appell. non reap. Rom. sing. 786. Petrus in d. tract. de alimentis Tiraq. de pia causa priuil. 153.*

VIII. In executiuis. *Nicell. num. 37.* nisi tamen modus excedatur. *l. ab exemptione C. quorum appell.* à sententia tamen de exequendo appellatur secundum quos-

quosdam quos recenset Antonius Nicellus, *ibid. Marant. d. numer. 267. & seqq.*

IX. In causa Pia. Secundum aliquos. *Nicell. numer. 39.* Qua de re vide etiam Tiraq. *tract. de Pia causa priuilegio 153.*

X. In interlocutorijs. Secundum ius ciuile. *Nicell. num. 40. Fel. ca. cum Ioannes col. 8. de fide instr. de l. 2. ff. de app. recip. Marant. vbi supra.*

XI. Cum sententia consensu partium fertur de consilio sapientis. *Nicellus num. 45. Spec. de appell. §. videndum in fin. Fel. cap. causam quæ de re iud. Mar. d. loco.*

XII. In causa reductionis ad arbitrium boni viri. *Nicell. numer. 46. Vitallis in tract. clausularum §. Postremo vbi late. Rom. cons. 261.*

XIII. Officialis in officio condemnatus. *Nicell. n. 47. Ias. in l. qui iurisdictioni col. 3. ff. de iurisd. om. iud. l. multi, C. quorum appellat. Marant. d. loco num. 290.*

XIV. In sententia Arbitri. *Nicell. num. 48.*

XV. In sententia arbitratoris. *Nicell. numer. 49. l. diem proferre §. stari vbi ff. de arbitris.*

XVI. In arbitrarijs modici præiudicij. *Nicell. numer. 50. Bald. in sua Margarita vers. appellari non potest Innoc. cap. conquestus de ferijs, Menoch. de arbitr. iud. libr. 1. quæst. 70.*

XVII. In debito fiscali. *Nicell. num. 50. vers. 17. l. abstinendum C. quorum appellat. Mar. vbi supra.*

XVIII. In vero contumace. *Nicell. nu. 51. vbi id late deducit & restringit. Marant. vbi supra num 273.* De æquitate tamen canonica etiam verus contumax appellat. *Ferretus cons. 216. num. 3. Anton. de Amatis decis. Rotæ Marchiæ 36. n. 4.*

XIX. In sententia Principis. *Nicell. n. 60. l. 1. in pr. ff. à quibus appell. non licet.*

XX. In sententia præfecti prætorio. *Nicell. num. 61. l à pro consulibus ff. de appl. l. vnica C. de sent. præfectis prætorio.*

XXI. In sententia Episcopi cuius iurisdictio fuit prorogata. *Nicell. nu. 62. l. si qui ex consensu ff. de appellat.*

XXII. Cum causa alicuius conscientiæ commissa est. *Nicell. num. 63. Bald. l. 2. C. de sent. ex periculo recitandis.*

XXIII. In sententia ipso iure nulla. *Nicell. num. 64. l. si expressim l. si constat ff. de appellat.*

XXIV. A statuto generali iniquo. *Nicell. numer. 66. Bald. l. quisquis C. quorum appellat.*

XXV. A tribus conformibus. *Nicell. numer. 67. tot. tit. C. ne liceat in vna eademque causa.*

XXVI. In causa syndicatus. *Nicell. num. 68. Paris in tract. sindicatus.*

XXVII. Cum appellatur post tempus à iure præfixum. *Nicell. num. 69. auth. sed hodie C. de appell.*

XXVIII. Ab

XXVIII. Ab edicto Diui Adriani &c.l.fin.C.de edicto. Nicell.*num.70.Decius & DD.d.l.fin.*

XXIX. Appellare non poteſt victor pro expenſis quando victus à Principali appellauit. *Nicell.num 71.l.fin l. Quando prouocare non eſt neceſſe.*

XXX. A ſententia excommunicationis. *Nicell.num.73.cap.paſtoralis § verum de appellat.Fel.cap.ſignificauerunt in fine de except.*

XXXI. Cum appellatur ſimpliciter ab exceſſu executionis & non à tanto. *Nicell.nu.74.Innocent.cap.ſuper eo quod mex.cauſa. Abb.cap. quod ad conſultationem de re iudicata ibique Fel.col.16.*

XXXII. Cum quis vult appellare ab vno articulo ex connexis cum alijs à quibus non poteſt appellare. *Nicell.num.75. Abb.cap.ſecundo requiris de appellat. quamuis obſtent ea quæ de mixtura,*adfert Menochius.*de Rec.poſſ.Rem.9.num.321. Virg.de Boccatijs ad Ægidianam add.12.num.1. March.in ſuo tractat. de differentijs ſententiarum.*

XXXIII. In doloſe appellante.*Nicellus num.76.c.vt debitus de appellat. Barth. l.tutorem §.tutor.ff.de adm.tut.*

XXXIV. A muneribus & honoribus Eccleſiaſticis.*Nicell.n.77.Bald.in ſuis ſing. verb.appellatio Innoc.cap.propoſuit de conceſſ.præb.*

XXXV. A pœna impoſita à iure. *Nicell.nu.78. Abb.& DD.cap.conſueuit 3. & cap.ad noſtram de appellat.*

XXXVI. A ſententia correctionis. *Nicell.num.79.d.cap.ad noſtram, & vide not.ſupra Schol.124.*

XXXVII. Appellans generaliter non admittitur. *Nicell.numer.80.cap.inter cætera de appell.*

XXXVIII. Ciuili iure apppellans per ſaltum non admittitur. *Nicell.num 81.* Secus de iure canonico.*gloſſ.& DD.cap.2.de conſuet.in 6.cap. Paſtoralis ca.vt debitus de appellat.*

XXXIX. Cum quis appellat ad ſuperiores nec nominatim exprimit ad quos. *Nicell.n.82.Rom.conſ.360.*

XL. A pari ad parem. *Nicell.num.83.præpoſ.in Rubr.de appellat.col.6.* Niſi tamen diuerſo reſpectu v.g. à Duce ad eundem Regem. *Nauarr.de Reg. Comment.3.num.1.*

XLI. De maiori ad minus tribunal. *Nicell.numer.84. Abb.cap.fin.in fin.de precario.*

XLII. Sine grauamine. *Nicell.num.84.l.fin.C.quando non prouoc.non eſt neceſſe.*

XLIII. Appellans coram alio,quam coram iudice à quo. *Nicell.num.85 tot.tit. ff.Quis & à quo cap.appellatio vbi DD.de app.in 6.*

XLIV. In ſententia ſortis. *num.86.præpoſ.in rubr.de appell.col.17.*

XLV. Semel appellans non potest iterum appellare deserto actu primæ appellationis. *Nicell. num. 87. DD. l. cum procurator. §. 1. ff. de noui. oper. nunt. v. Marant. vbi supra.*

XLVI. A sententia de exequendo. *Nicell. num. 88.* Vide etiam Anton. de Canario *tract. de instr. execut. q. 45. & Mar. vbi supra.*

XLVII. Qui requisitus de calumnia non iurat. *Nicell. nu. 88. Barth. & DD. l. 2. § quod Actor. C de iuram. calumnia.*

XLVIII. Recedens à iudice à quo ante responsionem de Apostolis. *Nicell. nu. 89. Baldus in d. suis sing.*

XLIX. A sententia inter alios lata. *Nicell. n. 90. l. à sententia ff. de appellat. ca. cum inter de elect.*

L. Friuole appellans ab interlocutoria non potest à definitiua appellare. *Nic. num 91. Clem. vnica de dolo & contum. cap. 1. vt lite non contest.*

LI. Appellare nemo potest vt electio non fiat. *Nicell. num. 92. cap cum nobis olim de elect.*

LII. In decimis. *Nicell. num. 93. cap. tuam nobis de decimis. Marchesanus de commission. cap. 4. num. 13. fol. 64. Rebuff. de decimis quæst. 15. numer 21. Petr. de Moneta de decimis cap. 8. num. 58.* nisi tamen excipiatur de priuilegio Papæ aut compositione. *Moneta d. loco n. 59 & 60.*

LIII. In nominatione publici muneris vtilitate priuati. *Nicell. num. 93.* Secus si sit vtilitate publicum. *l. si adscribatum vbi Bald. de appellat. Marant. d. loco.*

LIV. Vnus de capitulo non potest appellare à decreto maioris partis Capituli. *Nicell numer. 94. cap. 1. de his quæ fiunt à maiore parte. Spec. de appellat §. videndum vers. 20.*

LV. Si quis appellet ne in sua Ecclesia resideat. *Nicell. n. 94. cap. peruenit. de appellat. Marant. d. loco.*

LVI. In minimis causis secundum ius ciuile. *Nicell. nu. 95.* aliud de iure canonico. *cap. de appellationibus, de appellat.*

LVII. Cum iudex reuocat grauamen. *Nicell. ibid. cap. cum cessante de appell.*

LVIII. In damnato de falsa moneta. *Nicell. num. 96. l. 1. C. de falsa moneta. Marant. vbi supra.*

LIX. In acquiescente sententiæ. *Nicell. num. 97. cap. gratum de offic. deleg. l. ad solutionem C. de re iudic.*

LX. Relapsus in hæresim non appellat. *Nicell. num. 98. cap. ad abolendam §. illi quoque de hæreticis.*

LXI. Cum denegatur audientia seu cum appellatio est prohibita. *Nicell. n. 98.* vel perpetuum silentium imponitur Nicellus ibid. recenset sexcentos prope iuris textus quibus silentium imponitur seu audientia denegatur.

LXII.

LXII. Volens appellare abeo quod fecit vel procurauit fieri. *Nicell. num. 104. l. generaliter § 1. C. de rebus creditis.*

LXIII. Ab absolutione excommunicationis. *Nicell. numer. 105. cap. sacro vbi DD. de sent. excom.*

LXIV. A secunda sententia in arbitrarijs quando prima lapsa est in rem iudicatam. *Nicell. num. 106. gloss. l. si cum exceptione § hac actio ff. quod met. causa.*

LXV. A decreto de exhibendo. *Nicell. ibid. d. num. 106.*

LXVI. Cum non potest appellari à definitiua nec etiam potest appellari ab interlocutoria eam præcedente. *Nicell. num. 107.* quia accessorium naturam sumit sui principalis.

LXVII. Cum causa committitur appellatione remota. *Nicell. num. 108. l. 1. §. intentum ff. à quibus appellat. non licet, cap. Pastoralis cap. proposuit, cap. meminimus cap. à nobis. de app.*

LXVIII. Appellans ex interuallo viua voce. *Nicell. numer. 110. late præpositus cap. vt debitus col. 30. de appell.*

LXIX. In appellatione extraiudiciali nisi in casibus exceptis. *Nicell. n. 3. Barthol. & DD. l. fin ff. de app. recip.*

LXX. De vno tribunali seu territorio cum ad aliud appellatur & non seruatur stylus tribunalis superioris. *Nicell. ibid. numer. 115. Abb. cap. si duobus in nou. pen. de app.*

LXXI. Quoties periculum est in mora. *Nicell. num. 117. præp. & DD. cap. qua fronte de app. Spec. de appell. § in quibus vers. 8.*

LXXII. A pronuntiatione de referendo. *Nicell. num. 118.* Sed an ab ipsa relatione. *ibid. DD. l. 1. C. de relat.*

LXXIII. Attentans appellare non potest nisi ante omnia attentatum reparet. *Nicell. n. 121. & fuse Lancelot.*

LXXIV. Cum appellatur ab eo cui media causæ sunt commissa. *Nicellus n. 121. glo. c. vt debitus in verb. rationabili de appellat.*

LXXV. Ab ijs quæ iudex pro arbitrio & non iuris necessitate facit. *Nicellus num. 122.* Nisi tamen in eiusmodi arbitrio notanter excederet. *Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. quæst. 70.*

LXXVI. Cum appellatur à iudice à quo extra tribunal. *Nicell. num. 123.* quæ tamen opinio paradoxa est & à paucis recepta vti sentit idem Nicell.

LXXVII. A facultate quam Doctor habet expellendi fabrum. *Nicell. num. 123 Bald. l. vnica C. si de moment. Rebuff. de priuileg. Schol.*

LXXVIII. A sententia de præstando id quod ex cursu naturæ debetur. *Nicel. num. 124. Spec. de app. §. in quibus vers. 8.* Naturalia enim ciuili iure non possunt mutari.

LXXIX. A contractu. *Nicell. nu. 125.* item à transactione. *l. à sententia §. si hare ff. de appell.*

LXXX. In sententia contra quam probatio non admittitur. *Nicell. n. 126.*

LXXXI. In sententia lata inter Patrem & Filium. *Nicell. n. 127. Spec. de appell. §. in quibus vers. sed nunquid & de offic. iud. ord. §. 1. vers. sed cui.*

LXXXII. In cautione damni infecti. *Nicell. n. 128.*

LXXXIII. In executionibus vltimarum voluntatum. *Nicell. num. 128. cap. tua nobis de testam.*

LXXXIV. A præcepto iudicis de soluendo: residendo. *Nicell. num. 130. l. si debitori ff. de iud. cap. peruenit. 2. de app.*

LXXXV. A sententia lata vigore Iuramenti decisiui. *Nicell. numer. 131. Barth. l. in actionibus in fin. ff. de in litem iurando. Vincent. Caroc. tract. de iurament. decisorio quæst. 47. fol. 297.*

LXXXVI. In laico de consensu etiam vtriusque appellante ad Ecclesiasticum *Nicell. nu.* 132. vbi vide quomodo id intelligatur.

LXXXVII. Cum vterque ab eodem articulo vult appellare. *Nicell. n. 132. præpos. & Card. d. cap. si duobus de appell.*

LXXXVIII. A sententia in casu auth. bona damnatorum C. de bonis damnat. *Nicell. n. 133. Bal. l. si is qui col. fin. l. si pendente appellat.*

LXXXIX. Excommunicatus appellans in his quæ extra iudicium fiunt. *Nic. nu. 133. Spec. d. §. in quibus vers. 35.*

XC. A sententia senatorum. *Nicell. num. 133. l. 1 ff. à quibus appell. non liceat.*

XCI. Si sint plures iudices & quis velit appellare ab vna vel minore parte. *Nicell. n. 134. tex. clem. 1. vbi DD. de appellat.*

XCII. Cum copia iudicis à quo haberi non possit superior queri debet. *Nic. n. 136. l. 1. §. biduum & §. dies ff quando appell. sit.*

XCIII. A sententia legis. *Nicell. ibidem.* à sententia tamen qua quis declaratur incidisse in pœnam legis licet appellare. *gloss. cap. cupientes § quod si de elect.*

XCIV. Appellans non exprimendo qualitatem sententiæ vel grauaminis. *Nicell. n. 137. l. 1. §. 1. ff. de appell.*

XCV. Faciens actum per quem videtur appellationi renunciare. *Nicell. n. 118.* Etiamsi si sit actus tacitus. *late Felinus cap. quod ad consultationem. col. 5. de re iud.*

XCVI. Contra seditiosos si sententia lata sit. *Nicell. numer. 139. l. constitutiones ff. de appellat.*

XCVII. Contra duces factionum. *Nic. ibid. d. l. Constitutiones.*

XCVIII. Contra insignes latrones. Nicell. *ibid. d. l. constitutiones.*

XCIX. Cum non petuntur Apostoli. *Nicell. n. 140. l. 1. ff. de libell. dimiss.*

C. In causa beneficiali non appellatur bis sed semel tantum. Nicell. *numer. 141.*

Rot.

Rot. decis. 387. incip. fuit dubitatum.

CI. Cum quis tacite renuntiat appellationi. *Nicell. num. 142. DD. l. tale pactum §. qui prouocauit ff. de pactis.*

CII. Cum appellatio non admittitur nec à iudice à quo nec à iudice ad quem *Nicellus num. 142. Barth. l. chirographis §. 1. ff. de administ. tut. cap. sollicitudinum vbi de appell.*

CIII. Ad effectum deuolutiuum appellatio debet intimari appellato vel illius procuratori. *Nicellus numer. 143. DD. Clem. 1. de appell. late Lancelot. de attentatis.*

CIV. Qui procurat vt iudex se absentet. *Nicell. ibid. cap. Pastoralis §. fin. de offic. del.*

CV. In crimine læsæ maiestatis. *Nicell. num. 144. Adde Marant. in suo speculo, cap. de appellat.*

CVI. In causa Simoniæ. *Nicellus numer. 145. gloss. cap. vrgenti de hæreticis. Marant. vbi supra.*

CVII. Cum iudex admittit exceptionem si probata fuerit. *Nicell. num. 146. Spec. de except. §. coram vobis vers. item cautus sit iudex.*

CVIII. A futuro grauamine. *Nicell. numer. 146. cap. dilecto, cap. cum cessante de appellat.*

CIX. In seruo & quocumque alio cui denegatur iudicium. *Nicel. ibid. l. fin. in pr. ff. de app.*

CX. Ab ijs quæ sunt facti. *Nic. ibid. Bald. l. si quis prouocatione C. de app.*

CXI. A rescripto Principis. *Nic. ibid. l. iubemus, C. de appell.*

CXII. In debitore Reipub. *Nic. ibid. 10. l. fin. C. quorum app. Mar. vbi sup.*

CXIII. In appellatione alternatiua. *Nicell. ibid.* est tamen paradoxum vti refert Felin. *cap. inter cætera de appell.*

CXIV. In crimine barattariæ. *Nicell. ibid. Bald. Auth. nouo iure C. de pœna iud. qui male iudicauit.*

CXV. In interdicto. *ibid.*

CXVI. A grauamine extraiudiciali. *ibid.* quod vt intelligatur ibi perspice.

CXVII. Si forma statuti in appellatione obseruanda non obseruetur. *Nicell. nu. 150. Cæpola cons. 54.*

CXVIII. Cum iudex negligens est vel nihil decernit. *Nicell. nu. 51. Bald. l. fin. C. de sent. & interlocut. om. iud.*

CXIX. Cum appellatur à sententia qua locatio reuocatur facta sine consensu Capituli. *Nic. ibid. n. 152. c. ad audiendum de reb. credit.*

CXX. Cum statuto prohibetur appellatio. *Nicellus numer. 152. l. 1. ff. qui & à quibus.*

CXXI. A sententia super primo decreto. *Nicell. num. 118. fallentia 83.*

Hi sunt casus quos obiter ex Antonio Nicello iurisconsulto Placentino collegi & digito tantum demonstraui Lector pro re nata qualiter is quemque casum extenderit vel restrinxerit varijsque rationibus firmauerit ex eo tanquam ex eo tanquam ex fonte haurire poterit.

(125) *Remittendam.* De remissione autem criminosi ad locum commissi criminis consuetudo est iuri contraria vti refert Andreas Gaill. *de pace publica lib. 1. cap. 16 num. 30. & seqq.* Solent tamen inquit idem *num. 31.* Magistratus vicini iure quodam amicitiæ vicinitatisque criminosos sibi inuicem remittere sub antigrapho hoc est attestatione scripto redacta quod eiusmodi remissio iurisdictioni remittentis præiudicio futura non sit, id quod si inter laicos magistratus obseruatur longe magis inter Ecclesiasticos deberet obseruari qui vni Principi, hoc est vni Pontifici subiecti sunt. *ca. cuncta per mundum 9. quæst. 3.* Quid sit remissio, quæ in ea consideranda sint, in quibus casibus sit facienda, qualiter fieri debeat. Quod sit officium eius ad quem fit remissio, denique de remissione quæ fit à iudice superiore ad inferiorem late tractat Speculator *tit. de remissionibus.*

---

§. *OCTAVUS.*

SUMMARIUM.

1. Notarij vnde dicti.
2. Notarij S. Sedis qui dicantur & an sint in dignitate.
3. Officium qualiter vsurpetur & differat, à dignitate.
4. Primitiuæ Ecclesiæ feruor.
5. Pontificum defunctorum debet esse memoria laudabilis etiamsi illaudate vixisset.
6. Habitus non facit Monachum.
7. Sedis appellatione quid significetur.

(126) NOtarij (127) autem (128) dictæ Sedis (129) quorum officium (130) in ipsis primitiuæ Ecclesiæ initijs (131) & fœlicis record. (132) Clem. Papa, (133) ad sanctorũ gesta perquirenda atque conscribenda noscitur institutum (134) ad prothonotariatus officium assumpti (135) habitum & Rochetum deferentes (136) & alij nostræ & dictæ sedis (137) officiales (138) actu sua officia exercentes (139) tam in ciuilibus quam in criminalibus (140) ab omni ordinariorum iurisdictione (141) sint exempti.

SCHO-

SCHOLIVM.

(126) NOtarij. Notarij inde dicti sunt quod notis quibusdam velocissime dictantium verba excipiant. *Iacob Spiegelius in lexico iuris verb. notarij.* Quales exceptores tam olim Romæ quam hodie adhuc esse in Parisiensi Parlamento qui miranda quadam solertia omnia propemodum dicta aduocatorum iudicumque excipiunt refert Guilielmus Budeus, *in annot. ad pandectas l. abesse cum l. seqq. ff. ex quibus causis maiores.* Hinc notis scribere, notis excipere dixit tranquillus de Tito Principe Romano & de Cæsare & etiam Plutarchus in Catone. Inde traductum vt Actuarij qui acta publica conscribunt notarij vocitentur, vt & ij quibus publica cura stipulationum contractuum instrumentorum conscribendorum publicæ est demandata. *Spiegel. vbi sup.* 1

(127) *Autem.* Dictionem, autem, quandoque esse copulatiuam, testatur Albertus de Pergamo *de præpositionibus num. 110.* quandoque etiam coniunctionem aduersatiuam *l. 1. ff. si mulier ventris nomine.* Hoc sensu videtur, hoc loci vsurpanda Pontifex enim nouam hic exorditur dispositionem.

(128) *Dictæ Sedis.* Ij sunt qui res ad sanctam Sedem pertinentes describunt & in publica perpetuaque munimenta redigunt quos in publica esse dignitate vt & Principum notarios nemo est qui ambigat. *l. 1. vbi gloss. & DD. C. de mandatis princip. Spiegelius vbi supra verb. notarij Principis, qua de re vide infra Scholio 134.* 2

(129) *Quorum officium.* Officij nomen quandoque sumitur large, quandoque stricte, quandoque propriè, quandoque impropriè, vti late ostendit & diuersis iurium textibus explicat Ioannes Francisci de Pauinis Rotæ auditor. *tract. de officio & potestate capitali sede vacante præludio 2. per tot. vol. Oce. 15 fol. 166.* Differt officium à dignitate quod illud dicatur esse seu habere onus annexum siue prærogatiuã honoris. E contra vero dignitas est quæ habet iurisdictionem cum administratione vel honore qua de re Beatus Antonius Archiepiscopus Florentinus. *Tract. de excommunicat. cap. 72. num. 4 & seqq. vol. Oce. 16. & Vantius de nullitat. tit de nullitat. ex defect. iurisd. deleg. num. 70.* Itaque non bene Petrus de Vngola *in pract. art notariatus in pr. num. 13.* Definit Officium notarij esse dignitatem & autoritatem ad legitimorum negotiorum hominum notam de publico introductam. Notarius enim dignitatem habere non dicitur, sed officium. *Franc. cap. vt officium § ad conscribenda de hæreticis in 6.* 3

(130) *In ipsis primitiuæ Ecclesiæ initijs.* Cum aurei Sacerdos litabant in calicibus liquit quidam. Et Tibullus 4

Tunc melius coluere fidem cum paupere cultu

Sim-

Stabat in exigua ligneus æde Deus.

Hinc factum est, inquit D. Hieronymus ad Rusticum Episcopum Narbonensem *in can. Diaconi §. nunc autem dist. 93.* Quod excrescente in Ecclesia sicut in Romano imperio auaritia, perierit lex de Sacerdote & visio de Propheta. Sed quid? M. Crassus aurum sitiuit, aurum bibit, auro perijt, inquit, D. Augustinus, *ca. quod quidam dicunt §. ex his verbis 1. quæst. 1.* Legitur enim Marcus Crassus auri sitiens à Parthis potatione auri feruentis liquidique interfectus. *gloss. in d. §. ex his verbis.*

Vt merito Propertius Poeta lib. 3. exclam.

At nunc desertis cessant sacraria lucis
Aurum omnes victâ iam pietate colunt
Auro pulsa fides, auro venalia iura
Aurum lex sequitur mox sine lege pudor.

Idem Propert. lib. 3. eleg.

Perloquar atque vtinam patriæ sim verus aruspex
Frangitur ipsa suis Roma superba bonis.

Defectus itaque huius temporis quo non solum merita sed etiam corpora defecerunt alia iura exposcit, inquit Papa Pelagius *in ca. fraternitatis dist. 34.*

5 (131) *A fœlicis Recordationis.* Cum de Pontifice defuncto in literis, diplomatibus aut rescriptis fit mentio. Honorari solet hoc encomio. Fœlicis recordationis venerabilis Laudabilis recordationis bonæ memoriæ. *l. Quoniam C. de Episc. & cler. Restaurus Castaldus tract. de imperatore quæst. 59. late gloss. extrau. dudum in verb. bona memoria de scismaticis.* Idque etiam si inquit ibidem glossa illaudabiliter vitam suam traduxisset quia non quid fecerit, sed quid facere debuerit inspiciendum est. *gloss. d. vers. bona memoria.*

(132) *Clemente I.* Qui sub Traiano imperatore anno Domini 102. martirio affectus est.

(133) *Ad sanctorum gesta perquirenda atque conscribenda noscitur institutum.* Vti legitur in vita Clementis Papæ & Fabiani. Et vide etiam hac de re Lucam de Penna *in rubr. de magistris scriniorum lib. 12.*

(134) *Ad prothonotariatus officium assumpti.* Notarij illi S. Sedis ad altiorem euecti dignitatis gradum nuncupati sunt prothonotarij, id est, primi & velut aliorum notariorum Princeps, quos à iurisdictione ordinariorum exemptos esse latius scripsimus, *tractatu de exempto à iurisd. ord. lib. 1. quæst. 18.* Sacra tamen Concilij Tridentini Constitutio *sess. 24. cap. 11. de reform.* vult dictos prothonotarios iurisdictioni ordinariorum subiectos velut S. Sedis delegatos, vt latius habetur in dicta Constitutione. *& vide supra Scholio 126. & seqq.*

6 (135) *Habitum & Rochetum deferentes.* Licet habitus Monachum non faciat, *cap. porrectum de Regul. cap. ex parte. Qui clerici vel Monachi.* Statuit tamen

Leo

Leo Papa hac sua constitutione ne ij gaudeant hac exemptione nisi habitum prothonotariatus gestent quod à iuris æquitatisque ratione alienum non esse scripsimus. *d. quæst. 18.* Nam cultus concessus atque magnificus addit hominibus authoritatem, inquit, Quintilianus *lib. instit. 8.* Quam quidem præse ferre debēt ij qui à Sancta Sede hoc honoris titulo sunt honorati & proinde amicti esse veste quæ sit conueniens statui ordini & officio. *ca. Deus qui de vita & honest. cler. ca. 2. cum ca. seqq. 21. quæst. 3. Spec. de aduocato tit. quales vestes debeant habere aduocati num. 2.* Ideo est. quod Spec. *d. loco.* consulat aduocatis decentem vestitum hisce male compositis versibus:

Vir bene vestitus pro vestibus esse peritus
Creditur à multis quamuis idiota sit ille
Si careat veste nec sit vestitus honeste
Nullius est laudis quamuis sciat omne quod audit.

Ratio inquit quia talis prima facie præsumitur qualem eum iudicat vestis. *Spec. ibid.* Hinc adagium Erasmi *in chiliadibus.* Vestis virum facit. & Ecclesiast. cap. 19. vers. 27. Amictus hominis & risus dentium & ingressus hominis enuntiat de illo. Certe Gregorius Nazianzenus ex vultu & habitu se scribit deprehendisse latentem in Iuliano Imperatore improbitatem dixeritque ante illius Imperium O quale malum Romanorum respublica alit. *Iansenius dicto Ecclesiast. cap. 19. vers. 27.*

(136) *Et alij nostræ & dictæ sedis.* Sedis appellatio est æquiuoca neque enim tantum de Pontificali Sede, sed & etiam de Cardinalium sede intelligenda est vti ostensum est supra *Scholio 16.* & fusissime de ethimo & significatione Sedis discutit Ioannes Francisci de Pauinis *tract. de officio & potest. capituli Sede vacante preludio 6. vol. Oce. 15.* 7

(137) *Officiales.* Nomen Officialis sumitur quandoque adiectiue quandoque substantiue. *Spiegelius in Lexico iuris verb. officialis.* Adiectiue tunc sumitur cum quid significamus quod ad officium pertinet vel de Officio tractat, substantiue vt hoc in casu cum de ministro, magistratus, Principis, Papæ, aut alicuius superioris enuntiatur. *Spiegelius ibid.*

(138) *Actu sua officia exercentes.* Id late probauimus in tractatu de exempto à iurisd. ord. *lib. 1. quæst. 30.*

(139) *Tam in Ciuilibus quam in Criminalibus.* Ciuilium & criminalium causarum longe dispar est ratio atque diuersitas vti longe ostendit & probat Paulus Lancelottus *instit. Canon. lib. 4. cap. de accusat. in pr.* Satisque etiam id colligitur ex dictionibus illis tam & quam quæ diuersa & separata solent coniungere.

(140) *Ab omni ordinariorum iurisdictione.* Ordinariorum nomine comprehendi non tantum diœcesanum. Sed etiam quemlibet alium Iurisdictionem

quasi Episcopalem habentem canone præscriptione vel priuilegio superius adhuc ostendimus.

(141) *Sint exempti.* Plenissima itaque & exuberans est hæc exemptio quæ antedictas personas eximit à cuiuscumque ordinarij Iurisdictione de qua etiam ante abunde satis à nobis scriptum est. Sed Concilium Tridentinum modificauit eiusmodi exemptiones. *cap. 11. sess. 24. de reformat.*

---

§. NONVS.

SVMMARIVM.

1. *Dictionis nisi energia.*
2. *Constitutio Papalis solet ligare duobus à promulgatiue mensibus.*
3. *Quid si de crimine agatur ciuiliter an huic constitutioni erit locus.*
4. *Fauorabilis est constitutio quæ exemptos reducit sub iurisdictione ordinarij.*
5. *Quid si actio sit mixta.*
6. *Dictionis duntaxat energia.*
7. *Ardua causa est excedens 25. ducatos.*
8. *An fieri possit prorogatio in maioris summa.*
9. *Ducati valor.*
10. *Energia dictionis penitus.*

(141) ALij vero notarij (142) habitum prothonotarius non deferentes (143) nisi illum (144) infra trimestre (145) post præsentium publicationem (146) assumpserint (147) ac ipsi ac alij in posterum assumendi (148) habitum & Rochetum huiusmodi (149) continuè non gestantes (150) atque alij nostræ & dictæ sedis Officiales (151) Officia sua actu non exercentes (152) tam in criminalibus (153) quam in ciuilibus ratione causæ (154) summa 25. Ducatorum auri de Camera non excedentis (155) dumtaxat (156) eorundem diœcesanorum & ordinariorum iurisdictioni subiaceant (157) in Ciuilibus vero causis summam huiusmodi excedentibus (158) plena gaudeant exemptione & (159) à dictorum diœcesanorum & ordinariorum iurisdictione (160) penitus sint exempti.

SCHOLIVM.

SCHOLIA.

(141) ALij vero Notarij. De dictione alius scriptum est. *Scholio 98.*

(142) *Habitum prothonotariatus non deferentes.* Rationi enim consentaneum est vt qui prothonotariatus honore sunt decorati distinguantur & secernantur peculiari habitu cum in publica apparent ab alijs. Ideoque est vt non modo singulis religiones inuicem distinguantur sed & ordines etiam militares vti fusius apud Antonium Scappum describitur. *Tract. de Bireto Rubeo Cardinalium Resp. 7. nu. 15. & 16.* Sic fabricensium Priuilegio non gaudet qui fabricentium normam non obseruat. *l. stigmata l. si quis consortium C. de fabricens. lib. 11.* & clericali Priuilegio non gaudet qui clericalem habitum non gestat *ca. vnico de vita & honest. cler. cap. ex parte de Priuileg. Conc. Trid. sess. 23. cap. 6. de reform.* Qua de re dictum est supra. *Scholio 135. & de exemptio. lib. 1. q. 18.*

(143) *Nisi illum.* De vi energia & significatione dictionis, nisi, late Albertus de Pergamo *tract. de prepositionibus num. 77. vers. Nisi.* idem significat quod si non, *Hieron. Gratus cons. 15. num. 15. part. 1. per l. Actione C. de transact.* Inducitque quandam formam. *Gratus d. num. 15.* signanter cum postponitur orationi negatiuæ. *Hieron. Grat. cons. 138 num. 7. & 9. part. 1. & eleg. lateque Alciatus l. Actione verb. Nisi C. de transact.* 1

(144) *Infra trimestre.* Dubitabit hic quispiam cui Pontifex trium mensium tempus indulgeat ad resumendum habitum cum bimestre tantum indulserit à promulgationis die ad obseruantiam suæ legis vti probat Nauarrus *Cons. 1. de constit.* Et nos scripsimus tractatu de exemptionibus *lib. 1. quæst. 50.* Respondeo ternarium numerum esse absolutissime vnde Virgilius: 2

Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore
Licia circundo, Terq; hæc altaria circum
Effigiem duco numero Deus impare gaudet.

Et ne superstitiosus nimis multa tribuam cum Tiraquelli numeris. *Tractat. de præscrips. gloss. 1. verb. per decem annos.* Satis sit hanc esse summi Pontificis penes quem est rerum summa voluntatem. Decreta enim Pontificum decet ab omnibus reuerenter acceptari. *Lancel. Canon. instit. lib. 1. de constit. Eccles. §. decreta.* Nõ secus quam si D. Petri voce stabilita & firmata essent. *ca. sic omnes dist. 19.* Signanter quod in arbitrio legislatoris consistat à quo tempore velit legem suam robur assumere. *Menoch. de arbit. iud. li. 2. cent. 2. casu 185. n. 8.*

(145) *Post præsentium publicationem.* Legislatoris est præstituere certum tempus ex quo lex eius ligare incipiat. *Nauarr. cons. 1. d. de constit. & d. libr. 1. quæst. 50.*

(146) *Assumpserint.* Verbum assumi ponitur hic in bonam partem Cic. Neque onus inuitis assumpsit, non vero in malam. pro arrogo aut nimium tribuo, prout apud eundem Cicer. Si id mihi assumo, videor id meo iure quodammodo vendicare.

(147) *Ac ipsi ac alij inposterum assumendi.* Comprehendit hic Pontifex hac sui sanctione non tantum prothonotarios ante hanc constitutionem creatos. Sed etiam in futurum creandos Lex enim magis ad futura quàm ad præterita est trahenda.

(148) *Habitum & Rochetum huiusmodi.* Nisi Pontifex huic Concilio Lateranensi derogauerit vti plerumque solet vt est videre ex litteris creationis prothonotariorum hodierni temporis. Nec enim dubium est quin Pontifex habitus solemnitatem possit remittere. *Abbas cap. Deus qui. de vita & honest. cler. Antonius Scappus de Bireto Rubro S. R. E. Cardin. Resp. 5. num. 20.* Sed quid si eiusmodi habitum gerant alia veste coopertum? Respondendum est par esse habitum non gerere vel gerere alio habitu coopertum. *Achilles à grassis decis. 346. num. 13. de apostatis. Io. de Anania in Rubr. de apostatis. Calcan. cons. 123. cap. 2. vbi Francus ne clerici vel monachi in 6.*

(149) *Continuè non gestantes.* Continua habitus gestatio non est Iudaice & ad litteram intelligenda. Sed cum mica salis & moraliter *late & eleg. Nauarrus cap. 1. §. semper deprecetur num. 5. de pœnit. dist. 5. vbi explicat energiam dictionum semper. indesinenter,* id est, certis temporibus, aut horis interpolatis vel statutis cum in publicum procedit aut sui præsentiam alijs facit. *arg. l. si quis diuturna ff. si ser. vend. Stephan. de federicis de interpo. iuris part. 1. num. 125.* Quid enim si ad exteras nationes abeant nunquid scandali causa licebit eis mutare habitum. *cap. Deus qui de vita & honest. cler. & dictum est supra Scholio 41. num. 30.* Idque euitetur absurdum quod & in legibus Constitutionibusque est obseruandum. *Prases loco ab absurdo.* Et ita in monachis qui ad continuam habitus gestationem obligantur resoluit Beatus Antonius Archiepiscopus Florentinus. *Tract. de excommunicatione cap. 53. num. 4. & 5. vol. Oec. 16.*

(150) *Atque alij nostri ac dicta sedis Officiales.* De hoc dictum est ante *Scholio 136.*

(151) *Officia sua actu non exercentes.* De eo & notatum est supra *Scholio 138.*

(152) *Tam in criminalibus.* Et de eo tetigimus in *Scholio 139.*

(153) *Quam ciuilibus ratione causa.* Causas Ciuiles plurimum differre à Criminalibus superius ostendimus. *Schol. 139.* & latè tradit Maranta *de ord. Iudiciorum par 4. dist. 1.*

(154) *Summa 25. Ducatorum auri de Camera non excedentis.* Sed quid si de crimine agatur non criminaliter sed ciuiliter an eiusmodi actio sub de dispositione

tione huius constitutionis comprehendetur? Videtur quod non quia eiusmodi actio est mixta inter iudicium ciuile & criminale, *cap. tua de procurat. cap. super his in fine de accusat. cap. per venerabilem. Qui filij sint legitimi late Andreas de Barbatia Tract. de testibus part. 3. num. 1. vol. Oce. 5. fol. 150.* Mixtum autem venire non solet sub simplici nisi certis quibusdam in casibus. *Gonsales de mensibus & alternat Episcoporum gloss. 9. num. 20. Ripa de nocturno tempore cap. 4.* At è contra quod veniat vrget fauor huius constitutionis Mixtum enim comprehenditur sub casu simplici cum versamur in actu fauorabili. *Felin. in Repetit. verb. Mixtum fol. 81. col. 4.* Fauorabilis autem est constitutio quæ reddit ordinario iurisdictionem in exemptos vti affatim ostendimus *exemptionum lib. 1. quæst. 4.* & ideo quantum fieri potest extendenda. *d. quæst. 4.* cum distinctione tamen qua ego inferius adduxi §. *14. quæst. 112.* Rursus opinione nonnullorum actio criminalis ciuiliter mota ciuilis actionis naturam induit cuius finis est commodum partis interesseque priuatum. *Andr. Barbatia d. loco num. 2. & seqq.* Quo fit vt ea actio actionis ciuilis qualitates induat ac sub dispositione faciente mentionem actionum ciuilium comprehendatur dispositio enim generalis omnes casus comprehendit dato quod non sit maior ratio in vno quam in alio, *l. 1. quod autem ff. de aleatoribus.* Denique Actiones criminales ciuiliter motæ ad instar ciuilium regulantur adeo vt in eis iuramento suppletorio locus esse possit vti de communiori & receptiori doctorum opinione testatur Costalius. *l. 3. §. 2. ff. de iureiur. Barth. l. maritus ff. de quæst. Fachineus controuers lib. 1. ca. 15. gloss. l. in bonæ fidei C. de iureiur. Cephal. cons. 14. num. 20. Papon. in arrestis Parisiensib. lib. 9. tit. 6. arrest. 10.* Adæquatorum autem eadem est ratio idem ius & æqualis dispositio. *DD. l. 1. ff. de leg. 1. Paris. cons. 222. num. 5. vol. 4. Rom. cons. 383. num. 2. & 3.*

4

5

(155) *Dumtaxat.* Dictio duntaxat vt dictio tantum est aduerbium quantitatis. *Albert. de Pergamo de præposit. num. 102.* Excluditque alium omnem modum per quem res aliter expediri posset. *Hier. Grat. Cons. 69. num. 10. part. 2.* Ideo de summa excedente 25. Ducatos auri de Camera non cognoscet vti infra *Scholio* 157. fusius demonstrabitur. *Præsu loco à natura diction. taxatiuarum. Gonsales de mensibus & alternat. Episcop. gloss. 43. n. 24.* 6

(156) *Eorundem diœcesanorum & ordinariorum iurisdictioni subiaceant.* Iurisdictio hic accipienda est non in genere sed in specie duntaxat quatenus cognitionem ciuilem concernit summæ 25. Ducatorum supra mentionatorum.

(157) *In Ciuilibus vero causis summam huiusmodi excedentibus.* Censet hoc in loco Pontifex causas excedentes summam 25. Ducatorum esse arduas & proinde sibi reseruandas. *Ioannes Staphil. de literis iustitiæ §. dicendum est numer. 11. vol. Oce. 14. fol. 40.* In ardius enim & magnis causis cautius procedendum. *Mamant. de ord. iud. part. 6. actu 9. num. 7. & seqq.* Quæ autem magnæ quæ paruæ censendæ 7

sendæ sint causæ, stat in arbitrio iudicanti. *Staphil. & Marant. d. loco.* Menochius *de arbitrariis iudicum & D D. passim.*

8 Quid autem si summa excedat 25. Ducatos auri de camera an eiusmodi exempti poterunt Iurisdictionem ordinarij prorogare, videtur quod sic quia habens Iurisdictionem cognoscendi de causis præcisæ quantitatis potest consensu partium cognoscere etiam de maiore quantitate vti in terminis inter cæteros tradit Abbas *cap. p. & G. nu. 12. vers. venio ad secundum de offic. deleg. per l. inter conuenientes ff. ad municipales & de incolis & iura ab eodem Abbate ibidem num. 11. allegata.* Verum contrarium est in hac exemptionum materia respondendum. *Felin. d. cap. p. & G. num. 13.* Exempti enim Papæ immediate subiecti exemptioni renuntiare non possunt nec iurisdictionem alterius iudicis prorogare. *c. Cum tempore de arbitris.* Id quod fusè tractatu de exemptionibus *lib. 2. quæst. 7. & seqq.* ostensum est. Deinde hac in constitutione Pontifex vtitur taxatiua. *Duntaxat* quæ inducit formam adeo vt illius transgressio actum vitiat. *Felin. cap. ex parte num. 7. de constit. Paris. cons. 19. num. 19. vol. 2. Gonsales de mensib. & alternat. Episcop. gloss. 43. num. 26.* Qua de re vide plenius infra, *in quæstionibus conseruatorum qu. 7.*

9 Quantus autem sit valor ducatorum auri de camera quæstio est facti de quo iurisconsulti non respondet. *l. eum quem §. 1. ff. de Iudic.* Nota tamen ducatum auri de camera antiquum valere scutum vnum auri in auro & quartam partem vnius regalis. Ducatum vero de camera Nouum valere scutum vnum auri in auro & vnum Regalem; Scutum vero monetæ, regalia decem; Scutum auri vndecim regalia; Scutum auri in auro valere scutum vnum auri in specie.

Sed quid si debeatur summa maior & excedens 25. Ducatos an licebit ex eiusmodi summa maiore, petere minorem quæ sit intra summam hac in constitutione definitam videatur Barth. Castrens. & DD. *in l. Si idem ff. de iurisdict. om. iud. Vantius de nullit. sent. tit. de nullit. ordinarie ex defectu iurisdictionis num. 34.*

Præterea quid si idem debeat diuersis ex causis diuersas summas excedentes summam 25. Ducatorum, an eæ omnes coaceruari poterunt coram eodem iudice, eadem actione *vide D D. d. l. si idem.*

Itaque in instituenda actione fundari debet hæc qualitas à constitutione requisita quæ iurisdictionis est tributiua & si negatur summarie erit probanda. *Vantius d. loco num. 53.*

(158) *Plena gaudeant exemptione.* Exemptionum multas esse species ostensum est in schemate inserto iudici tractatus nostri exemptionum. *in verb. exemptio.* explanatumque est distinctius in eodem tractatu *lib. 1. quæst. 2. per totum.* Itaque Pontifex in summa excedente hic descriptam eximit non limitate vel mediate, sed simpliciter purè absolutè, perfectè plene & immediatè, qua de re alibi, *dicta quæst. 2.*

(159)

(159) *A dictorum diœcesanorum & ordinariorum iurisdictione.* De Diœcesanorum & ordinariorum differentia & cuiuslibet indistincta iurisdictione dictum est supra non vno in loco. *Scholio 60. & 61.* 10

(160) *Penitus sint exempti.* Id est omnino & absolutè, integrè plenè & perfectè, Dictio enim *penitus* significat omni casu totaliter & indistinctè. *Hieron. Grat. cons. 86. num. 3. part. 6. cap. super eo de haeretic. Socin. lib. 1 §. Si mihi stipulanti col. 2. de verb. oblig.* Præcisè & sine aliqua modificatione aut limitatione. *Iacobus Antonius Martha de iurisdict. inter Ecclesiast. & secularem exercenda cent. 2. casu 85. n. 19. Tiraq. l. Si vnquam verb. Reuertatur n. 87. de reuoc. donat.*

---

§. DECIMVS.

SVMMARIVM.

1. *Familiares an gaudeant exemptione dominorum.*
2. *Ecclesia Romana encomia.*
3. *Exemptione non gaudet nisi qui actu seruit.*
4. *Domestici qui dicantur.*
5. *Continuus domesticus quis dicatur.*
6. *Absentes causa Ecclesia habentur pro præsentibus.*
9. *Recreationis causa absentes an exemptionem perdant.*
8. *Dispositio de tempore est arbitraria.*
9. *Curia quid significet.*
10. *Absentia qualis sit censenda.*
11. *Cardinalium familiares an sit exempti.*
12. *Moniales exemptas an diœcesanus visitet adijciuntur hic octo questiones.*

(161) DIgnum quoque & etiam congruum (162) quod ex sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium familiaribus (164) illi dumtaxat (165) priuilegio exemptionis gaudeant qui actu (166) domestici (167) & continui (168) sunt commensales (169) vel ab eisdem Cardinalibus ad ipsorum exequenda negotia missi (170) vel qui recreationis causa (171) ad tempus (172) à Romana curia (173) absentes fuerunt (174) cœteris vero etiam familiaritatis litteras habentibus quominus coertioni diœcesanorum & ordinariorum subiaceant familiaritatis huiusmodi priuilegium nullatenus suffragetur.

SCHO-

SCHOLIA.

(161) D*Ignum quoque & etiam congruum.* Descendit hic Pontifex ad familiares Cardinalium, cum enim ambigue hactenus fuerit disputatum num generali dispositione comprehendantur Cardinales. *Nauar. de datis & premissis pro iustitia vel gratia not. 4. vers. sexto not. cum vers. seqq. vsque ad finem scripsique de iurisdict. ordin. in exemptos lib. 1. quaest. 5. num. 6. & 16.* Dubitari à
1 quibusdam potuisset num Cardinalium familiares qui dominorum priuilegio gaudere solent *scripsi lib. 1. de iurisd. ord. in exempt. quaest. 30.* hac constitutione comprehenderentur. Itaque vt Pontifex ambiguitatem omnem tollat quibus in casibus Cardinalium familiares qui alioquin regulariter exempti sunt. *d. quaest. 30. & 32. num. 5. Andreas Barbatia de prestantia Cardinalium Bondislaus de Villadiego de origine dignitate & potest. Cardinalium.* ordinario subijci debeant hic constituit. Dignum autem & congruum censuit Pontifex certis in casibus familiares Cardinalium subijcere potestati & iurisdictioni ordinariorum. Tum quia ea fauorabilis est. *scripsi d. lib. 1. quaest. 4.* Tum quia exemptiones causa sunt vitae laxioris vti ante notauimus *Schol. 18.* Notandum est Pontificem hic vti duabus dictionibus, *Quoque Etiam* quae idem significant implicareque idem ius & factum. *Hieron. Grat. cons. 13. num. 27. part. 2. Alex. l. 1. in 3. not. C. Qui admit. ad bon. poss.* Imo exprimunt casum magis dubitabilem simulque implicant casum minus dubitabilem *Hier. Grat. cons. 29. num. 68. par. 2. gloss. Clem. 2. vers. Ecclesia de Heret. Barth. l. supra iter §. officium ff. de aqua pluuia arcenda Decius & DD. l. qui se patris C. vnde liberi.*

(162) *Arbitrantes.* Arbitrium hoc summi Pontificis vim legis obtinet. §. *quod principi iustit. & iure l. 1. C. de mandat. principum. Menoch. de arbitr. iud. libr. 2. cent. 2. casu 185. num. 8. & seqq.*

2 (163) *Quod ea sancta Romana Ecclesia Cardinalium familiaribus.* Sicut omnes riuili à fonte ita omnes Ecclesiae à Romana deriuantur. *ca. fin. 11. dist. can. loquimur 24. quaest. 1.* quae est caput aliarum omnium ratione principij institutiones & prelationes. *ca. quamuis 21. dist. ca. 1. 22. dist. vbi prepositus.* Diciturque Domina. *ca. oportebat 79. dist.* Mater. *ca. qui abstulerit 12. quaest. 2. ca. fin. de foro compet. ca. non decet dist. 12.* Magistra *d. ca. fin.* quia primam praecipuamque curam inferiorum Ecclesiarum gerit. *Rebuff. l. quibus ff. de verb. signif.* caputque est & regula omnium aliarum, vti eleganter docet D. Bernardus epist. *125. 126. 130. libr. 2. & 4. de consider. ad Eugen. ca. in memoriam dist. 20. 21. 22. per tot.*

(164) *Illi dumtaxat.* De hac dictione scripsimus quaedam antea *Schol. 155.*

(165) *Priuilegio exemptionis gaudeant qui actu.* Ratio est quia nemo potest priuilegio familiaritatis gaudere nisi qui actu & continue versatur in exercitio

sui

ſui officij, *Caſſad dec.1. De verb.ſig.Card.conſ.126. num 11. Auguſt. Bero.familiarum quæſt.35.* de quo ego alio in loco. *libr. 1. de iuriſdict.ordin. in exempt. quæſt.30.* qua de re vide plenius commentaria Ioannis à Chockier mei fratris ad Regulas Cancellariæ. *Reg.30.n.41.fol.312.& ego infra Schol.168.*

(166) *Domeſtici.* Significatio domeſtici, opinione nonnullorum, differt à ſignificatione familiaris. Quippe domeſtici dicuntur ij omnes, quibus imperari poteſt ratione patriæ, aut Dominicæ poteſtatis, familiares vero dicūtur v.g. conſanguinei, coloni adſcriptitij, mercenarij, ſiue ij mercede, ſiue gratis inſeruiant. *Abb.ca.in litteris num.5. vbi & Felinus cœterique aggregatum de teſtib. Bald. l C. Si rector prouinciæ & in l.1. C. Si quacunque prædictus poteſt.* exiſtimauerim tamen hic in conſtitutione ſignificationem domeſtici tantundem inferre ac familiaris. Sunt enim duo hæc vocabula domeſticus & familiaris ſynonima. *Anton. de Butrio d.cap.in litteris filibus num.1.& 2.* 4

(167) *Et continui ſunt.* Iudaice id, & ad litteram non eſt intelligendum Continuatio enim non dicitur interrupta licet quiſpiam quandoque abſit cauſa aliqua rationabili. *l.ſi quis ita vbi Barth. & Bald. ff. de condit. & domeſtr.l.mœnia ff. de Manumiſſ.teſtam. Rebuff.de priuileg.Scholar.priuileg.23.num.3. & 4. Petrus de Moneta de diſtrib.quotidianus part.2.quæſt.5 tex.& gloſſ.cap.fin.de verb.ſig. in 6. vbi fran.num 9. explicat qualiter verbum continuo intelligi debeat.* Satis eſt quod animum reuertendi ad ſeruitium non. *arg.§.pauonum inſt.de rer.diuiſ.* Qui enim abeſt breui tempore à loco, animo tamen redeundi, dicitur continuo commoratus in loco, etiamſi aliquo temporis interuallo abfuerit, *cap.fin.vbi glo. de verb.ſign.in 6. l.malum in fin.ff. de verb.ſig. Rebuff.d.loco.* At vero quando reuertendi animum deſeruiſſe quis ſit cenſendus, pendet ex varijs cauſarum figuris, ac iudicantis arbitrio. *arg.§.Reuertendi inſt.de rer.diuiſ.* Certè ſi ceſſante cauſa ob quam abeſt non reuertatur, reuertendi animum deſeruiſſe cenſebitur. *l.ſi cui in prouincia §. tamdiu l.hi qui ff. Ex quib.cauſis maiores Moneta d.quæſt.5.nu.32.* 5

(168) *Sunt commenſales.* Familiaris, & continuus commenſalis dicitur ille, qui continuus domini ſeruitijs adſiſtit, vt quia præſto ſit ad tenendum ſtipendiū & calcaria, & qui de pane, & vino domini viuit ita Auguſt.Bero. *d.quæſt.35.num 3. arg.l.quæſitum §.ſi inſtructum ff.de finido inſtr.* Quid autem, ſi quiſpiam non ſit de ſeruitio Cardinalis, habeat tamen quotidie à Cardinali certam panis & vini portionem? idem Auguſtinus Bero cenſuit talem pro familiari, aut domeſtico non habendum. *d.num.3.* Cenſetur enim ob quotidianam illam cibi, vinique portionem, potius Vaſallus de cauena quam domeſticus ſeu familiaris. *ca.1. §.ſciendum vbi Bald.de feudi cognit. & in cap.1.in 1. reſponſo verſ. quid de feudis de feudo guardie.* Commenſalitas enim conſiſtit in facto, & vſu, ideoque ficti commenſales non comprehenduntur. *Seraphin.deciſ.1251.numer.6. & ſeqq. Anchar.conſ.398.Caſtr.*

cons. 340. lib. 1. Barth. l. si is qui pro emptore num. 23. vbi Ias. num. 120. ff. de vsucap. per cap. fin. de verb. sig. in 6.

(169) *Vel ab eisdem Cardinalibus ad ipsorum exequenda negotia missi. arg. l. fin.*
6 *C. de agentibus in rebus lib. 12.* Sic & beneficiali absentes ob seruitia Ecclesiæ, Episcopi, Cardinalis, Papæ, beneficiorum suorum iura fructusque non amittunt. *Moneta d. loco part. 2. quæst. 8. cum seqq.* Nec tantum abesse licet gratia Cardinaliũ. *tex. & glo. cum DD. cap. fin. de verb. signif. in 6.* Sed etiam propriorum negotiorum causa. *glo. d. cap. fin.* Denique absens qui præsentialitatis habet indultum pro præsente habetur. *Ioannes à Chokier meus frater ad Reg. Cancell. Reg. 30. numer. 45. folio 313.*

(170) *Vel qui recreationis causa.* Priuilegium non admittitur ex eo quod
7 quis gratia spatiandi absit, inquit Rebuffus *de priuileg. Schol priuil. 23. num. 3. arg. l. medicus ff. de oper. libert. l. vlt. C. de præpositis sacri cubiculi lib. 12.* Pontifex recte censuit animum nonnunquam relaxandum, nam vti Ouidius ad Pisonem:

Nec enim facundia semper
Adducta cum fronte placet, non semper in aruis
Bellica turba manet, nec tota classicus horror
Nocte dieque gemit, non semper Gnosius arcus
Destinat, exempto sed laxat cornua neruo
Et galea miles caput & latus ense resoluit.

Eadem est ratio si quis valetudinis suæ causa absit. *gloss. cap. fin. de verb. signif. in 6. l. cum seruus §. stichus ff. de statu liberis.*

8 (171) *Ad tempus.* Quotiescumque à lege vel homine fit indeterminata mentio temporis illud iudicantis est arbitrio relinquendum. *Menoc. de arbi. iud. lib. 2. cent. 1. casu 6. n. 13.*

(172) *A Romana Curia.* Curiam nonnulli ethimologisant à Cura vnde Poeta quidam:

Si curiam cures dabit tibi curia curas
Viuit secure cui non est curia curæ.

9 Sed postposita ethimologia quæ fallax est vt ostendam in tractatu de priuilegijs senectutis varia & æquiuoca est huius nominis significatio vbi late ostendit Nicolaus Boerius *in 1. addit. ad tract. Ioannis Montague de parlamentis num. 5. & seqq. vol. Oceani 12.* Sumitur enim large stricte strictius. *Lucas de penna in l. Curiales C. de decur. lib. 10. late Gonsales de mensibus & alternat. gloss. 13 §. 1. num. 18.* proprie tamen curia Romana sumitur pro loco vbi est Papa aut pro loco vbi est causarum & litterarum Apostolicarũ audientia licet ibi Papa non sit, vti ostendit Io. à Chokier frater meus *in Comment. ad Reg. Cancellariæ Reg. 5. num. 15. arg. l. pen. in fin. ff. de iust. & iure.* Qui plura de Rom. Curia quæ dicitur mater aliarum volet videat

Gon-

Gonsalem *d.§.1.per totum.* Quid autem si ipsemet Cardinalis à Rom. Curia absit. *vide Hier Gonsales de mensib. & alternat Episcop.gloss.24.nu 146.& 148.*

(173) *Absentes fuerint.* Absentiæ materia enucleant inter cæteros Petrus 1 de Moneta *tract.de distribut.quotid.par.2 quæst.5. Fel. cap. quoniam frequenter vt lite non contest. Alciat. l.mulieris §. abest ff.de verb.sig.* Satis sit hinc meo instituto annotasse ab arbitrio iudicis pendere quæ sit dicenda breuis longa aut diuturna absentia. *Menoch.de arbit.iud.casu 62.num.2.* vt & quæ censenda sit absentia iusta laudabilis vel iniusta & illaudabilis. *Odd.tract.de rest.in integ quæst 5.art.6.nu.41. Moneta d.q.5.n.16.*

(174) *Cæteris vero etiam familiaritatis litteras habentibus quo minus coertioni diœcesanorum & ordinariorum subiaceant familiaritatis huiusmodi priuilegium nullatenus suffragetur.* Pontifex concludit hunc paragraphum statuens neminem 11 posse priuilegio exemptionis in vim familiaritatis Cardinalium gaudere nisi accedentibus prærequisitis, ne quidem si Cardinalitias habeat attestationes familiaritatis. *Franc.cap fin.num.8.& fin.de verb.signif.in 6.* Cardinales enim exemptionem ab ordinario nemini possunt concedere, vti alias notaui. *l.1.de iurisd in exempt.quæst 3.num.13.* ergo nec etiam attestatoriales familiaritatis dare quibus exemptio conceditur, ne per indirectum eis permittatur quod per directum prohibetur. *cap.Cum quid de Reg.iur.in 6. l. oratio ff.de sponsalibus.* nec etiam possunt hæ exemptiones trahi de casu vero ad casum fictum quod fieret si fuco & quæsito colore qualis qualis familiaritatis exemptionis priuilegium quod Cardinales concedere non possunt. *d.lib.1.quæst.2.n.13.& q.24.* concedi posset.

---

§. *VNDECIMVS.*

SVMMARIVM.

1. *Cui competat visitatio.*
2. *An hæc constitutio comprehendat omnes moniales.*
3. *Quid si collegium sit mixtum.*
4. *Quid si cœnobium alteri subsit.*
5. *Quid de canonicatibus sæcularibus.*
6. *Quid si exempta sint à visitatione & an sint tales.*

(175) ET cum eisdem diœcesanis vt monasteria monialium Sedi Apostolicæ immediate subiecta in eorum diœcesibus cōsistentia semel in anno visitare possint per constitutionem in Concilio Vienensi editam quæ incipit Attendentes plena fue-

rit data facultas, illam innouamus ac exemptionibus, & priuilegijs quibuscumque non obstantibus, districte seruari præcipimus, & mandamus. Per permissa quoque eisdem diœcesanis, & ordinarijs casibus quibus in exemptos à iure, iurisdictio concessa est nullatenus præiudicium generetur.

SCHOLIA.

(175) ET *cum eisdem*. Renouat hic Pontifex constitutionem Clem. V. redactam in volumine Clementinarum sub titulo de statu Monachorum incipientem attendentes huiusce tenoris. Attendentes quod vbi gubernaculum disciplinæ contemnatur, restat vt religio naufragetur, prouidendum

12 dendum censuimus esse præcipuè, ne per contemptum huiusmodi in his, quæ se Christi voto celebri desponderunt, quicquam reperiatur incongruum, quod in regularis ponat honestatis gloriâ, maculam, & diuinam possit merito offendere maiestatem. Hoc igitur sacro approbante concilio duximus statuendum, vt singula monialium monasteria per ordinarios exempta, videlicet quæ ita Sedi Apostolicæ quod nulli alij subiecta noscuntur Apostolica non exempta, vero ordinaria authoritate ac exempta alia per alios quibus subsunt, annis singulis debeât visitari, Vsitatores autem huiusmodi sollicitudinis studium diligenter impendant, vt moniales ipsæ quarum nonnullas dolentes audiuimus, in subscriptis excedere pannis, sericis, variorum foderaturis, sandalitijs, comatis, & cornutis crinibus, scacatis, & virgatis caputiolis, non vtantur, non choreas, non festa secularium prosequantur non die, noctuuè per vicos, vel plateas incedant, aut voluptuosam alias vitam ducant, easque solertius retrahant ab insolentijs quibuslibet, & mundi huius illecebris, ac inducant easdem ad impendendum in monasterijs suis deuotum, & debitum virtutum domino famulatum. Ad quæ omnia obseruanda moniales easdem (non obstantibus exemptionibus, & priuilegijs quibuscumque, quibus tamen quo ad alia nolimus præiudicium generari) per illos de quibus supradictum est compelli iubemus remedijs oportunis, statuimus insuper vt quæuis ad regimen Abbatiarum assumptæ in monasterijs, in quibus Abbatissæ sunt solitę benedici, infra annum à suæ confirmationis tempore computandum munus benedictionis suscipiant, alioquin à iure suo (nisi subsit causa rationabilis) prorsus se nouerint cecidisse, per illos ad quos id pertinet prouisione de Abbatissis, monasterijs ipsis facienda. Illas quoque mulieres, quæ vulgo dicuntur canonicæ seculares, & vt seculares canonici vitam ducunt non renuntiantes

tes proprio, nec professionem aliquam facientes per locorum ordinarios si exemptæ non fuerint sua, si vero exemptæ fuerint, autoritate Apostolica præcipimus visitari. Per hoc tamen non intendentes earum statum regulam, seu ordinẽ approbare. Ipsos autem visitatores notarijs duobus, & personis duabus suæ Ecclesiæ, quatuorque viris alijs honestis vtique, & maturis præcipimus in ea quam visitando facient inquisitione fore contentos. Si vero visitatores ipsos in præmissis impedire præsumpserint, seu aliquo præmissorum (nisi moniti resipiscant) ipso facto excommunicationis sententiam se nouerint incursuros, priuilegijs, statutis, & constitutionibus quibuslibet in contrarium minime valituris.

Cuius quidem Clementinæ, ac huius etiam constitutionis enucleandæ gratia non abs re erit si paucis quibusdam quæstionibus quæ proponi possent laconicè (quod aiunt) respondeamus.

QVAESTIO PRIMA.

Cui hoc in casu visitatio competet an Diœcesano vel ordinario. 1

Vt respondeam prænotanda est distinctio quam alibi præmisi. *lib. 1. de iurisdiction. in exempt. quæst. 1.* inter Diœcesanum & ordinarium. Diœcesani significatione intelligimus Episcopum, eiusue vices gerẽtem at vero ordinarij; alium quemuis iurisdictionem ordinariam, seu quasi habentem canone præscriptione, vel priuilegio etiamsi diœcesano sit inferior. *d. quæst. 1. num. 6. & seqq.* Quo præmisso Respondeo visitationem competere Diœcesano, non vero alteri cuipiam ordinario inferiori. *Laudensis in d. Clem. attendentes vbi & Steph. cap. de persona 11. quæst. 1. cap. vnico* §. *penult. & vlt. de statu Monach. Clem. si vna* §. *ad hac, de Reb. Eccles. non alien. cap sicut vnire de excess. prælat.* Est enim iurisdictio diœcesani fauorabilis, & per totam eius diœcesim extendenda. *cap cum Episcopus de offic. ord. in 6. scripsi lib. 1. de iurisdict. ord. in exempt. quæst. 4.* nisi tamen quispiam alius sibi ius eiusmodi præscripserit. *Clem d. attendentes vbi gloss. & DD.* & ita contra Cardinalem *in d. Clem attendentes.* concludit Laudensis, & Stephanus. Nec etiam id alienum à sensu huius constitutionis, & mente pontificis qui hic diœcesanorum, non vero ordinariorum facit mentionem. *Vers. & cum eisdem diœcesanis.*

SECVNDA QVAESTIO.

An hæc constitutio generaliter intelligenda sit de omnibus monasterijs monialium. 2

Minime sed tantum de ijs quæ sunt immediatè summo Pontifici subiecta. *gloss. & Card. d. Clem. attendentes.* Si enim habeant superiorem aliquem ordinis

ei & non diœcesano visitatio debent competere. *gloss. d. Clem attendentes.*

TERTIA QVAESTIO.

Quid si collegium sit mixtum, scilicet compositum ex vtroque sexu.

3 Cardinalis. *Clem. attendentes.* hanc adfert quæstiunculam refertque & ita est Beatum Gregorium *in ca. diffinimus, & c. in nullo 18. quæst. 2.* eiusmodi duplicia collegia improbare quod multis sint scandalo atque offendiculo d. cap. diffinimus. Si tamen sint vt sunt in Thoren diœcesis Leodiensis, Niuelle, diœcesis Namurcensis & multis in Germaniæ partibus incidenter quæritur an eiusmodi mixta seu duplicia collegia virorum aut mulierum, sint dicenda virorum vel mulierum pro cuius quæstionis resolutione recurrendum est ad teoriam quam Doctores tradunt *in l. cum queritur ff. de statu hom.* in enim mixto considerandam qualitatem quæ præpollet viderique poterit Cardinalis. *vbi supra num. 5.* qui id se dicit examinasse alio in loco. *in cap. ex litteris de constit. in cap. dilectis de excessib. prelat.* Parergos enim id à me proponitur, itaque vt ad prioris quæstionis solutionem reuertar Diœcesanus visitabat moniales siue canonicas non vero monachos aut canonicos. Quippe quod diuersitas sexuum diuersitatem iuris inducat. *Card. d. num. 5.* nec sit absurdum vt quodpiam collegium diuerso respectu diuerso etiam iure censeatur. *l. eum qui ades vbi DD. ff. de vsucap. Nauar. cap. nouit. not. 6. num. 24. de iudic. Rochus de Curte de consuet. num. 203.* at vero si collegia sint eiusdem ordinis vtriusque sexus sed separatis collegijs habitationibusque distincta res est extra aleam nihilque obstabit quominus monialium collegia diœcesanus possit visitare. *Card d num. 5. in fin.*

QVARTA QVAESTIO.

Quid si cœnobium alteri subsit qui visitare non possit vt esse potest Abbatissa aut Priorissa quæ obclausuram eiusmodi munere fungi non potest.

4 Respondendum cum Cardinali & glossa *in d Clem. attendentes,* quod eiusmodi vices alteri subdelegare poterit quod plenius probat Ioannes Francisci Pauinus Rotæ auditor. *de visitationibus per quæst. 2. num. 43.*

QVINTA QVAESTIO.

An autem pluries eodem anno iterari poterit hæc visitatio.

Videtur quod non, Quia constitutio præscribit formam quotannis visitandi semel. Veruntamen glossographus cum Cardinale censuerunt pro re nata & occasionibus emergentibus posse sæpius iterari. *cap. mandamus de offic. archid. cap. cum venerabilis de censibus. Henric. Botteus Tract. de Sinodo Episcop.* Quæ enim de

nouo

nouo emergunt nouo opus habent auxilio *l. de etate §. ex causa ff. de interrogat. & actionibus. Castr. l. si ex toto num. 5. de leg. 1.*

SEXTA QVÆSTIO.

An autem hac constitutio comprahendat canonicas seculares.

Multas ante dixi mulieres canonicas seculares esse quæ mixto cum viris collegio aut etiam separato vitam Ecclesiasticam profitentur. Quod ex si exemptæ non sint ordinaria autoritate visitari. Si vero exemptæ sint authoritate delegata ab ordinario visitari possint expressa est Clementis constitutio. *d. Clement. attendentes §. illas quoque mulieres.* Idque siue separatum habeant collegium siue mixtum cum virili sexu. *Card. d. num 5.* Canones enim non fauent mixtis seu duplicibus eiusmodi collegijs. *Card. d. §. illas quoque,* atque ideo diuersitas hæc sexuum diuersitatem etiam juris indicat. *DD. d. l. cum queritur Card. d. num. 5.* idque nisi speciali priuilegio aliter sit dispositum ad quod semper est collineandum.

SEPTIMA QVÆSTIO.

An hac visitatio possit impediri pratextu alicuius priuilegij.

Pontifex huic constitutioni inseruit clausulam, non obstantibus de qua plusculum alibi scripsimus. *de iurisdict. ord. in exempt. lib. 3. quastion. 9.* Proinde vigebit hæc constitutio quamdiu non fuerit ei efficaciter derogatum.

OCTAVA QVÆSTIO.

An & quales ordines monialium censeri debeant exempta à iurisdictione ordinaria. 6

Respondeo quæstionem esse facti, de facto autem Iurisconsultus non respondet. *l. eum quem § 1. ff. de iudicijs.* Interim certum est paucos esse ordines monialium quæ exemptionibus particularibus non gaudeant aut principaliter aut per participationem de qua alio in loco scripsi *lib. 1. quast. 17. nume. 17. & seqq. Emanuel. Roderiq quast. Reg. tom. 2. quast. 63. art. 5.* Itaque diiudicatio hæc pendet à tenore priuilegiorum. *cap porro de priuilegijs.*

(176) *Per pramissa.* Pontifex tollit omnem ambiguitatem cum enim descriptis hic casibus det ordinarijs iurisdictionem in exemptos dubitari à quibusdam potuisset num ei alijs casibus hac constitutione comprehensis iurisdictione eis abstulisset. Hos enim casus ordinarijs concedens alios exclusisse quibusdam videri potuisset. *l. si cum detem in princip. ff. solut. matrimon.* iuxta illud vnius inclusio est alterius exclusio. *ca. nonne de prasumpt. Menoch. libr. 3. prasumpt. 90. numer. 3.* Itaque vt omnem disceptandi, ansam tollat declarat

rat nolle iurisdictionem ordinariorum in exemptos impedire alijs quibusdam in casibus de iure eis competentibus, de quibus ego sigillatim alio in loco. *de iurisd. ord. in exempt. libr. 2. quæst. 45.*

§. DVODECIMVS.

SVMMARIVM.

1. Pontifex potest huic constitutioni derogare.

(177) EXemptiones autem de cœtero absque rationabili causa, & quorum interest minime citatis pro tempore concessas nullius roboris, & momenti esse decernimus.

SCHOLIA.

(177) E*Xemptiones autem.* De huius constitutionis clausula, breuiter scripsi-
1 mus in dicto nostro tractatu, vt non sit necesse eadem hic tœdiosa superfluitate repetere. *lib. 1. quæst. 12.* Solet tamen vt & potest Pontifex ordinarijs non citatis exemptiones concedere, vti testatur Emanuel Roderiques *Tract. de Regularibus.* Nec mirum quia Exemptionibus adijcit prægnantes illas clausulas non obstantiarum de quibus ego inferius.

§. DECIMVS TERTIVS.

SVMMARIVM.

1. Reipublicæ interest cito lites finiri.
2. Causa ethimologia.
3. In caussis beneficiorum reseruatorum ordinarius non est iudex.
4. Fructus reditus prouentus obuentiones quid sint.
5. Exempti non possunt in prima instantia euocari.
6. Bulla explicatoria Conc. Trid. quo ad primam instantiam.
7. Beneficialis causa quæ dicatur & ad quem in ea appelletur.
8. Ab interloquutorijs non licet appellare.
9. Bulla de non appellando ab interloquutorijs nec vbi agitur de morum correctione

ctione cum clausula irritante appellationes & inhibitiones.

10. Bulla ad Episcopos Leodien. in prima instantia & varijs in casibus non appellandi ab eorum sententijs cum clausula irritante.

11. Potentia vnde sit metienda.

12. Ecclesia an respectu laici censenda sit potens.

13. Quid si vterque aequalis sit potentia.

14. Exceptio potentiae an proponenda ante litem contestatam.

15. Perhorrescentiae iuramentum an sufficiat.

16. Friuolae recusationes iurisdictionem non suspendunt.

17. Appellatio & recusatio simbolisant.

18. Clausula irritans inficit appellationes inhibitiones & quoscumque actus.

19. Quid si pars de prohibita appellatione non excipiat.

(178) ET cum Ecclesiasticus ordo confundatur si sua vnicuique iurisdictio non seruetur ordinariorum iurisdictione (quãtum cum Deo possumus) fauere ac litibus celerius finem imponi & litigandum immoderatis sumptibus ac impensis parci satagentes. (179) Statuimus & ordinamus quod singulae causae (180) tam spirituales (181) quam ciuiles & mixtae forum Ecclesiasticum quomodolibet concernentes (182) & beneficiales (dummodo beneficia ipsa generaliter reseruata non fuerint (183) & ipsorum singulorum beneficiorum fructus reditus & prouectus 24. ducatorum auri de camera secundum communem aestimationem valorum annuum non excedant) (184) in prima instantia extra Romanam curiam & in partibus coram ordinarijs locorum cognosci & (185) terminari ita quod nulli ante diffinitiuam sententiam liceat appellare nec appellatio (si fuerit amissa) vllatenus admitti nisi ab interlocutoria quae vim habeat diffinitiuae vel à grauamine minime concernente negotium principale quod per appellationem à diffinitiua sententia reparari non possit. (186) Nisi alter colligitantium aduersarij sui potentiam merito perhorrescens (187) seu alia probabili & honesta causa [illegible] quam per proprium iuramentum saltem [illegible] coram ordinaria non auderet litigare. (188) Eo enim [illegible] appellationum in dicta curia etiam in prima instantia [illegible] cognosci & terminari possunt (189) alio-

 quin

quin appellationes & illarum etiam aliarum causarum huiusmodi commissiones in posterum & quicquid inde secutum fuerit nullius sint roboris & momenti.

SCHOLIA.

(178) ET *cum Ecclesiasticus ordo confundatur si sua vnicuique iurisdictio non obseruetur ordinariorum Iurisdictioni fauere ac litibus celerem finem imponi & litigantium immoderatis sumptibus parci satagentes.* Pontifex assumit verba Gregorij Papæ, *in ca. peruenit 2. quæst. 1.* insinuatque iurisdictionem ordinariorum esse fauorabilem id quod ego alio in loco ostendi. *lib. 1. quæst 3. de iurisd. or. in exempt.* cui ideo Pontifices qui sunt canones animati. *can. ipsi sunt canones 9. quæst. 2.*
1 iure se fauere profitentur. Præterea Pontifex Reipublicæ ostendit interesse quantocius finem litibus imponi. *l. quidam existimauerunt ff. si cert. pet.* quæ alioquin magno partium dispendio solent protrahi & fieri immortales: vti conqueritur Martialis ad Gorgilianum:

Lis bis decima numerantem frigora brumæ.
Conterat vna tribus, Gorgiliane foris,
Ach miser & gemens viginti litigat annis:
Quisquam cui vinci Gorgiliane licet.

Notum est adagium Bunas iudex est ortum ab Buna Atheniensi iudiciorum procrastinatore quo Erasmus in Chiliadibus. Ideoque summi semper Pontificibus curæ vt litigantium technis atque dispendijs obuiarent. *Clem. dispendiosam de iudicijs.* ne litigantes post litem diuturnam Cadmeam victoriam reportent. iuxta Budeum in forensibus, & Erasmum in chiliadibus.

2 (179) *Statuimus singulæ causæ.* Causæ ethimologiam Cardinalis. *Clem. 1. §. ab olim de sepulturis.* Maranta *de ord. iud par. 5. num. 67.* deriuant à chaos materia rerum omnium confusa & informi nec improprie si confusionem & informitatem plerarumque causarum spectemus malitia vel etiam inscitia apalestrorum qui eas architectantur vt certe in earum diiudicatione non raro Thesei filio necesse sit. Quid porro differentiæ sit inter iudicium, litem, causam, instantiam, cõtrouersiam videri poterit apud Nob. Marantam *d. par. 5. num. 1. & seqq. & nu. 68.* Vtitur porro textus dictione singulæ vt nullam excludat. *Clem. ne in agro §. sane: vbi Card de statu Monach.*

(180) *Tam spirituales.* Spirituales causæ dicuntur in quibus disceptatur de aliqua re spirituali vel spiritualitati annexa quales sunt decimales, Matrimoniales præbendales, administrationis Ecclesiasticæ, rerum Ecclesiasticarum Iuris patro-

patronatus,& cœtera quas Clem. V. distinctionis recenset. *Clem. dispendiosam de iudic. Marant. de ord iud. part. 4. dist. 13.* Suntque causæ spirituales duplicis speciei scilicet ciuiles & criminales. *Marant. ibid. num. 2. & 5.*

(181) *Quam ciuiles & mixta forum Ecclesiasticam quomodolibet concernentes.* Pontifex hac sua constitutione comprehendit omnis generis ac speciei causas fori Ecclesiastici quas late describit Maranta *de ord. iud. part. 4. quæst. vndecima.* qui enim omne dicit nihil excludit. *Præses loco à generalitate.* & dictio quomodolibet tantæ est energiæ vt omnes casus comprehendat. *August. Bero famil. quæst. 61. num. 2. Paris. 58. num. 10. part. 1.*

(182) *Dummodo beneficia ipsa generaliter reseruata non fuerint.* Sicuti personæ per exemptionem liberantur à iurisdictione ordinarij ita per reseruationem beneficiorum eiusmodi beneficia eximuntur in collatione ordinarij, qua de re videatur. Simõ. Betta, Aeneas de Falconibus, Petrus Andreas Gommaris, Fredericus de Senis, Petrus de Vbaldis qui speciales tractatus Reseruationum in lucem olim emiserunt. Itaque sicuti ordinarius in causa exemptionis iudex esse non potest vti eodem in tractatu explicaui. *lib. 2. quæst. 13.* Ita neque in causis huius- 5
modi beneficiorum reseruatorum propter affectionis illud interesse quo ordinarius non potest non dolore beneficiorum reseruatorum collationes sibi esse exemptas. d. q. 13. idque nisi rescripto speciali eiusmodi causæ ordinario committantur.

(183) *Et ipsorum singulorum beneficiorum fructus reditus & prouentus 24. ducatorum auri de camera secundum communem æstimationem valorem annuum non excedant.* Quid nomine fructuum redituum & prouentuum obuentionum e- 4
molumentorum comprehenditur late ostendit Petrus aleza Moneta. *de distributionibus quotidianis par. 1. quæst. 6. num. 9. & quæst. 7. & 8.* concludens etiam, in valore seu æstimatione beneficiorum facienda non venire destributiones quotidianas. *d. quæst. 8. per tot.* nec earum habendum esse rationem. Quod tamen restringit Felinus *cap. ad aures num. 15. de rescriptis & Ancharanus Clem. 1. quæst. 5. de præbend.* nisi eiusmodi distributiones quæ plerumque incertæ sunt. *Moneta d. q. 8. num. 6.* reduci possunt ad aliquam certam & præcisam summam quod tamen Moneta. *d. q. 8. num. 2.* non sequitur fieri enim non potest vt reduci possint, ad præcisam certitudinem quia beneficiatus absque etiam sua culpa imo iusta ex causa distributionibus frustretur vt puta studiorum aut domesticorum negotiorum causa absens. *Monet. d q. 8. num 6.* Iurisque est aptitudinem acquisitionis non augere pretium aut valorem rei nec reddere quempiam locupletiorem. *l. naturalem § 1 ff. de acq. rer. dom. l. pretia ff. ad l. fal. cap si postquam de preb. in 6. Monet. d q. 8. num. 7.*

(184) *In prima instantia extra Rom. curiam & in partibus coram ordinarijs locorum*

eorum cognosci & terminari. Itaque licet exempti immediatè subiecti sint summo Pontifici.*ca. autoritate de priuileg. in 6. Choppinus de sacra pol. lib. 2. tit. 4. nu. 6. fol. 231.* ac legato eius à latere.*cap. si Abbatem de elect. in 6. Glossematarijs in prac. sanct. tit. de causis verb. subiecto.* Non tamen potuerunt in prima instantia euocari ad Romanam Curiam & ita pactis inter Rom. Pontificem Reges Franciæ Hispaniæ Belgyque Principes testatum reliquit Choppinus *d. tit 4. num. 8. fol. 233.* proinde si contingat eos euocari habebunt ius reuocandi domum ad patres prouinciale siue iudices quos ex priuilegio sortiuntur. Quippe quod Ecclesiasticæ causæ alibi quam in patrijs litigatorum finibus à Pontifice ratione priuilegiorum cōmitti nōn soleant vti Guichardinus in sua historia refert. Si autem quippiam contra hanc libertatem fiat licebit eis quorum intererit querula libello supplicare Pontifici. Imo etiam officium conseruatoris priuilegiorum implorare. *Chop. d. loco.* Estque id à Concilij Trid. dispositione non alienum. *Sess. 24. cap. 20. de Reform.* Sunt autem eiusmodi Trident. Concilij verba:

Causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes etiamsi beneficiales sint in prima instantia coram ordinarijs locorum cognoscantur exceptis his quæ iuxta canonicas sanctiones apud Sedem prædictam sunt tractandi vel quas ex vrgenti rationabiliue causa indicauerit summus Pontifex Romanus per speciale rescriptum signaturæ suæ eius manu propria subscribendum committere aut auocare.

Ad eius quidem Concilij Tridentini elucidationem extat Bulla Gregorij XIII. Pontificis tenoris sequentis.

GREGORIVS XIII.

Ad Romanī Pontificis prouidentiam circumspectam pertinere dignoscitur dubia super sacrorum Conciliorum decretis pro tempore insurgentia sic suæ declarationis oraculo dilucidare & interpretari vt exinde litium dispendia inter fideles quoslibet valeant, multoties Romanus Pontifex vt prouisiones & gratiæ per eum de beneficijs pro tempore vacantibus ac suæ & Sedis Apostolicæ dispositioni vel ordinationi reseruandis in fauorem diuersarum personarum sibi gratarum & acceptarum factæ executioni debitæ demandentur & ne dum litteræ Apostolicæ sub plumbo desuper expediuntur beneficia ipsa ab aliquibus indebite occupentur aut aliqua in spiritualibus & temporalibus detrimenta sustineant nonnunquam corporalem possessionem ipsorum beneficiorum & illis annexorum iuriumque & pertinentiarum quomodocumque Sedis & cameræ Apostolicarum nominibus apprehendi ac omnes & quoscumque fructus reditus & prouentus beneficiorum & annexorum eorundem percipi exigi eosque integris personis prædictis postquam ipsas litteras sub plumbo expeditas haberent vna cum dicta possessione confirmare quandoque vero dum litteræ sub plumbo

huius-

huiusmodi expeditæ existunt vt ius suum vnicuique illorum conseruetur & temerariorum audacia debita castigatione compescatur ac ipsæ litteræ Apostolicę facilius debitæ executioni vt par est demandetur prouiso de beneficijs in corporalem realem & actualem possessionem beneficiorum & annexorum iurium & pertinentiarum prædictarum induci & inductos in ea manuteneri à notis quibuslibet intrusis detentoribus at eisdem aliaque fieri & exequi per diuersas suas in forma breuis & sub annulo piscatoris confectas litteras mandet & percipiat certis simili modo & forma tunc perscriptis, dilecto filio causarum curiæ cameræ Apostolicæ generali auditori seu alijs executoribus desuper deputatis quibus omnino parendum esse nihilominus nonnulli beneficijs prædictis inhiantes ac gratias prædictas illudere eorumque intrusiones & detensiones improba tueri satagentes executionem litterarum in forma breuis huiusmodi & facultatem per eas ipsis executionibus attributam diuersis dubijs & collationibus remouetur & processus per eosdem executores desuper habitos & formatos ac inde secuta quocumque nulla & in valida nulliusque roboris vel momenti esse neque attendi debere contendunt sub prætextu quod in decreto sacri Concilij Tridentin. Sessione 24. cap. 20. de Reform. dispositum fuerit quod causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes etiamsi beneficiales sint in prima instantia coram ordinarijs locorum duntaxat cognoscantur exceptis his quæ iuxta canonicas sanctiones apud Sedem prædictam sunt tractandæ vel quas ex vrgenti rationabile causa indicauerit summus Pontifex Romanus per speciale rescriptum signaturæ eius manu propria subscribendum committere aut auocare verum cum decreto huiusmodi Concilij concessione prædictarum litterarum in forma breuis & illarum executionem nihil efficiat neque per illos causa vel instantia introducatur sed more executiue procedi mandetur litteræ quoque in forma breuis annula piscatoris monitæ non minoris sint efficaciæ & autoritatis quam rescripta signaturæ Roman. Pontif. eius manu propria subscripta nos in his nostræ debitæ declarationis cautelam adhibentes ac prouisorum prædictorum ius aduersus dubia & cauillationes huiusmodi æquitate & instantia suadentibus perseuerare volentes nec non prædictarum & quarumcumque litterarum in forma breuis super capienda possessione nomine cameræ huiusmodi aut in fauorem litterarum sub plumbo expeditarum tam à prædecessoribus nostris, quam nobis à dicta Sede hactenus concessarum tenoris ac litis & causæ si quæ desuper executæ sint statum & merita nominaque & cognomina iudicum executorum & collitigantium præsentibus pro sufficienter expressis habentes motu proprio non ad ipsorum prouisorum aut aliorum nobis pro eis super hoc oblatæ petitionis instantiam sed ex certa scientia ac de mera nostra deliberatione decernimus & declaramus per concessionem litterarum in forma breuis sub

annulo piscatoris super capienda possessione quorumcumque beneficiorum dispositioni Apostolicæ reseruatorum seu affectorum, Sedis & cameræ Apostolicorum nominibus apprehendenda & eiusdem possessionis in fauorem prouisorum ab ipsa Sede de eiusdem beneficijs postquam litteras sub plombo super prouisionibus huiusmodi habuerunt expeditas, relaxatione nec non adsistentia ipsis prouisis litteras desuper sub plombo expeditas habentibus præstanda & illorum inibi expressorum executione facienda, qua mandata executiua sunt & summariam duntaxat causarum propter illæ emanarunt cognitionem requirũt decretis Concilij huiusmodi non contrauenire nihilque præiudicij illis inferri vel eorum formam in aliquo violari neque iudici aut censeri vel executionem litterarum earundem propterea in aliquo suspendendi siue remorari aut facultatem litterarum executores ipsos & ab eis deputatos sub executoris facultate sibi per easdem litteras vt præfectum concessas vti frui gaudere & contra illis nõ parentes & declarationem incursus pœnarum & censurarum in eisdem litteris in forma breuis contentarum ac inuocatione brachij singularis procedere alia omnia & singula in eisdem litteris contenta (illarum tamen forma seruata) facere & libere & licite potuisse & posse nec non processus, desuper habitos & formulas habendosque & formandos ac inde secuta & sequenda quæcunque firma valida & efficacia fuisse & esse & fore suosque integros & plenarios effectus sortiri debere in omnibus & per omnia Præsentes quoque litteras de surreptionis & obreptionis vitio aut intentionis nostræ vel quoquam alio defectu notarij impugnari vel inualidari nullatenus.

Liquet itaque ex dicti Concilij Trid. dispositione. *Sess. 24. cap. 10. de Reformat.* causas beneficiales indistincte in prima instantia agitari debere coram ordinario dictio enim Et, in hoc Textu sumitur expositiue vti alio in loco ostendi *Scholio 190.*

7 Sed quæstio est an à lata per ordinarium sententia liceat appellare ad Nuntium Apostolicum neutiquam à facultatibus eum Nuntiorum Apostolicorum excipiuntur causæ beneficiales. *Gonsales de mensib. & altern. Episcop. §. 2. in proe. nu. 59.* vtpote quod eiusmodi causę censeantur Rotales atque curiales. *Gonsal. ibid. Maruhes. de commiss. part. 2. cap. 3. de Com. app. num. 2. & 8. Rot. dec. 36. num. 2. de appell in nouiss.* Itaque inspiciendæ facultates Nuntiorum à quibus hæc quæstio dependit. *ca. porro. ca. recipimus de priuileg. l. diligenter ff. mand.* quarum exhibitionem expedit statum in exordio causæ vt iurisdictio fundari possit postulare atque diligenter examinare. *Rot. diuers. dec. 73 part 3. lib. 3.* Rursus quæstio est quando dicitur causa beneficialis. Respondeo. Quando agitur de collatione iam facta vel facienda & sic de titulo in re vel ad rem tam in petitorio quàm in possessiore. *glo. Clem. dispendiosam verb. beneficij de iudicijs vbi Card. num. 12. Gonsal. d. loco num. 65.*

Non

Non tamen censebitur causa beneficialis si ex parte vnius agatur de collatione beneficij obtinenda & ex parte alterius prætendatur non esse locum collationi sed quod debeat fieri suppressio & ponere Nuntius de simili casu cognoscere poterit. *Gonsal. ibid. num. 66.* Similiter si agatur de vnione perpetua quamuis secus de vnione temporali. *Cassad. de: 3. num. 1. & 3. de iudicijs.* alios casus in quibus causæ censeri debeat aut non censeri beneficialis vide apud glossographum. *d. Clem. 1. vbi Card. 13. & seqq puteus dec. 66 dec. 496. lib. 2. Rot. diuers. decis. 766. libr. 3. part. 3.* An autem distinctè ab ordinarijs procedentibus tanquam S. Sedis delegatis appellare debebit ad S. sedem. Respondeo. Quando ordinarij procedunt auctoritate Concilij vti Apostolicæ Sedis delegati in causis quæ sub eorum iurisdictione ordinaria non comprehenduntur ab ijs debebit ad Sedem Apostolicam appellari. At quando Concilium iurisdictionem delegatam cumulat cum ordinaria licet ad Metropolitanum appellare. *Ioannes de Gallemat. in libro declarationũ Concilij Trid. sess. 14. ca. 4. fol. 72.* qua de re videantur quæ paulo fusius alio in scripto notaui. *de iurisd. ord in exempt. li 2. quæst. 14.*

(185) *Ita quod nulli liceat ante diffinitiuam sententiam appellare nisi ab interlocutoria quæ vim habeat diffinitiuæ vel à grauamine quod per appellationem à diffinitiua reparari non possit.* Id ipsum renouauit ac constituit Pius Quartus Pontifex cum clausula irritante inhibitionum procedentium à iudicibus delegatis appellationem ab eiusmodi sententijs inter positarum. Qua de re videbimus infra *Scholio 187.* extatque eius Bulla edita anno 1560. pridie Nonas Septembris apud 8
Petrum Matthei in septimo decretalium constitutionum summorum Pontificũ *lib. 2. tit. 9. de appellat. cap. 6.* id quod etiam conforme est non modo Concil. Trident. *Sess. 24. cap. 20. de Refor.* Sed & constitutioni Caroli V. Imperatoris editæ anno 1545. Wormatiæ in hæc verba.

Interdictum vero de non appellando à sententijs interlocutorijs interprætandum duximus vt procedat generaliter in omnibus illis interlocutorijs inter subditos patriæ Leod. latisque vim diffinitiuæ principalis non habent negotij quemadmodum sunt interlocutoriæ competentis iudicis pronuntiationes causarum ad iustitiam secularim remissionis & similes nihil circa negotium principale diffinientes in talibus enim pœnali edicto & ordinationi nostræ pœnisque in contrauertores locum esse volumus & declaramus.

Tenor porro dictæ Bullæ Pij IV. talis est.

PIVS PAPA QVARTVS.

EPiscopis Archiepiscopis primatibus & Patriarchis residentibus vltra Priuilegia & indulta eis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros ac Sedem Apostolicam & generalia concilia in cancellariæ Aposto- 9

stoli-

ſtolicæ regulas conceſſa quæ in ſuo robore permanere volumus tanquam à S. ſede delegatis in quibuſcumque ciuilibus criminalibus vel mixtis cauſi contra quoſcumque clericos ſeculares regulares ac etiam extra eorum monaſteria ſeu regularia loca degentes regulares quomodolibet exemptos authoritate noſtra procedere & cauſas ipſas cognoſcere fineque debito terminare ac quicquid terminauerunt exequi & obſeruari facere ipſoſque exemptos pro tempore & delinquentes iuxta eorum exceſſus & delicta punire corrigere & omnem iuriſdictionem in eos exercere omniaque alia & ſingula in præmiſſis & circa quomodolibet neceſſaria & oportuna quæ noſmet facere exercere & exequi poſſemus in omnibus & per omnia facere exercere & exequi libere & licite valeant plenam & liberam licentiam ac facultatem authoritate & tenore prædictis concedimus & indulgemus. Decernentes ab eorum ordinationibus interlocutionibus & decretis ante diffinitiuam ſententiam vel vim diffinitiuæ habentem & vbi agetur de morum correctione nulla tenus etiam ad nos & Sedem Apoſtolicam appellari poſſe & nihilominus per appellationes quaſcumque contra præſentium tenorem quomodolibet interpoſitas minime cauſas deuotui aut etiam per quaſuis inhibitiones etiam cum quibuſuis cenſuris pœnis eis à quibuſuis iudicibus ordinarijs vel delegatis forſan faciendas illarum vlteriorem cognitionem & expeditionem & vbi de morum correctione agetur etiam legitimam executionem minime impedire aut cenſuris & pœnis huiuſmodi ligari aut irretiri cenſere. Datum Romæ pridie nonas Septembris 1560.

Eſt & inſignis conſtitutio eiuſdem Pij Quarti Pontificis ad Epiſcopos Leodienſes quibus concedit eis eorumue officialibus priuilegium primæ inſtantiæ cum clauſula irritante quarumcumque auocationum inhibitionum appellationum à quibuſcumque ſententijs ante diffinitiuam non habentibus vim diffinitiue nec non à declaratione friuolarum appellationum ſeu exceptionum Reuocationibus inhibitionum Remiſſionibus ad iuſtitiam ſecularem inſuper declarat commiſſiones Legatorum in præiudicium huius conſtitutionis eſſe nullas licereque non obſtantibus inhibitionibus ſine periculo attentatorum ad vlteriora precedere. Quod notatu dignum eſt pro acceleratione cauſarum ac effugio attentatorum quæ plerumque negotium principale ſolent remorari, vti bene aduertit Lancelottus *de attentatis part. 2. cap. 20. limit. 2.* Tenor porro dictæ conſtitutionis eſt talis.

Pivs Papa Qvartvs.

10 VEnerabilis Frater ſalutem & Apoſtolicam benedictionem: Pro ſalubri gregis tui directioni & officio iuſtitiæ ſine qua religio nuſquam colitur nos decet ea tibi familiariter concedere per quæ ſubditi tui ab indebitis vexationibus ea qua poteſt induſtria præſeruentur & illi qui à rectitudinis ſemi-

ta ex-

ta exorbitant ad sua officia debite compellantur: Cum itaque (sicut nuper nobis exponi fecisti) valde difficile atque dispendiosum reddatur subditis prædictis pro quibuscumque causis ad Romanã curiam accedere seu extra tuas Ciuitatem & diœcesim ad iudicium euocari ac frequenter in causis Ecclesiasticis & prophanis coram te seu vicarijs illorumue commissarijs aut alijs iudicibus tuis tuarumque ciuitatis & diœcesis pro tempore motis multi de iuribus suis diffidentes passim & promiscue collitigantes suos ad Romanam curiam seu loci Metropolitanum aut alium vel alios iudices & à dicta diœcesi longinquos antequam aliqua sententia per te vel eos feratur per modum appellationis à prætensa denegata iustitia seu grauaminibus aut alijs diuersimode confectis causis trahere conentur vt illos itineris sumptuum ac molestiæ diuturnitatis pertæsos ad vexationis, pecunia redimendum aut iura sua indefensa relinquendum impellant; quidam etiam instans contra se iudicium callidæ effugere nitentes friuolas appellationes huiusmodi aut fori exceptiones coram te aut tuis vicarijs interponant litteras inhibitorias ad hoc duntaxat extorquendo vt huiusmodi appellationibus aut exceptionibus per te aut ipsos vicarios friuolis declaratis & propterea inhibitionibus huiusmodi per vos reuocatis ac eiusdem appellationibus seu exceptionibus ad iudices suos remissis ipsi etiam à declarationibus & remissionibus huiusmodi tanquam iniussis appellare causasque desuper ad alias prouincias & ipsam curiam transferri procurent: multi præterea iniquitatis filij dictarum ciuitatis & diœcesis habitum & tonsuram clericales negligentes ad illicita passim prosiliant in malitia exultantes quod si de crimine quopiam coram te aut iudicibus tuis prædictis accusentur vel in eo depræhendantur seu cõuincantur statim prouocationes à prætensis grauaminibus aut alijs subterfugijs tuam & iudicum tuorum iurisdictionem & censuram minimo negotio effugere possint vnde iurisdictio ipsa in dies confunditur & contemptibilior redditur in grauissimam status ac cleri & populi tui læsionem nos præmissis malis atque incommodis ea quæ possumus prouidentia occurrere ac simul pauperes litigãtes prædictos ab huiusmodi indebitis distractionibus & dispendijs eximere volentes tuis in hac parte supplicationibus inclinati authoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo statuimus & ordinamus ac tibi nec non clero ac populo ciuitatis & diœcesis Leodiens. concedimus quod posthac ad nostrum & Sedis Apostolicæ beneplacitum omnes & singulæ causæ Ecclesiasticæ & prophanæ ciuiles criminales reales personales & mixtæ cuiuscumque qualitatis & naturæ ac inter quoscumque dictarum ciuitatis & diœcesis coram te vel tuis vicarijs iudicibus officialibus illorumue commissarijs in prima instantia introductæ ibidem omnino cognosci & terminari debeant & exinde eadem instantia durante minimè etiam ad Romanam curiam euocari possint ibidem cognosci &

terminari debeant nullique occasione seu prætextu denegatæ iustitiæ vel grauaminis aut quacumque alia causa præterquam ab interlocutoria vim diffinitiuæ habente ante diffinitiuam sententiam per vos ferendam nec à declaratione friuolarum appellationum seu exceptionum & reuocatione inhibitionum ac remissione vel alio quopiam decreto per quemcumque vestrum interpositio liceat appellare nec appellationes huiusmodi si fuerint emissæ admitti debeant; neque quisquam etiam noster aut successorum nostrorum Romanorum Pontificum familiaris continuus commensalis aut Apostolicæ Sedis notarius accolitus capellanus, causarum palatij Apostolici auditor literarum Apostolicarum abbreuiator vel scriptor seu alius officialis vel in Romana curia residens etiam prætextu literarum Fœl. Rec. Eugenij Papæ quartæ in fauorem curialum editarum aut cuiuscumque alterius priuilegij realis vel personalis aliquem in eadem prima instantia causa coram te aut tuis officialibus vt præfertur introducta seu ante primam diffinitiuam sententiam ad curiam etiam si alias causa ipsa de sua natura aut iuris necessitate tractanda & finienda esset vel metropolitanos prædictos seu alibi extra dictas ciuitatem vel diœcesim ad iudicium euocari possit & nihilominus appellationibus inhibitionibus seu quibuscumque alijs impedimẽtis vobis interpositis non obstantibus tu aut præsules Vicarij officiales aut iudices tui prædicti in huiusmodi causis sine vitio attentatorum ad vlteriora procedere eamque fine debito terminare ac quicquid super inde iudicaueritis executioni demandare libere & licite valeatis in omnibus & per omnia perinde ac si appellationes exceptiones prouocationes inhibitiones & alia præmissa nullatenus emanassent quodque prætextu huiusmodi denegatæ iustitiæ vel grauaminis ante sententiam diffinitiuam vel diffinitiuæ vim habentem ad alium quam te ad quem cum tuo consilio pertineat declarare an appellationes huiusmodi reijciendæ vel admittendæ sint recursus haberi nequeat nullæque causæ appellationum à sententijs interlocutorijs vim diffinitiuæ non habentibus necnon declarationibus reuocationibus inhibitionibus remissionibus & decretis vestris huiusmodi deuoluantur aut per nos seu legatos nostros committantur nec cõmissæ valeant nisi in illarum commissionibus quod à diffinitiua vel quæ vim diffinitiuæ habeat interlocutoria sententia appellatio interpositiua fuerit exprimatur decernentes appellationes commissiones inhibitiones processus sententias decreta & alia acta necnon quicquid secus contra præmissa per quoscumque tam metropolitica quam Apostolica authoritate fungentes scienter vel ignoranter fieri vel attentari contigerit irrita & inania nulliusque roboris vel momenti fore ac appellantes & euocantes præfatos necnon appellationes à sententiis interlocutorijs aut denegata iustitia seu grauaminibus huiusmodi alteri quam vt præscribitur suo vel alterius nomine prosequentes ad expensas damna

&

& interesse per eos propterea debita condemnari debere non obstantibus præmissis ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis necnon priuilegiis indultis exemptionibus conseruatoriis & literis Apostolicis quibusuis personis Ecclesiis sub quibuscumque tenoribus & formis ac cum quibusuis clausulis & decretis in contrarium quomodolibet concessis confirmatis & innouatis quibus omnibus etiam sufficienti illorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica indiuidua & expressa ac de verbo ad verbum (non autem per clausulas generales idem importantes) mentio seu quæuis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum nihil pænitus omisso & forma in illis tradita obseruata inserti forent præsentibus pro sufficienter expressis habentes; illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus: contrariis quibuscumque aut si aliquibus communiter vel diuisim à dicta Sede sit indultum quod interdici suspendi vel excommunicari seu coram aliis quam iudicibus vel conseruatoribus suis ad iudicium trahi non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die vndecima Septembris M.D.LXI. Pontificatus nostri anno secundo. Sic signatum Cæ. Glorierius: & in dorso erat scriptum venerabili Fratri Roberto Episcopo Leodiensi.

(186) *Nisi alter colitigantium aduersarij sui potentiam merito perhorrescens.* Potentia hæc metienda est ab opibus. *l. 1. vbi gloss verb potentiarum & Bald. nu. 3. C. Ne liceat potentioribus d. l. 1. verb. viris clarissimis eruditione. Castr. d. l. 1. numer. 2. Duennas Reg 188. num. 4. Gomes. ad reg. Cancell. de surrogandis quæst 7. & not. libr. 1. quæst. 48. de iurisd. & ordin. in exempt.* Insuper varijs alijs ex figuris causarum quæ licet regula comprehendi vna non possunt, eadem tamen trutina pensanda sunt. 11
Quæstionis esse potest vtrum Ecclesia respectu laici censeri debeat potentior? Lud. Romanus respondit non esse, nisi Ecclesia iurisdictionem aliquam vel potestatem habeat in laicum. *Cons. 518. Innoc. & Host. cap. 2. de alienat. iudicij mut. causa facta Spec. de cess. act. §. sciendum vers. ex proxime dictis qua de re & ego quadam d. lib. 1. quæst. 48.* Quid si vterque litigator paris sit potentiæ an alter poterit de alterius potentia excipere? Neutiquam *Bald. d. l. 1. in fin. arg. l. sed & milites ff. de excus. tut. l. non solum §. de vno ff. de Ritu Nupt.* An autem exceptio hæc proponi debeat ante litem contestatam ad instar declinatoriarum? videtur quod sic. *l. ita demum C. de procurat. Bald. d. l. 1.* nisi tamen aduersarij potentia post litem contestatam euenerit, qua de re ego fusius alio in tractatu. *lib. 2. quæst. 16. de iurisdict. ord. in exemptos.* 12 13 14

(187) *Seu alia probabili & honesta causa aliter quam per proprium iuramen-*

tum saltem semiplena probata coram ordinario non auderet litigare. Antonomia hac in re est iuris ciuilis & canonici. Iure enim ciuili solo partis curamento quod
15 perhorrescentiæ vocant citra suspicionis causæ expressionem poterat iudex recusari. *gloss. l. apertissimi C. de iudicijs vbi Bald. & Salic. Minsing. lib. 3. obs. 58. Marcus Anton. Bauer. tract. de Viribus iuramenti numer. 86. vers. 2. Menoch. de arb. iud. casu 202. num 36. Lancelott. de attent. part. 2. cap. 5. num. 68.* At vero iure canonico cui conformis est hæc constitutio necesse est vt recusatio nitatur legitima causa quam non sufficit allegare sed necessario etiam est vt probatur. *Philipp. Franc. cap. iudex num. 6. de officio deleg. in 6. Caualcanus dec. 29. nu. 97. part. 2. Steph. Aufrerius tract. de recusationibus num. 3.* Quales autem ex recusationum causæ sint in magno numero recenset Aufrerius *d. loco & Lancelott. cap. 5. numer. 41. & seqq.*
16 Quæ quidē si friuolæ sint aut præsumptio sit malitiæ recusantis potest iudex eas spernere & recto tramite in iuris administratione procedere quia friuolæ recusationes aut malitiosæ iurisdictionem non suspendunt. *Franc. d. cap. iudex numer. 6. & 7. Nauar. cap. cum contingat. 10. nullitate num. 10. de rescript.* qui dicit ita se consuluisse. Salmanticæ *Staphil. d. litteris iustitia §. si appellatus numer. 2. Angel. §. ergo si quidem, numer. 1. & 2. inst. de fideicommissarijs libert. Lancelott. d. cap. 5. numero 31.*

(188) *Eo enim casu causæ ipsæ appellationum in dicta curia etiam in prima in-*
17 *stantia committi cognosci & terminari poterunt.* Ratio est. Quia appellatio & recusatio simbolisant. *Marant. de ord. iud. part. 6. in decisor. actu 2. Lancelott. de attentatis part. 2. cap. 8. num. 69. & 70.* & proinde sicut per viam appellationes causa ab inferiore transfertur ad superiorem ita & per viam recusationis. *Mar. & Lancel. iam citati* Æqui parcitorum enim eadem est ratio & iuris dispositio. *Prases loco ab æquiparatis.*

(189) *Alioquin appellationes & illarum & etiam aliarum causarum commissiones & quicquid inde secutum fuerit nullius sit roboris & momenti.* Ecce clausulam irritantem quæ inficit & irritat commissiones inhibitiones & processus appellationum interpositarum ab interlocutorijs non habentibus vim definitiuæ vel grauaminibus quæ per appellationem à diffinitiua reparari non possint. *Fuse Gabrielius com concl lib. 6. tit. de clausulis concl. 3.* Itaque non obstantibus inhibitio-
18 nibus iudicium delegatorum in eiusmodi causis licebit citra periculum attentati ad vlteriora procedere executionemque promouere. Tum quia inhibitio quæ non est canonica extra rotam non ligat. *Lancel. da attent. part. 2. cap. 20. lim. 1. nu. 1. & 10. Cotta dec. 204.* Signanter cum inhibitio emanauit contra constitutionē Papalem vti hoc in casu. *Corneus cons. 25. lib. 3. Lancel. d lim. 1. num. 9.* aut sine præuia causæ cognitione hoc est partis citatione. *Lancel. ibid. num. 6.* Tum quia inhibitio non ligat quando princeps vel Pontifex permittit quid fieri non obstante in-

inhibitione. *Lancel.d.cap 20.lim.2.* Tum quia inhibitio emanata vigore rescripti subreptitij non ligat. *Lancel.ibid.lim.12.* verbi gratia si enarretur appellatum esse à diffinitiua sententia vel diffinitiuæ vim habente cum tamen sit ab interlocutoria cuius grauamen potest per diffinitiuam reparari Commissio enim non potest dare iurisdictionem super eo quod non est. *Ægid dec.22.incip. Secundum Vers. Nam commissio.* In omnique rescripto ac inhibitione tacite inserta est & influit clausula. Si preces veritate nitantur. *Dec.cons.33.num.5.Paris.cons.172. nu.13. lib.4.* Tum denique quod constitutio hæc conciliaris habeat clausulam derogatoriam. *Fel.cap.nonnulli col.4.in 1.regula de Rescriptis. Rota Veral. dec. 268. part.1. Menoch.cons.294.tom.3.* cui Pontifici derogare non censetur nisi cum specifica expressione. *cap.ex parte vestra de Capell. Monach. Cotta dec.48.part.1.* longe magis rescripta inferiorum qui generalibus Ecclesiæ concilijs Pontificisque constitutionibus derogare non possunt. *gloss.ca.cum dilectus verb.in ætate de elect. Rebuff. de dispensat. ad plura num.28. & 31.ca.quod super, ca. cum inferior de maioritat. & obedient.*

Sed quid si pars non opponat an non obstante hac clausula irritante appellationis processus sustinebitur? Respondeo. Sustineri Clausula enim irritans nullius est energiæ nisi parte opponente. *Gonsales de mensib.& altern. Episcop. glo.66. num.52. & seqq. gloss.56.num.65 per Clem.1.vers. Quia decretum de præb. Roman. cons. 330.* appellatioque alioquin reijcienda sustinetur parte non opponente. *Menoch.lib.2.præs.46.n. 2. Dec.l.1. C. de bon. poss. secundũ tabulas.* Consensusque partium solet reddere licitum quod alioquin esset illicitum. *Lancelot. de attentatis cap.12.limit.42.num.13.* appellatioque vt sentiunt nonnulli etiam non interiecta solet deuolui in vim consensus & taciturnitatis partium. *Vantius de nullit.tit.de nullit.ex defectu iurisdict.num.75.& seqq. Abbas cap.Cum contingat. de officio deleg. Anton. Nicellus in concord.gloss.num.27.* Seu prorogationis. *eleg. Castr. l.1.§.biduum nu.6.ff. Quando appell.fit.* Cui tamen theoriæ aduersatur Rota *dec. 12.num.2.de appellatione in nouis. Granat.ad Vestr.lib.7.cap. 2. numer.12. & cap.7. numero 74.* 19

---

§. DECIMVS QVARTVS.

SVMMARIVM.

1. *Dictionis & energia multiplex.*
2. *Conseruatores sæculares hac constitutione non comprehenduntur.*
3. *Excellentia canonici iuris.*

4. Baccalaureatus an sit gradus.
5. Baccalaureatus sine scriptura probari potest.
6. An opponi possit de inidoneitate graduati.
7. Assessorum origo.
8. Assessores consensu partium designandi.
9. Quid si partes non consentiant.
10. Assessor debet esse omni exceptione maior.
11. Quid si male consulat.
12. Assessores non assumendi ex remotis partibus.
13. Quid si omnes recusentur.
14. Recusationem friuolam iudex potest spernere.
15. Multæ sunt recusationis causæ.
16. Iudex an teneatur assumere assessorem.
17. Iudex tenetur assumere assessorem quoties lege statuto aut rescripto ad hoc obligatur.
18. Assessor petendus est.
19. Quid si alteruter petat, vter soluet assessores.
20. An iudex teneatur sequi consilium assessoris.
21. Laicus an coram iudice Ecclesiastico assessor esse possit.

(190) IVdices autem & conseruatores (191) à Sede Apostolica deputati (192) si in altero iurium (193) graduati non fuerunt (194) assorem in partibus (195) non suspectum (196) ab ipsis partibus vel eorum altera requisiti (197) sumere & secundum eius relationem iudicare teneantur.

SCHOLIA.

1 (190) IVdices autem & conseruatores. Dictio *Et* varie in iure vsurpatur interdum enim copulat. *l. ea tamen adiectio ff. de leg. 3. l. tertio ff. de leg. 2.* nonnunquam disiungit. *l. cum quidam §. vlt. C. de verb. sig. l. sæpe ff. de verb. signif.* Quandoque ponitur argumentatiue. *d. l. ea tamen adiectio DD. l. omnes populi ff. de iust. & iure.* aliquando ponitur expositiue scilicet pro id est. *l. si in venditione vbi gloss. ff. de euictionibus. Albertus de Pergamo de præposit. num. 112.* Hoc in loco Pontifex præponit iudices vti genus subnectitque conseruatores vti vnam speciem iudicium. *Claud. Cantiuncula de officio iudicum lib. 2. cap. 3.*

2 (191) A Sede Apostolica deputati. Hoc adijcit, vt ab hac constitutione excludit conseruatores à principibus laicis constitutos. *cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6 in verb. Apostolica Sede.* Quin autem principes seculares non autem inferiores aut qui iure principum non censentur conseruatores designare possint dubium

non

non est. *tot.tit. C.de defensoribus Ciuitatum auth. Vt nulli iudicum liceat habere loci seruat.auth.de mandat.princip.* §. *nulli quoque iudici. Franc.cap.fin.* §. *Conseruatores vbi DD.in princ.de leg.in 6.* quos proinde Pontifex non vult hac sua constitutione comprehendi prout nec similes conseruatores constitutione Innocentij ac Bonefacij comprehendi testantur Doctores classici. *Io.And.Gemin.Franc.& cæteri in cap.1.& fin.de offic.deleg.in 6.*

(192) *Si in altero iurium.* Scilicet canonico aut ciuili duæ enim istæ scientiæ dicuntur architectonicæ id est omnibus alijs dominantes. *Rebuffus ad concordata Rubr.de collationibus in gloss.verb. iuris canonici aut ciuilis.* Medicus enim 3 agrimensor œconomus, imo Theologus si in scientiæ suæ professione labatur ceruices huic scientiæ subijciet vt proinde cœteræ scientiæ vtrique huic non immerito ancillari dicantur. Ac quidem vtriusque huius scientiæ tanta est coniunctio vt alterius perfectio ab altera dependeat iuris enim canonici sanctitas à sublimitate iuris ciuilis decoratur iurisque ciuilis maiestas à canonum authoritate firmatur. *Bald.in proe. decretalium.* Vt proinde vix sit qui in altero iure sine altero possit præcellere teste Romano *Sing.654. Io te dico che & legista senza capitulo vale poco Ma il canonista senza à lege vale mente.*

(193) *Graduati non fuerunt.* Graduati debent esse in aliqua vniuersitate famosa vt sub hac dispositione comprehendantur & proinde graduati quos Bullatos vocant sub hac constitutione non veniunt. *Rebuff. de nominationibus quæst. 10.l.nemo C.de aduocat.diuers.iud. Guid. quæst.388. DD. cap.clerici de iud.idem Rebuff.ad concordata Rubr.de collationibus* § *præterea gloss.verb.famosa.* Nam & Concilij Trid.dispositione *sessione 22.& cap.2.sess.24.cap.2. de Reform. & constitutione Pij V.edita anno 1568.Kal.Iunij.* omnis prærogatiua ita graduatorum sublata est. 4 Quid autem si quispiam sit tantum baccalaureus an dicetur graduatus, videtur quod non. Quia baccalaureatus non est gradus. *gloss.ad Reg.Cancell.Iulij 2. in 3. parte.* Baccalaurei enim seu baccalarij, teste Rhenano à bacillo nominati sunt quia primi studij autoritatem quæ per baculi exhibitionem concedebatur iam consecuti fuissent vt fuerit velut quoddam mancipationis signum in aliquod studium baculi traditio. *Iacobus Spiegelius in lexico verb. Baccalarij.* Sed an ad probationem gradus requiratur scriptura seu instrumentum ab vniuersitate? Minime quia actus nunquam ad sui substantiam requirit scripturam nisi ita ex- 5 presse iure stabilitum sit vti prolixius alio in loco docui. *lib.1. de iurisd.ord. in exempt.cap.7.* probari itaque poterit gradus nedum per duos testes, sed etiam per vnicum. *Ias.l.huiusmodi* §. *legatum ff.de leg.1.* quia actus parui est præiudicij & tertio non nocet. *Fel.& DD.cap.licet vniuersis de testibus.* ad instar ordinis clericatus qui solet probari per vnum testem. *Gerardi sing.49.num 3 Ias.d.* §. *legatum DD.d. cap.licet. Guid.quæst.474.Ias.Rep.l.admonendi num.198.col.71.ff. de Iureiur.* Quod

intel-

intelligendum est quando eiusmodi probatio esset extraiudicialis neminique præiudicaret alioquin requireretur vt minus probatio duorum testium. *Rebuff. de Nominationibus quæst. 14. nu 32.*

6 An autem exhibitis litteris authoritatis gradus possit excipi de inidoneitate graduati? Neutiquam. Quia iam est approbatus. *Fel. cap fin. de præsumpt. Staphileus de litteris gratia in decima forma expectatiuarum. Rebuff d. Rubr. de collationibus § preterea in gloss. verb. Quinquennium.* habilitasque personæ præsumitur ex actu habente debitam formam. *cap. in præsentia vbi dec. de probat. l. ab ea parte ff. eod. Aufrer. thol. dec. 449.* proinde sicuti capitulum inquirere nequit de habilitate sibi per collationem præsentati. *cap. Menoch. 16. quæst. 1. ca. capitulum S. Crucis de Rescript. ca. enim cui de preb. in 6. Abb. cap. pro illorum de preb.* Ita neque quispiam de idoneitate eius quem vniuersitas formosa toti orbi testatum fecit. *Rebuff. d. §. preterea in gloss. verb. quinquennium, Choppinus de sacra politia lib. 1. tit. 8. num. 8. & seqq. Arnulphus Ruseus de iure regaliorum Franciæ & Phil pp. probus eodem tractatu.*

7 (194) *Assessorem in partibus.* Fuit olim in more positum Romanis vt qui iudicandi potestatem haberent sibi iurisperitos adsciscerēt quorum consilijs & operis in exercenda iurisdictione vterentur. *L. 1. & tot. tit. ff. & C. de officio assessorum.* ab assidendo dicti quod iudicibus in iudicando assideant eumque consiliorum suorum faciant participem. *l. 1. C. de assessoribus.* qui & ideo consiliarij etiam

8 nuncupantur. *Spec. de consilijs requisit. & tit. de assessore §. assessor.* Assessorum itaque electio spectat ad eum qui iudicantis munere fungitur. *l. 1. l. nullius iudicium C. de assessorib.* tutius tamen & magis congruum est vt eligantur de consensu partium litigantium. *cap. non sane vers. illi enim 14. quæst. 5.* ita enim mutua partium consensu assumptus assessor postea suspicio ius prætextu recusari non poterit. *cap. quod semel placuit. de Reg. iur. in 6.* Si autem partes in electione non possunt

9 conuenire iudicantis religio assessorem designabit. *cap. cum speciali de appell. cap. super quæstionum de officio deleg. Specul. de assessore §. eligitur.* iudicium enim red-

10 ditur in inuitum. *l. inter stipulantem ff. de verb. oblig.* Debet autem assessor esse omni exemptione maior nec laborare aliqua infamia iuris aut facti. *l. liberti ff. de offic. assessor. l. neq; C. de dignit. li. 12.* proindeq; hæreticorum filij quia iuris infamia laborant eiusmodi assessoris munere fungi non possunt. *Iacobus Simanchas Episcopus Pacensis in enchiridio iudicium violatæ religionis tit. 63. c. vergentis de Hæreticis c. 2. §. hæretici eodem in 6.* vt nec excommunicati propter consilij participationem & communicationem quæ eis prohibetur. *Spec. d. loco § debet.* idque non obstante quod assessores nullam habeant iurisdictionem *l. 1. C. de assessorib.* consiliumque duntaxat ius dicenti suggerunt. *l. Consiliarij ff. de offic. assesso. l. 3. C. eod.* debent enim qui sunt à consilijs vitæ ac famæ esse illibatæ. *d. l. liberti.*

De

De salario assessorum notam quædam inferius. *Scholio 197. quæst. 12. & 13.* quæ hic ne actum agam non repeto, vt & quid si vna partium petat assessorem an altera tenebitur ad contributionem sportularum. *vide Scholio 196.* Quid autem si 11
assessor male consulat an iudici imputabitur? Distinguo ciuiliter tenebitur eligendo enim assessorem imperitum iudex versatur in culpa. Quia electio mala est in culpa. *l. nam & seruius vbi gloss. ff. de neg. gest. l. si seruius §. serui §. fornicarius ff. ad l. aquilia. Cæpila de seruitut. vrb. præd. ca. 73. num. 6. Rebuff. ad ord. reg. tit. de sent. execut. art. 7. gloss. 10. num 3. Nauarr cap. si quando except. 16. num 3. de Rescript. Cuneo auth. qua in prouincia nu. 4. C. vbi de crimine agi oportet. Hippolit. Bonacossa tract. de famulis quæst. 148. 164. Gomesius ad Reg. Cancell. de triennali quæst. 28. casu 49.* Criminaliter vero non tenebitur nisi interuenerit eius dolus. *l. 2. ff. quod quisque iuris. l. obseruare § proficisci vbi gloss. ff. de offic. procons.* Assessores vero vtroque casu indistincte tenebuntur. Imo si quid iudex perperam decernat tenebuntur assessores nisi protestatione de contraria eorum voluntate fidem fecerint, præsumptio enim est quod assessoris consilium secutus ita decreuerit. *l. quonam iudices vt Bald. & DD. C. de appellat. apost. ad Spec. de assessore § pœna.*

Adijcitur autem in textu constitutionis. *in partibus.* Ne iudex graui sumptu 12
partium è locis remotioribus aduocet assorem. *Spec. de Requisit. consilij numer. 14.* prospiciendum enim est vt partes quam minus fieri potest sumptibus grauentur. *Spec. de iudice delegato §. sequitur num. 1. Emanuel. Roderic. quæst. Reg tom. 1. quæst. 68. art. 8.* quia etiam ratione delegatus Papæ non potest causam subdelegare alteri alicuius loci remotioris. *Spec. d. num. 1.* qua de re notaui similia. *in tract. de iurisdict. ord. in exempt. lib. 4. quæst. 87. & vide infra in materia de conseruatoribus q. 12.*
Quid porro si alterutra pars vel etiam vtraque omnes recusent. Respondeo iu- 13
dicis officio incumbere multitudinem suspectorum refrenare. *Spec. de Requisit. Consilij num. 14. in fine.* proinde poterit tunc etiam partibus inuitis quem piam designare, iudicium enim redditur in inuitum vti initio huius scholij ostensum est. Signanter quod vagæ & generales eiusmodi recusationes vt & exceptiones non sint considerandæ sed spernendæ. *Fel cap. pastoralis num. 13. de rescriptis, late Lancelot. de attentatis part. 2, cap. 5. num. 31. & sequentibus. Lanfrancus cap. quoniam contra verb. exceptionem de probat. Gerardi sing. 70. Caualc. dec. 46 num 327. part. 1.*
Imo ne quidem cum in specie & in indiuiduo proponitur quoties iudex anim- 14
aduertit recusationis causam esse friuolam, sperni enim libere eiusmodi recusatio potest. *Nauarrus cap. cum contingat. decima causa nullitatis num. 10. de Rescriptis Franc. cap. iudex num. 6. & 7. de officio deleg. Angel §. ergo si quidem num. 1. & 2 inst. de fideicom. hæred.* ad instar appellationis friuolæ quæ iurisdictionem non suspendit. *Pedem. dec. 84. Lancel. de attentatis par. 2. ca. 12. limit. 6.*

(195) *Non suspectum.* Centum prope suspicionis causas vide discussas apud 15
Stepha-

Stephanum de Aufrerijs. *tract. de recusat. & nepotem à Monte Albano tract. de ex-*
16 *ceptionibus tit. 3. de except. contra iudices.*

(196) *Ab ipsis partibus vel eorum altera requisita.* Assessoris assumptio relinquitur arbitrio & conscientiæ iudicantis. *d. cap. statutum §. assessorem de Rescr. in 6.* Non enim ex iuris præcepto obligatur etiam iudex imperitus assumere assessorem. *Gonsales de mensib. & alternat. gloss. 46. num. 68. & 59. Vant. de nullit. ex defect. iurisd. num. 152. Menoch. de arbit. iud. lib. 1. quæst. 23.* Ideoque sententia lata à iudice imperito qui assessorem non assumpsit valida est licet iudex ita ferens sententiam peccet. *Ioan. Andr. cap. nullus ex consilio num. 7 de reg. iur. in 6. Abb. cap. 1. num. 7. de consang. & affinit. Lancel. de attent. cap. 9. consilio sapientis pendente.*

17 Quod intellige nisi iudex lege statuta Rescripto consuedine aut constitutione teneretur sibi assessorem assumere, nam tunc sententia assessore non assumpto lata esset ipso iure nulla. *Apost. ad Barth. l. 1. §. si plures num. 12. littera G. de exercit. actione. Vantius d. num. 152. Lancel. d. loco num. 13. Menoch. d. quæst. 23. in fin. Gonsa-*
18 *les d. gloss. 46. num 82.* Itaque oportebit iudicis officium in hac hijpothesi implorare vt assessorem assumat. Tum quod iudex officium suum non imploratum impartiri non tenetur. *l. 4. §. hoc autem ff de damno infecto.* Tū quod omnis dispositio tendens in fauorem alterius ita demum effectum sortitur si is in cuius fauorem tendit petat aut velit *gloss. l. vniversa rescripta verb. præbeatur. C. de prec. imper. offer. vbi Ias. num. 2. & DD. Dec. cons. 275. Archid. cap. 1 numer. 2. de decim. lib. 6.*
19 *Menoch lib. 2. præs. 46 late Gonsales d. loco gloss. 56. num. 48. vsque 109.* Sed quid si alteruter solus petat assessorem an alter debebit contribuere pro illius salario an is solus soluet qui petijt? Respondetur onus salarij soluendi incumbere vtrique parti etiamsi alter solus assessorem petierit. *l. sed & loci §. 1. vers. Sed & si mensor ab altero ff. finium reg. l. pen. §. expensis C. de Reb. credit. Spec. de assessore §. salarium num 4.*

20 (197) *Sumere & secundum eius relationem iudicare tenebitur.* Sed quid si iudex censeat consilium assessoris non esse æquum an hac in facti contingentia sequi tenebitur? Neutiquam Constitutio enim per quam quis cogitur sequi consilium alterius intelligitur si sit æquum. *late Abbas cap. Cum in veteri de electio-*
21 *ne Barthol. l. 1. § si plures num. 10 ff. de exercit. act.* Sed an laicus in casu huius constitutionis in assessorem designari posset? Videtur quod non cuius enim consilium de necessitate est, vti interueniat particeps officij & iurisdictionis esse censetur. *Barth. d. §. si plures.* qualis esse nequit laicus qui iurisdictionis Ecclesiasticæ capax non est. *Abb. cap. si pro debilitate de offic. deleg. Sanches de matrimonio lib. 7. disp. 46. num 14 Greg. Sayrus in Thesauro Theol. Moralis lib. 1. cap. 5 num. 13. & seqq. Abb. cap. decernimus vbi Decius num. 17. de iudicijs.* nisi speciali commissione Papæ ei eiusmodi iurisdictio committatur. *Greg. Sayrus d. cap. 5. num. 15. Ioannes Strossius tract.*

tract. de Vicario Episcopi lib. 1. quaest. 2. & quaest. 37. gloss. ca. bene quidem verb. praeter Romanum dist. 96. Abb. cap. Ecclesia sancta Mariae num. 5. de constit. ca. ab excommunicato num. 6. de Rescript. Consuetudine enim aut praescriptione sola laicus talem iurisdictionem acquirere non potest. *Abb. c. causam de praescript. & d. c. dectrnimus, DD. iam laudati Couarru. Relect. cap. alma mater de sent. excom. Greg. Sayrus d. loco* nisi tamen ea sit immemorialis. *Nauar. cons. 6. num. 4. de immunit. Eccles. cap. super quaestionum §. praeterea de verb. sig. l. hoc iure § ductus ff. de aqua pluuia arcenda.* At è contra stant multae rationes quae ex theoria Abbatis adferri possent. *d. cap. cum veteri de elect.* Nimirum in consilium assumi etiam posse eum qui particeps officij esse non potest. *Abb. ibid. num. 12.*

---

§. DECIMVS QVINTVS.

SVMMARIVM.

1. Cathedraticum vnde vocetur.

(198) ET quia saepius ex multiplici relatione percipimus, quamplurimis Ecclesijs & illis praesidentes Episcopos tam citra quam vltra mentes vexari, in eorum iurisdictionibus iuribus & dominijs, ac turbari à domicellis principibus & nobilibus eorundem, qui sub colore iuris patronatus quod in beneficijs Ecclesiasticis habere confingunt, nullo priuilegio Apostolico suffulti, sine ordinariorum collationibus & litteris & absque aliquo saltem colorato titulo beneficia non solum clericis sed etiam laicis conferre, Sacerdotes & clericos delinquentes ad eorum libitum punire, decimas omnium rerum & ad quarum solutionem de iure tenentur (199) ac cathedralicum & alia quae legis dioecesanae & iurisdictionis sunt & ad Episcopos duntaxat pertinent, tenere auferre fraudare vsurpare seu & vt praemissa fiant mandare ac ipsa & fructus quoscumque ne à ciuitatibus terris & locis eorum extrahantur, prohibere feuda possessiones & praedia occupare, & indebite detinere seu ad feuda & bona ipsarum Ecclesiarum eis concedendum ac Ecclesiasticis personis per eos nominatis conferendum minis

& terroribus ac alijs vijs indirectis inducere & compellere & alia quam plurima damna iacturas & iniurias Ecclesijs præfatis inferri, non modo permittere sed etiam expresse mandare (200) præsumunt.

S C H O L I V M.

(198) ET *quia sæpius ex multiplici.* Pontifex hic à moderatione exemptionum transilit ad reformationem laicorum qui multis modis in præiudicium libertatis Ecclesiasticæ de qua superius scripsi. *Scholio 7.* clericis & rebus Ecclesiasticis præiudicium inferunt. Quæ quidem materia cum non concernat exemptiones quarum enucleationem mihi proposui subsisto.

1 (199) *Ac cathedraticum & alia quæ legis diœcesanæ & iurisdictionis sunt.* Cathedraticum sic vocatur quia pro honore Cathedræ datur. *ca. placuit 10. quæst. 3.* dicitur & sinodaticum quia in sinodo solui consueuit. *ca. olim de censibus.* elegantius eulogia dicitur munificentia quædam ab eu quod est bonum & logos id est sermo quia munuscula bono sermone & cum animi gratitudine dantur recipiunturque. *ca. de eulogijs dist. 18.*

Solebant autem pro cathedratico solui duo solidi, secundum extimationem illius monetæ quæ antiquitus ab initio solui consueuerat nisi circa solutionem minoris monetæ quæ modo est in vsu fuisset præscriptum. *d. c. olim. Ioannes Frāc. Paninus de visitationib part. 1. quæst. 5. num. 13. & seqq. gloss. cap. conquer. recte de offic. ord.* Quod enim ex non vsu soluendi cathedraticum minuatur aut libertas non soluendi acquiratur tradit Henricus Bottenus Braxianus *tract. de Sinodo part. 5. num. 94.* debet tamen non vsus esse immemorabilis. *Abbas cap fin. de consuet. & in cap peruenit. de censib. Alex. cons. 6. vol. 7. Dec. cons. 85.* tempus enim illud, exemptioni à Papa vel Episcopo concessæ æquipollet. *Henric. Bottenus d. loco num. 90. & seqq.* Quæri autem posset quod Honorius Pontifex *in d. can. conquerente.* nomine solidi intellexerit Iustiniani æuo aureus fuit dictus solidus eo videlicet quia nihil illi deesse videretur. Solidum enim prisci integrum totumque dicebāt vti notat frater meus de re Nummaria prisci æui. *cap. 11. fol. 64.* aurei vero valorem pro varietate temporum variasse eodem capite ostenditur.

Porro Pontifex denotat hic Episcoporum duplicem iurisdictionem scilicet diœcesanam & iurisdictionis de vtraque scripsimus alio in loco. *de iurisdict. ord. in exempt lib, 1. quæst. 15.*

(200) *Præsumunt.* Itaque vt quispiam in hanc constitutionem impingat requiritur dolus & contemptus ea enim est energia huius verbi præsumunt.

Card.

Card. Clem. 1. quæst. 39. de priuileg. Nauarrus de alienat. rer. Eccles. num. 76. & notaui idem alio in loco d. lib. 4. quæst. 75. num. 4.

§. DECIMVS SEXTVS.

SVMMARIVM.

1. *Impedientes iurisdictionem Ecclesiasticam incurrunt censuras Bullæ Cœnæ domini.*
2. *Libertati Ecclesiasticæ quæ dicantur aduersari.*

NEc non considerantes quantum ex his tam nostro & Apostolicæ Sedis honori quam personarum Ecclesiasticarum quieti & prospero statui non sine damnanda pernitie derogetur, ac cupientes eos quos ad obseruantiam iurium virtutum præmia non inducunt, tam adiectarum exaggeratione pœnarum quã adijciendarum de nouo formidine à temerarijs ausibus refrenare, (201) omnes & singulas constitutiones quæ super decimarum solutione & contra violatores & raptores Ecclesiarum & incendiarios agrorum depopulatores & tam S.R.E. Cardinalium quam Venerabiles Fratres nostros Episcopos & alias personas Ecclesiasticas seculares & regulares capientes detinentes (202) & eorum iurisdictionem & iura quomodolibet indebite occupantes aut eos in eorum iurisdictionis exercitio perturbantes seu molestantes eos quoque ad conferendum beneficia Ecclesiastica personis per eos nominatis aut alias de illis pro eorum libito voluntatis disponendum ac feuda & bona Ecclesiastica in emphiteosim concedendum aut alias vendendum temere compellentes. (203) Nec non statuta contra libertatem Ecclesiasticam facientes & ad præmissa auxilium consilium vel fauorem præstantes hactenus emanauerunt innouamus.

SCHOLIA.

(201) O*Mnes & singulas constitutiones.* Constitutiones istæ cum non quadrent instituto exemptionum quarum enucleationem suscepti prætereo qui volet tamen eas videre poterit tum in Bullario Pontificum tum apud Petrum Matthei in septimo decretalium Apostolicarum post sextum Clementinas & extrauagantes editarum apud quem sigillatim distinctis titulis hæ consuetudines descriptæ sunt.

1 (202) *Et eorum iurisdictionem aut iura quomodolibet.* Incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini eos qui iurisdictionem Ecclesiasticam prælatorum ac etiam ordinariorum impediunt per recursum ad curias aut seculares potestates liquidum est ex serie dictæ Bullæ ac signanter excommunicatione in ordine decima sexta quam Gregorius Sayrius in thesauro Theologiæ moralis explicauit. *lib. 3 cap. 10.* eaque etiam innodat eos qui auxilium Consilium fauorem præstant, qua de re & ego alio in loco. *d. libr. 4. quæstio. 76. de iurisdictio. ordinar. in exempt.*

2 (203) *Nec non statuta contra Ecclesiasticam libertatem.* Quæ dicantur aduersari Ecclesiasticæ libertati *vide supra scholio 7.* & quæ dicantur statuta contra libertatem Ecclesiasticam præterea quibus ex causis statuentes excusentur tradit Nauarrus *in Manuali cap. 27. num. 119.*

---

§. DECIMVS SEPTIMVS.

SVMMARIVM.

1. Principes an veniant sub generali dispositione.

(204) ET cum ea iuri nedum contraria sed etiam Ecclesiasticæ libertati opprobriosa sint, quam plurimum & aduersa vt de officio nobis credito dignam Deo possimus reddere rationem, affectibus & monitis paternis imperatorem Reges, Duces Marchiones, Comites, Barones & quoscumque alios alterius cuiuscumque nobilitatis præeminente potentiæ seu potestatis excellentiæ vel dignitatis existentes, attente hortamur in domino eisdem

in

In virtute Sanctæ obedientiæ mandantes vt ipsi constitutiones prędictas obseruent & faciant etiam à suis subditis inuiolabiliter obseruari quacunque consuetudine contraria non obstante nisi diuinam offensam & Sedis Apostolicæ debitam vitare voluerint vltionem ac collationes de dictis beneficijs sic factas nullas & irritas nihilominus esse decernimus ac illis vtentes reddantur inhabiles ad alia beneficia Ecclesiastica obtinenda donec cum eis super hoc per Sedem prædictam fuerit dispensatum.

SCHOLIVM.

(204) ET *cum ea.* Animaduerte quod licet in generali dispositione non veniant principes & aliæ personæ speciali nota dignæ vt latius ostendi alio in loco *lib.1.quæst.4.* hoc tamen in casu comprehenduntur quia specialis hic eorum facta est mentio idque non obstantibus priuilegijs aut consuetudinibus contrarijs. Tum quia Papa per clausulam in calce huius constitutionis ad scriptam derogat. De cuius potestate ambigi nequit vti alias dixi. *lib.3.quæst.9.* Tum quia Papa claues Ecclesiæ à se non potest abijcere nec sibi manum ligare. *cap.fin. vbi gloss. de Rescript. in 6. cap. Innotuit de elect. dixi lib.4.quæst. 13. Nauarrus cons.2. de Religiosis domibus.*

---

§. *DECIMVS OCTAVVS.*

SVMMARIVM.

1. *Synodus quotuplex.*
2. *Episcopalis synodus est quotannis celebranda.*
3. *Causa finalis synodi.*
4. *Pœna omissionis synodi.*
5. *Pœna an ipso iure incurruntur.*
6. *Exempti venire ad synodum non tenentur.*
7. *Cisterciensis ordinis priuilegio an derogetur hac leonina,*
8. *Priuilegium in corpore iuris clausum difficilius tollitur.*
9. *Clausula non obstantiarum an tollant tempus immemoriale.*
10. *An respiciant tempus futurum.*
11. *Monitio vnica sufficit.*
12. *Clausula quales excusent à synodo.*
13. *Synodales constitutiones an confirmari debeant à Papa.*

Matu

(205) MAture quoque considerantes, quod post Christi ad cœlos adscentionem Apostoli per singulas vrbes Episcopos distribuerunt, sicut Sancta Romana Ecclesia per orbem constituit, eosdem Episcopos in partem sollicitudinis vocando onera gradatim distribuendo per Patriarchas. Primates Archiepiscopos ac sacris etiam canonibus fuerit diffinitum, per eos pro morum correctione & controuersiarum decisione & determinatione ac mandatorum domini obseruatione, fieri debere concilium prouinciale ac synodum Episcopalem (206) vt deprauata corrigerentur (207) & illa facere negligentes canonicis pœnis subiacerent cum conueniat nos circa ea quæ rempublicam Christianam concernunt esse intentos (208) desiderantes canones ipsos firmiter obseruari eisdem Patriarchis Episcopis districte iniungimus, vt de officio eis commisso dignam Deo possint reddere rationem, canones concilia & synodos huiusmodi fieri mandantes, quocumque priuilegio non obstantibus inuiolabiliter obseruent præterquam quo ad Concilium prouinciale quod de cætero singulis triennijs fieri mandamus (209) ad illaque etiam exemptos accedere decernimus (210) priuilegio ac consuetudine quacumque contraria non obstantibus, (211) Circa hoc autem negligentes pœnas in eisdem canonibus contentas se nouerunt incursuros.

S C H O L I A.

1 (205) M*Ature quoque considerantes.* Descendit hic Pontifex ad synodum quæ græcæ vox est latine significans Concilium seu cœtum. Triplexque apud canonistas inuenitur synodus. *Abb. cap. graue in fin. de præbendis vbi etiam. Innocent. Henric. Botteus de Synodo part. 1. quæst. 4.* Vna vniuersalis, alia Prouincialis, tertia Episcopalis. Generalis dicitur cui Pontifex præest repræsentatque vniuersalem Ecclesiam de qua Gratianus. *dist. 16. & 17.* huius hic non est sermo. Prouincialis est illa quam Patriarcha Primas vel Archiepiscopus cum suis Subepiscopis siue suffraganeis celebrat de qua late Gratian. *dist.* 18. Episcopalis vero synodus est quam Episcopus celebrat in suo diœcesi de qua ex professo docte & late scripsit Henricus Bottenus Brixianus tractatu

quem

quem inscripsit de Synodo Episcopi, itaque hac sua constitutione Pontifex statuit vt quamuis secundum canonicas sanctiones quotannis celebrari debeat synodus Prouincialis. *can. Abbates 18 quæst. 2. can. annis singulis dist. 18. Abb. cap. sicut de accusat. in cap. ex ore not. 2. de priuileg. Summa Siluestri verb. concilium §. fin. Henric. Bottenus de Synod. part. 1. n. 52* Satis est si singulis triennijs semel celebretur. Quo vero ad synodum Episcopalem Pontifex nihil immutat sed relinquit in iuris dispositione iuxta vulgatā teoriam quod non mutatur cur stare prohibetur. *l. Sancimus C. de Testam.* Quo fit vt Episcopales synodus singulis annis iuxta 2 antiquorum canonum dispositionem sint celebrandæ. *Abbas locis iam citatis & in cap. conquerente col. 3. vers. decimo habet de offic. ord. in cap. olim not 1. de censib. d. cap. graue not. 4. de praben. Henricus Bottenus d. loco.* De clara id nisi Episcopus pro re nata censuerit bis in anno celebrandam. *arg. cap. si Episcopus vbi gloss. de offic. ord. in 6. Henric. Bottenus ibid. num. 54. Ioannes Pauinus de visitatione part. 1 q. 4.*

(206) *Vt deprauata corrigerentur.* Episcopalis synodus instituta est quatuor 3 ex causis è quibus vnam hic designat Pontifex. Primo. Vt deprauata corrigantur. Secundo. Vt ignorantes instruantur. Tertio. Vt regulæ morum statutaque formentur. Quarto. Vt quæ in prouinciali synodo decreta sunt in Episcopali publicentur. *Imola d. cap. graue de prabend. Card. de Turrecremata ad dist. 18. Henric. Bottenus vbi supra num. 70.*

(207) *Et illa facere negligentes canonicis pœnis subiacerent.* Quæritur quæ 4 sint canonicæ pœnæ quibus subiacent ij qui omittunt sine rationabili causa synodum. Respondetur. Suspendendi sunt ab executione officij. *ca. sicut de accus. vbi Host. Io. Andr. Henric. Botte. d. loco num. 45.* An autem ipso iure hæc pœna incurratur? Neutiquam propter clausulam illam se nouerint incursuros quæ est 5 ferendæ sententiæ & non latæ. *d. cap. sicut.* verbum enim futuri temporis requirit executionem alterius. *Abb. cap. cum in cunctis § fin. col. pen. de elect. Felin. cap. Rodolphus col. 20. verb. subiaceat de Rescript. latissime Tiraqu. ad l. si vnquam verb. Reuertatur C. de reuoc. donat.* Itaque Episcopus ad celebrationem annuæ synodi compelli poterit per Archiepiscopum cui subest sub interminatione suspensionis. *can. 1. vbi Archid. dist. 34. Gemini Card. Franc. cap. fin. de excep. in 6.* licet enim Archiepiscopus suffraganeum suum remouere non possit. Suspendere tamen eundem atque excommunicare potest. *DD. d. cap fin. Henric. Bottenus d loco. num. 47.* Nisi tamen Episcopi speciali reseruatione ab Archiepiscoporum iurisdictione eximantur qua de re alio in loco. *lib. 1. quæst. 41. de iurisdict. ordin. in exemptos.*

(208) *Desiderantes canones ipsos firmiter obseruari.* Atque ita Pontifex innouat hic canones quibus statutum fuit in singulis Episcopatibus synodum celebrari debere quotannis semel præterquam Concilium prouinciale quod suf-

ficere censuit si singulis triennijs celebretur.

6 (209) *At illaque etiam exemptos.* Iure communi ad synodum venire non tenentur ij qui exempti sunt. *gloss. cap. quod super his de maior. & obed. cap. ex ore de priuilegijs Henric. Bottenus vbi supra part 2. num. 4. vers. Si autem.* At vero hac constitutione Leonis X. venire debent non modo ad Episcopalem synodum sed & ad prouincialem, dicto enim *Etiam* in hac constitutione exprimit casum magis dubitabilem simulque implicat casum minus dubitabilem vti ante ostendi *in Scholio 160.* porro casus minus dubitabilis est venire ad synodum Episcopalem magis vero dubitabilis ad prouincialem. Quod & constitutione Concilij Tridentini innouatum esse alibi ostendi. *d. li. 4. qu. 9.*

7 (210) *Priuilegio ac consuetudine.* Quid in ordinibus qui in priuilegijs habent non valere derogationem nisi in ea mentio fiat ordinis vti est Cisterciensis. *cap cum ordinem de Rescriptis.* Sunt qui existimant exemptioni non esse derogatum & proinde etiam à synodo exemptos esse. *gloss. cap. Abbates 18. quaest. 2.* Sunt è contra qui censuerint à synodo exemptos non esse inter quos Henricus Botten. *d part. 2. num.* qua de videri poterunt ea quæ alio in loco animad-

8 uerti. *De iurisd. ord. in exempt. lib. 1. quaest. 4. & lib. 9.* Summa Pontifex hic derogat priuilegio non quod corpori iuris insertum est illud enim difficilius tollitur vti alio in loco scripsi. *d. lib. 3 quaest. 9. num. 1.* Sed quod in corpore iuris non est clau-

9 sum qua de re vide inferius *Scholio 219.* An autem consuetudo immemoralis censebitur per hanc generalem clausulam sublata. Respondetur non esse. *gloss. Auth. Vt de caetero non fiant verb. praescriptio, Boer. dec. 39 num. 12. Fel. Rubr de praescript. num. 18. Tiraq. de Retr. conuent. §. 1. gloss. 2 n. 25. Emanuel Roder. Reg. quaest. tom 1 quaest. 9. art. 5.*

10 Sed an per eiusmodi clausulam censeatur derogatum consuetudini futuræ hoc est introductæ post hanc consuetudinem.

Respondetur affirmatiuæ nisi consuetudo nouiter introducatur ex non à causa à principio non cogitata, Imo etiam ex præterita quæ verisimiliter erat legislatori incognita. *arg. l. si hominem ff. Mandati Emanuel Roder. d. quaest. 9. art. 5. Nouellus de dote part. 6. priuil. 21. num. 18. qua de re late Couarruuias libr. 2. variar. resol. cap. 13. num. 14. Guiterus lib. 3. pract. cap 32.*

(211) *Circa hoc autem negligentes pœnas in eisdem canonibus contentas se nouerint incursuros.* Pœna eorum qui legitime citati ad synodum non comparent nulla legitima causa excusati est excommunicatio. *ca. fin. dist. 18. cap. super his de maiorit. & obed.* Imo etiam suspensio & interdictum: Censuræ enim appellatione comprehenditur excommunicatio suspensio interdictum. *d. cap. quod super cap. quaerenti de verb. sig. Henric. Bottenus d. loco.* Censura tamen non comparentis non ipso iure sed per sententiam incurritur vti ante notaui. *Scholio 196.* propter

ver-

verbum illud futuri temporis se nouerint incursuros. *Tiraq. l. si vnquam in verb. Reuertatur C. de Reuocanda donat.*

Quod autem dixi non comparentes incidere in censuras ferendæ sententiæ declara si legitime moniti fuerunt non quidem ciuili ritu. *l. ad peremptorum ff. de Iudiciis.*

Sed simplici monitione ea enim habet vim peremptoriam & trinæ monitionis. *Abb. cap. ex litteris col. 4. de constitutione in cap. cum causa col. 2. de offic. del. Henric. Bottenus d. part. 2. num. 53. & 54.* quia in actibus extraiudicialibus non requiritur trina citatio sed sufficit vnica. *Barth. l. si tempora C. de fide instr. & iure hastæ fiscalis libr. 10. & in extrauag. ad Reprimendum verb. termino. Rom. sing. 324. incip. Ego dixi, qua de re & ego superius Sholio 72.* Declara secundo. Nisi iustum aliquod impedimentum excuset prout si in monitione insereretur causa iniusta aut si (quod raro vsuuenit) finis aut intentio synodi esset malus. *dec. cap. prudentia col. 12. de offic. del. Innocent d. cap quod super. Henric. Botteus d. loco num. 56.* Deinde nisi excuset morbus sonticus. *l. morbus sonticus vbi Alciat. ff. de verb. sign. Card. Clem. 1. qu. 7 de celeb. miss. Petrus Moneta de distribut. quotidianis part. 2. q 6.* absentia causaria. *Petr. Moneta d. parte 2. quæst. 5. vbi late.* 11 12

Actas sed quanta. Quidam censuerunt annorum 70. Sed verius tamen est id iudicantis arbitrio relinqua. *ca. de causis de offic. del. Moneta vbi supra part. 2 qu. 7.* qua de re si otium sit videbimus tractando de priuilegijs senectutis.

Necessitas non quæuis sed grauis v.g. oriens ex inundatione aquarum aeris magna interperiæ funere domestico timore hostium & alia quæ Henricus Botteus dilatat in quibus cum non sint huius nostri instituti non subsisto. Hactenus dicta sunt in folle de synodo. Restat an constitutiones synodentes robur habeant sine confirmatione Pontificis. Respondetur non habere. *Sacra Congregat. apud Ioannem Guillemaert. sess. 24. cap. 2. de Reform. vers. decreta. Nouella Imperat. 131. vers. Nulla vnquam synodus rata legitur quæ Apostolica Beati Petri Sede non fuerit fulta Andreas de Val. Doctor Parisiensis de suprema Rom. Pontif. in Eccles. potestate part. 4 q. 5. Concil. Trid. sess. 24. c. 2. de refor.* 13

---

§. DECIMVS NONVS.

SVMMARIVM.

1. Ratio Clement. in plerisque de elect.
2. Homines sem... nituntur in vetita.
3. An vt huic Clem. sit locus necesse sit Ecclesiam destitui clero & populo.
4. An hac Clem. habeat locum in non religiosis.

5. Dictionis præsertim energia.
6. Sine temporalibus spiritualia diu esse non possunt.
7. Dictionis nisi energia.
8. An clausulæ non obstantiarum derogent concilio.
9. Quid si habeant clausulas derogatorias derogatoriarum.
10. A quo tempore constitutiones Papales ligent.

(212) ET cum constitutio in Concilio Viennensi edita quæ incipit In plerisque vt Pontificiæ dignitatis honor seruaretur statutum fuerit ne Ecclesijs (213) cathedralibus (sine quibus spiritualia diu esse non possunt) primatis ac clero & populo Christiano non carentibus de aliquibus personis præsertim religiosis prouideretur constitutionem ipsam (214) innouamus inuiolabiliter obseruari debere volumus atque mandamus (215) Nisi aliqua iusta causa (216) in consistorio nostro secreto opprobanda alias duxerimus faciendum. (217) Nos enim quicquid contra præmissa (218) vel aliquod præmissorum contigerit attentari irritum decernimus & inane (219) contraria quacumque constitutione vel priuilegio non obstantibus. Datum Romæ in publica sessione in Lateranensi Basilica solemniter celebrata anno Domini M.DXV. 4. nonas Maij Pontificis nostri anno IV.

S C H O L I A.

(212) E*T cum constitutio.* Constitutio de qua Pontifex hic loquitur est Clementis V. *Clem. in plerisque de electione.* cuius epitome hæc est.

In plerisque Ecclesijs cathedralibus clero & populo Christiano carentibus religiosi Episcopos solebant promouere. Quia autem inde Pontificalis dignitas obfuscatur hinc prohibetur ne de cœtero fiat talis prouisio sine licentia speciali Papæ. Nec religioso adhoc detur licentia à suo prælato quæ si data fuerit non ideo eximetur religiosus à superioritate sui Prælati priuabiturque in omni electione voce actiua & passiua.

1 Quæritur primo, Quæ fuerit occasio huius Clementinæ. Respondeo patere ex illius textu glossographo Cardinali Sabarella ac alijs eius commentatori-
2 bus. Cum enim religiosi præsertim mendicantes secluderentur ab eiusmodi apicibus dignitatum. *Clem. cum concessa de electione pulchre ex ca. quarundam eod. tit. in 6.* factum est vt eo magis eas arderent, iuxta illud Ouidij.

Nitimur in vetitum semper cupimusq; negata.

Sic

Sic interdictis imminet ager aquis
Desine crede mihi vitia irritare vetando
Ingenio vinces aptius ipse tuo
Vidi ego nuper equum contra sua frena tenacem
Ore reluctati fulminis ire modo
Constitit vt primum concessas sentit habenas
Frenaque in effusa laxa iacere iuba
Cui peccare licet peccat minus ipsa potestas
Semina nequitia languidiora facit.

Nam semper videtur ita à natura comparatum vt quilibet semper appetat id quo videt se destitui vti de Anglis Scotis Polonis quibuscum vina non crescant vinolentos tamen esse tradit glossographus. *d. Clem. in plerisque num. 8. & in can. Moyses 32. quaest. 2.* proinde oportuit Pontificem excessum hunc corrigere cuius interest ne in agro dominico sacra scilicet Monachorum religione indecorum aliquid obrepat aut vitiosum quicquam perniciose in segetem coalescat. Sed vt in illa potius flores honoris, & honestatis fructus in vbertate succrescant. *Clem. Ne in agro de statu Monach.*

Quaeritur secundo. Vtrum vt huic Clementinae sit locus necesse sit Ecclesiam coniunctim destitui clero & populo. Card. Sabarella late articulum hunc examinat. *d. Clem. in plerisque num 6.* Mihi & alijs verius est vtriusque veritatem requiri. *D D. ad d. Clem.* clerus enim & populus diuersa sunt nec alter sub alterius dispositione comprehenditur nisi quibusdam casibus specialiter exceptis. *Card ibi num. 2. Franc. cap. si sententia num. 1. de sent. excomm. in 6. & in cap. vbi periculum §. praeterea nu. 2. de elect. in 6.* 3

Quaeritur tertio. An eadem Clementina habeat etiam locum in alijs non religiosis. Respondetur habere. *Card. d. Clem. in plerisque quaest. 14. num. 15.* inserta enim est huic constitutioni dictio Praesertim implicans casum minus dubitabilem & non excludens casum magis dubitabilem. *de l. qui se patris numer. 10. C. Vnde liberi Albertus de Pergamo de praepositionibus num. 87. Card. d. quaest. 14.* Vigetque etiam in non religiosis eadem ratio & proinde eadem constitutionis dispositio. *Praeses in locis legalibus loco ab identitate rationis & loco ab aequiparatis.* quippe quod huius Clementinae ratio sit defectus facultatum in quibus Ecclesiarum praesidia consistunt. *d. Clem. in plerisque in princ. vbi Card. numer. 1.* Nam sine temporalibus spiritualia diu esse non possunt. *can. si quis obiecerit 1. quaest. 3 cap. vt quisque ea quoniam de vita & honest. cler. Card. d. num. 1. per text. ibid. vers. sine quibus spiritualia diu esse non possunt.* 4 5 6

(213) *Cathedralibus.* Cathedralis Ecclesia dicitur cui praeest Episcopus. *Card. d. loco num. 7. & notaui supra Scholio 25.*

(114) *Innouamus.* Pontifex constitutiones antiquas innouando censetur ius vetus conseruare non alien. nouum creare. *cap. ex parte 1. in fin. cap. quia intentionis de priuilegiis gloss d. Clem. 119. plerisque verb. ampliare.*

(215) *Nisi aliqua iusta causa.* Dictio nisi præcedentibus aduersatur. *Decius*
7 *L. actione n. 5. C. de transact.* & exceptionem ponit à regula. *Decius l. si quis in aliquo num 2. C. de edendo. Albertus d. loco n. 77. vers. Nisi.* denotatque sensum contrarium præcedenti. *eleganter Alciat. in l. actione. verb. nisi C. de transact.*

(216) *In consistorio nostro secreto approbanda.* De sacro hoc concilio per elegantem tractatum scripsit Cardinalis Paleotus.

(217) *Nos enim quicquid contra præmissa.* Descendit hic Pontifex ad clausulam irritantem quæ est penetrabilior omni gladio ancipiti quia omnia interiora & exteriora afficit & astringit estque tam malignitatis naturæ quod quicquid inuenit destruit & in oppositum ducit de qua quidem clausula velut ex copiæ cornu tractatum inuenies apud Gabrielem. *Communium conclusionum li. 6. de clausulis concl. 6. Hier. Gonsal. de mensib. & alternatiua Episcoporum & nos etiam in his scholijs scholio 189. ac in tract. de iurisd. ord. in exempt.* de ea quædam attulimus.

(218) *Vel aliquid præmissorum.* Post generalem prohibitionem subnectit clausulam particularem idque vt præcisius liqueat de enixa Pontificis voluntate. *Clem. ne in agro dominico § sane vbi Card. de statu Monachorum.*

(219) *Contraria quacumque constitutione vel priuilegio non obstantibus.* Clausula non obstantibus constitutionibus vel priuilegijs non extenditur ad consti-
8 tutiones vel priuilegia in corpore iuris causa. *glo. l. 2. legatis ff. de iudic. Bald. l humanum C. de legib. glo. auth. quæ in prouincia C. Vbi de crimine, Fel. & DD. cap. nonnulli de Rescriptis.* Sed an per eiusmodi clausulam censeatur constitutioni conciliari esse derogatum Emanuel Roderic. vno in loco existimat non esse nisi specifica fiat mentio Concilij cui derogatur. *quæst. Reg tom. 1. q 8. art. 10.* hac nixus ratione quod Concilia Ecclesiæ quæ plurimorum consensu celebrata fuerunt maiori robore nitantur, & proinde speciali derogatione opus habeant. *Archid. cap. 1. de const. in 6.* vti & alio loco diximus in generali dispositione non venire ea quæ speciali nota digna sunt. *li. 1. de iurisd. ord. in exemptos q. 4.*

At vero alio in loco idem Emanuel Roderiques censuit speciali non esse opus derogatione Concilij sed sufficere generalem clausulam non obstantibus quibuscumque, laudatque. *tom. 3 q. 39. art. 4.* pro istius suæ opinionis firmamento Anastasium Germonium *de sacror. immunit. lib. 2 cap. 11. n. 52.* ac sacram congregationem talemque esse stilum cancellariæ Romanæ testatur ibidem Emanuel reprehendens erroris Oedam *de incompatibil benefic. 2. part c. 12. nu. 85.* Carasium *in repert. Reg iur. in 6. par. 2 ampl. 1. lib. 7. c. 26. n. 3.* estque eiusdem cum Emanuale Roderiques sententiæ D. Ioannis à Chockier frater meus in suo ad regulas Cancella-

cellariæ Rom. commentario *ad Reg. 49. n. 6. fol. 471.* nixus decisione Rotali relata per prosperum Farinaceum. *dec. 179. n. 6 par. 2. in nouissimis.*

Grauis autem est & hactenus ab vtriusque iuris interpretibus exagitata quæstio, quid si priori priuilegio insint prægnantes illæ & vt ita dicam Achilleæ clausulæ qualescumque possent excogitari quas vno verbo vocant reuocatorias reuocatoriarum an prius tale priuilegium talibus vallatum clausulis censebitur reuocatum per posterius cui inest sola clausula non obstantibus quibuscumque contrarijs etiamsi de ijs specialis fieri mentio deberet de verbo ad verbum. 9

Pro affirmatiua militat quod hæc clausula tali suo ambitu & generalitate cōplectitur in genere omnia non secus quam siue in specie singula essent enumerata. *l. si chorus in pr. ff. de leg. 2. l. 2. C. de quadrien. præscript. late Iason Cons. 121. vol. 4. VVames. cons. 596. n. 6. de iniurijs p. 2.* Hincq; est vt pleriq; voluerint nullam obstātiā impedire cū Papa rescribit vt tenor habeatur pro expresso de verbo ad verbū. *Feder. de Senis cons. 47. Bald. c. cum delicta de rescriptis. Io. de Anania cons. 56. Barth. & DD. l. si quis in principio testamenti ff. de leg. 1. DD. l. omnes C. de præscr. 30. annorū.* Sed sunt & quidem non paruo agmine nec authoritate nixi sibique etiam contrarij qui in diuersam descenderunt sententiam, scilicet per secundum indultum continens generalem derogationem cum illa clausula etiamsi de verbo ad verbum. non censeri derogatum priori priuilegio habenti specialem derogationē nisi fiat propria & specialis mentio de verbo ad verbum cum expressa mentione nominum & locorum. *cap. 2. de dolo & cont. Ias. cons. 121. vol. 4. Feder. de Senis cons. 233. Calder. in cons. 11. Cardinalis cons. 52. & cons. 136. Romanus 327. & cons. 436. cons. 498. Felin. c. accedentes de præscript. c. nonnulli de Rescriptis. Io. de Anania d. cons. 56. Iason. d. cons. 121. Decius cons. 166. & in l. certum nu. 4. ff. si certum pet. Paulus Parisius cons. 42. vol. 4. Io. VVamesius 596. nu. 8. de iniurijs tom. 2.*

Ratio eorum est quia cum in antecedente rescripto seu indulto prægnantiores & magis geminatæ sint clausulæ quam in posteriore fit vt posterius indultum aut priuilegium cui insertæ tantum sunt huiusmodi generales ac velut in nube conceptæ clausulæ priori priuilegio abstructo munitoque energia potentiorum clausularum derogare non videatur. *VVamesius d. loco n. 7.* aliter enim sentiendo (inquiunt) prius priuilegium esset fragile sine solido fundamento signanter etiam quod stilo curiæ Romanæ huiusmodi generales clausulæ tanquam in folle soleant coaceruari, præterquam quod priuilegij anteconcessi reuocatio odiosa sit atque eo etiam respectu sensu tacito non inducenda sed restringenda. *VVamesius d. cons. 596. n. 13. Ias. d. cons. 121. post princip. vers. tamen ad vltimum.* Mihi in hoc conflictu, & Doctorum antilogia nefas visum est concedere in rescriptis indultis priuilegijs aut Pontificum constitutionibus quicquam irrepere quod sua careat energia. Vt & asserere priuilegiorum reuocationem iuris esse odiosi, nam

quo

quo ad stilum Cancellariæ Romanæ quæ organum & vox Papæ est & quæ Papa inscio nihil facere censetur vti liquet satis ex Regulis Cancellariæ à fratre meo commentatis. *Reg. 43. n. 42. fol. 424.* quis ad ferat in diplomatibus Pontificijs aliquas posse clausulas eripere contra aut præter summi Pontificis enixam voluntatem, quo vero ad priuilegiorum reuocationem eam indistincte non ausim asserere odiosam quippe quod sicut à iure recessus per priuilegia odiosus est. *scripsi lib. 1. quæst. 4.* ita è diuerso per priuilegiorum iuri repugnantium reuocationem ad eius reuersio fauorabilis censeri debet, contrariorum, enim contraria est ratio atque disciplina. *Præses in locis legalibus loco à contrarijs atque repugnannantibus.* Proinde satis esse existimo si ex posterioris priuilegij serie & clausulis de Pontificis enixa mente liquere possit etiamsi priuilegium prius clausulis insignioribus & longè maioris energiæ sit communitum, alioquin enim legem imponemus Pontifici ne varia priuilegia varijs munita clausulis per ipsum oblitis possit reuocare vt & ego adhuc ante hac scripsi *de iurisd. or. in exem. l 3 q. 9. n 6. & 7.*

(220) *Datum Romæ in publica sessione in Lateranensi Basilica solemniter congregata anno 1515. 4. nonas Maij Pontificatus nostri anno IV.* Philippus Francus & alij iuris interpretes coronidem imponentis suis commentarijs occasionem sumpserit in data sexti decretalium in medium adducendi diuersas quæstiones quæ solemnitates instrumentorum concernunt. Quales sunt an defectus loci & loci loci item temporis indictionis vitient instrumentum in quibus ego cum remotiores sint ab hoc instituto pedem nunc non figo.

10 Solum inquiro à quo tempore Pontificales constitutiones quæ Romæ solemni ritu publicantur ligent Prouinciales Doctores varijs distinctionum inuolucris respondent. *Franc. in data sexti n. 13. late Nau. cons. 1. de constit.* Ego quia breuitas omnibus amica esse solet. *Abb. in proem. decretal. n. 4. vbi late Apostillà iudicibus aduocatis breuitatem commendat.* Paucis cum Nauar. *d. cons. 1. num. 19. & seqq.* censeo constitutiones si iuris constitutionem consideremus non ligare prouinciales antequam in prouincijs publicentur, sed de stilo curiæ Romanæ qui facit ius. *c. 1. de crimine falsi.* ligare prouinciales bimestri postquam solemni ritu Romæ fuerunt publicatę idque in foro exteriori in interiori enim foro indistincte ignorantia iusta excusaret non tamen si affectata esse aut crassa quas ignorantię species alio in loco explicat idē Nau. *in manuali c. 23. n. 45. & seq.* Sed an idem obtineat in Constitutione antiqui iuris declaratoria. Neutiquam quia eiusmodi constitutio statim incipit ligare. *Franc. d. loco n. 10.* Secus si constitutioni aliquid de veteri iure detraheretur aut etiam eidem aliquid noui adijceretur, quia tunc idem quod de constitutione noui iuris erit dicendum. *l. leges C. de legib. ca. fin. de const. in 6. Clem. 1. vbi glo. de officio vicarij. Franc. d. num. 10.*

PARS II.

PARS SECVNDA

CONSERVATORVM ECCLESIASTICORVM MATERIAM COMPREHENDENS.

QVÆSTIO PRIMA.

Quæ sit definitio conseruatorum, Et qualiter conseruatoriæ iuris scripti, differant à conseruatorijs hodiernis & de multiplici conseruatoriarum opere.

SVMMARIVM.

1. *Diffinitio debet esse principium omnis disceptationis.*
2. *Conseruatorum diffinitio.*
3. *Differentia inter conseruatores hodiernos & iuris scripti.*
4. *Quod sint conseruatorum species.*
5. *Viginti duumvirum Leodiensium iurisdictio.*

OMnis quæ de aliqua re suscipitur disceptatio, debet à diffinitione proficisci, vt intelligatur id de quo disputatio suscipitur inquit Cicero lib. 1. *officiorum.* 1

Licet autem in iure omnis diffinitio periculosa sit, vtpote quod vix vlla sit adeo vniuersalis teoria, quæ non quibusdam restrictionibus aut extentionibus subuertatur. 2
l. omnis diffinitio ff. de reg. iur. non posse tamen mihi videtur generalius aptiusque diffiniri conseruatores, quam esse iudices canonicæ designatos cum potestate defendendi res aut personas priuilegiatas.

Dixi iudices, vt comprehendam, non tantum conseruatores iuris scripti, qui poterant tantum cognoscere de manifestis iniurijs & offensis rerum aut personarum priuilegiatarum. *cap. 1. & fin. de officio deleg. in 6.*

Sed etiam alios omnes conseruatores, qui iudicialem habent indaginem, & cognoscunt etiam de non notorijs. Subieci canonice designatos. Vt duntaxat, comprehendam conseruatores Pontificios, hoc est, Pontificia autoritate deputatos, inferioribus enim conseruatores autoritate propria dare non est permissum. *Franc. cap. fin. §. conseruatores de offic. del. in sexto. Auth. vt iudices sine quoque suffragio §. nulli quoque.* adieci cum potestate defendendi. Quia potestatis nomen amplæ est significationis. *l. potestatis vbi Alciat. Rebuff. & DD ff. de verb. signif.* habens annexam defensionem, id est, iurisdictionem, quia conseruatores sunt ex cathegoria maiorum iudicum, vti alio in loco ostendi. *lib. 4. quæst. 111. n. 16. de iurisdict. ord. in exemptos.* Addidi res aut personas priuilegiatas, ad designandam differentiam exemptionum. Aliæ enim sunt exemptiones reales, id est, rebus competentes, aliæ personales, aliæ coniunctim reales & personales, vti alibi distinctius ostendi. *li. 1. de iurisd. ord. in exempt. qu. 2.*

Et quidem hæc citra polilogiam & verborum circumlocutionem breuiter dicta sufficiant pro diffinitione conseruatorum. Nam teste Horatio.

Quicquid præcipies esto breuis vt cito dicta
Percipiant animi dociles teneantque fideles.

3 Quod autem attinet ad differentias inter conseruatorias iuris scripti & hodierni temporis, eæ sunt multiplices.

Primo, conseruatoria iuris scripti de notorijs tantum cognoscit. *cap. fin. vbi DD. de priuileg. in 6.* at vero conseruatoria hodierni temporis, qualis est conseruatoria mensæ Episcopalis Leodiensis, aut cleri primarij eiusdem ciuitatis penes Abbatem S. Iacobi. Item conseruatoria cleri secundarij eiusdem diœcesis, quæ est penes Abbatem S. Laurentij, cognoscit etiam de non notorijs, vti videri est ex eorum diplomate conseruatoriali.

Secundo, conseruatoria iuris scripti, regulatur secundum iuris scripti dispositionem. *d. cap. fin.* at vero hodierni temporis neutiquam, has enim ius scriptum non agnouit, vti testatur Mandosius. *in tractatu litterarum gratiæ tit. de conseruatoria,* ideoque à conseruatorijs iuris canonici ad has argumentatio certa trahi non potest. *Mand. d. loco.*

Tertio, conseruatores iuris canonici, vltra vnam diætam, à fine diœcesis euocare non possunt. *d. cap. fin. §. conseruatores.* cleri autem huius conseruator, potest iuxta facultatum suarum seriem.

Quarto, iuris scripti conseruator, vices suas alteri subdelegare non potest. *d. §. fin. §. vices,* hodierni autem conseruatores, possunt vti speciali quæstione confirmaui. *infra quæst. 26.*

Quin-

Quinto, conseruator iuris scripti, non habet iudicialem indaginem in violentijs quæ non sunt manifestæ. *d. cap. fin. §. vt autem.* hodiernus autem, plerumque est iudex super damnis, iniurijs, & molestijs, in bonis etiam immobilibus exemptorum illatis & inferendis tam spiritualibus seu Ecclesiasticis quam temporalibus, non solum exemptis ad eos ratione forsan beneficiorum pertinentibus. Sed aliter qualicumque modo & quamuis ex causa spectantibus, procedereque potest contra quoscumque eorundem exemptorum etiam alia quam beneficiorum Ecclesiasticorum ratione debitores, cuius vberior distinctio dependet à diplomatibus conseruatorijs. *Farin. dec. 616. num. 2. part. 2. vbi late.* Opus enim hic quasi est Lesbia Regula quæ flexilis est, & constitutiones Pontificias iuris communis, facto postea emergente alijsque posterioribus Pontificum constitutionibus accommodat, ad instar legum, quarum posteriores prioribus derogant. *Alciat. l. pacta nouissima C. de pactis.* & vt in Prouerbio eiusdem Alciati, alter de altero iudicat, dies postremus de omnibus. *Late hac de re Farinac. decis. 616. per tot. part. 2. vbi varias conseruatoriarum hodiernarum clausulas explicat.*

Sexto, conseruatoria iuris scripti, est temporalis quæ expirat, morte concedentis. *d. cap. fin.* at vero alia est perpetua, quæ neque morte delegantis neque delegati euanescit. *text. d. conseruatoria.*

Septimo, illa non habet tribunal erectum quia iudicis officio non fungitur, sed defendit tantum ab iniurijs atque molestijs manifestis. *d cap. fin.* Hæc autem, habet tribunal erectum, iudicialemque indaginem procedendi summariæ, de plano sine strepitu iudicij ac facultatem, prout causæ qualitas exegerit, contradictores, rebelles iniuriatoresque Ecclesiasticis censuris & alijs oportunis iuris remedijs compellendi.

Octauo, conseruatoriæ iuris scripti, plurimum derogauit Concilium Tridentinum at vero hodiernis non ita. *Conc. Trid. sess. 14. c. 5. de reform. in fine.*

Quo vero ad species conseruatorum multiplices adferri possent. 4

Alij enim sunt secundum normam iuris scripti.

Alij anormes siue anomali aut heterocliti.

Illi, de notoriis tantum cognoscunt iurisdictionemque suam exercent, secundum normam à iuris dispositione eis demandatam. *cap. 1. & cap. fin. de offic. del. in 6.* Hi vero, ad amussim in iurisdictionis exercitio priuilegia propria & diplomata Pontificia sequuntur. *ea porro de priuilegiis Beat. Antonius tract. de excommunicatione § 37. num. 3. vol. Oceani iuris 16. Mandosius de signatura Gratiæ tit. de conseruatoribus. Franciscus de Platea tract. de excommunic. § 57. n. 2.*

Præterea, alii sunt conseruatores Ecclesiastici, rerumque & personarum Ecclesiasticarum à Pontifice iurisdictionem obtinentes. *d. cap. 1. & fin.* alii vero, seculares rerum personarumque secularium ab Imperatore summisue Prin-

cipibus iurisdictionem habentes. *tot.tit.ff.& C.de defensoribus ciuitatum.* Rursus alii conseruatoris nomen sibi vindicant, eo quod defensela & patrocinium personarum,iis est à iure demandata. vt sunt Episcopi seu locorum diœcesani ordinariive iudices Ecclesiastici. *ca. ex parte de foro competent.ca.ex tenore eod. tit. cap.1. & 2. dist. 87. ca.administratores 5.quæst.27. Nauarr.cons.6.num.4.ne clerici vel monachi, ca.significauerunt vbi DD.de offic.del. Maranta de ordine iudi:. par. 4. dist.9.num.78.*de quibus ego alio in loco *li.4.q.108.de iurisdict ord.in exemptos.*

5 Alii,quia rempublicam conseruant quietam & tranquillam à prædonibus latronibus aliisque publicam priuatamque quietem turbantibus. *l.3.§.congruit ff. de offic.præsidis.*quales à maioribus nostris,seu huius patriæ Leodiensis ordinibus instituti sunt,hac in patria Leodiensi Vigintiduumviri Tribunal seu magistratus in ciuitate Leodiensi per totam hanc patriam ius dicens,ad coercendam vim aduersus,ac corruptos deprauatosue iudices prætio aut gratia perperam iudicantes,venalesve sententias in mercedem proferentes,vt & aduersus officiales, ministrosve iustitiæ,vexantes subditos & in officiis male versantes, indebitaque concutientes. Multæ aliæ adferri possent.Conseruatorum signanter à summis principibus aut rebus publicis institutorum species vix enim sunt priuilegia quæ suos non habeant conseruatores.Sed minutim singula persequi,huius non est instituti.Neque etiam constitui cancellos Pontificiarum conseruatoriarum quos ipse mihi & quidem,en folle,quod aiunt examinandos circumdedi,excurrere in iure peritus pro re nata solutiones quæstionum quæ in alijs conseruatoriarum speciebus enasci poterunt ex hoc canonicarum conseruatoriarum tractatu,ob analogiam quæ vtrimque intercedit facile mutuabit,nam vti Iulianus & Paulus rescripserunt.Non possunt omnes casus sigillatim comprehendi,sed cum in aliquo casu ratio iuris manifesta est, is qui iurisdictioni præest ad similia procedere poterit,bona enim occasio est & cœtera quæ tendunt ad eandem vtilitatem vel interpretatione vel certa iurisdictione suppleri. *l.& ideo, l.non possunt ff.de legib. ca.inter cœteros vbi gloss.in verb.in similibus & DD.de rescriptis.*

QVÆSTIO SECVNDA.

Sitne conseruatorum iurisdictio fauorabilis vel odiosa.

SVMMARIVM.

1. *Conseruatores sicuti tutores dicuntur à conseruando.*

2.Iuris-

2. *Iurisdictio conseruatorum est fauorabilis.*
3. *Opinione aliorum odiosa.*
4. *Intentio efficere non potest vt quod odiosum est, sit fauorabile.*

PRæmitto, conseruatores dici à conseruando, quod personas priuilegiatas resque eorum ab iniurijs (id est ab omni eo quod eis non iure fit. *l. Sed etsi §.1. ff. ad l. aquil.*) tueantur atque defendant. *Concil. Trid. sess. 14. cap. 5. de reform. DD. cap. 1. & fin. de offic. del. in 6.* ad instar tutorum *Ioan. Andr. d. cap. fin. in pr. verb. tueantur.* vel eorum qui olim defensores locorum seu ciuitatum dicebantur conseruent & defendant. *C. de defens. ciuitatum Petrus Gregorij in Syntagmate iuris vniuersi lib. 47. cap. 25. num. 25. antha. vt nulli iudicium Emanuel Roderic. quæst. reg. tomo 1. quæst. 65. art. 1.* His loco anteludij præmissis. 1

Respondeo, non defuisse non infimi nominis iurisconsultos qui censuerint conseruatorum iurisdictionem esse fauorabilem. *Iason. cons. 145. num. 1. Feli. cap. eam te num. 15. versi quarta declaratio de Rescriptis. Gem. cap. cum in illis §. 1. de præbend. in 6. Neusan. cons. 35. num. 7.* quippe quod eorum iurisdictio versetur in iure fauorabili quod quilibet in suo iure est defendendus. *l. aquissimum ff. de vsufruct. l. 1. ff. ne vis fiat. l. per omnes. C. de defens. ciuitat. Bened. Capra Reg. 48. num. 9. & 10.* 2

Veruntamen verius est conseruatorum iurisdictionem esse odiosam & restringendam, ideo quod iurisdictioni ordinarij, quæ per quam fauorabilis est deroget. *DD. cap fin. de offic. del. in 6. Nauar. cons. 3. num. 3. de offic del. Emanuel Roder. quæstionum regularium tom. 1. quæst. 65. art 8. & 9. num. 29.* prout conclusi in alio tractatu de iurisdict. ord. in exemptos. *lib. 1. quæst. 4. & quæst. 39. num. 29.* Neque obstat iurisdictionem conseruatorum inductam esse in fauorem exemptorum. 3 4

Intentio enim statuentium efficere non potest, vt quod odiosum est, sit fauorabile, nec è contra. *Tiraq. de Retr. cons. in proemio numer. 68.* Nouumque non est eandem dispositionem diuersis respectibus censeri posse fauorabilem vel odiosam. *Bald. l. venia C. de in ius voc. dec. Cons. 259.* id quod etiam probat Io. à Chokier frater meus ad Reg. Cancell. *Reg. 18. num. 36. fol. 220.*

QVÆSTIO TERTIA.

Conseruatoribus qualis iurisdictio competat.

SVMMARIVM.

1. *Conseruatores habent iurisdictionem & mixtum imperium.*

2. *Habent iurisdictionem heteroclitam.*
3. *Cognoscunt aliquando in prima instantia.*

1 Regulariter simplex iurisdictio & mixtum imperium nisi tamen plenissima omnimodaque iurisdictio eis sit demandata. *gloss. Clem. 1. verb. omnimodam de foro compet. Ioan. Baptista confettius de priuileg. ordinum part. 2.*
2 *tit. 4. cap. 7. de officio conseruat. fol. 350.* quæ diiudicatio dependet à tenore diplomatis conseruatorialis vt recte conseruatores dici possunt habere iurisdictionem heteroclitam seu anomalam vti paulo plenius intelligi poterit ex ijs quæ eodem in tractatu tradidi *lib. 4. quæst. 109. num. 12. & seqq. & quæst. 111. per tot. & eleg. Farinac. dec. 616. per tot. vbi late explicat clausulas conseruatoriales part. 2.* Imo vero ha-
3 bere ordinariam posseque in prima instantia cognoscere tradit notanter Gregorius Sayrus *in floribus decisionum lib. 1. tit. 17. de officio deleg. dec. 1. fol. 25.* & etiam Guido Papæ. *Dec. 247.* censuit eos habere merum imperium quem vide cum Apost.

QVÆSTIO QVARTA.

Conseruatores an possint cognoscere de debito ciuili.

SVMMARIVM.

1. *Posse censuit Guido & cum eo quidam alij.*
2. *Non posse voluit Alciatus.*

1 Posse censuit Guido *dec. 18.* Speculator *de instr. edit. §. nunc vero aliqua de vltim. vol. execut. num. 69. vers. conseruatores autem, Emanuel. Roderic. quæst. regul. 65. art. 12. Franciscus Marius decis. delphi. 1087. part. 1.* Tum quod conseruator vti ordinarius in prima instantia cognoscat. *Greg. Sayrus loco infra citato.* Tum quia per retentionem debiti fit crediti iniuria. *Spec. d. num. 69. gloss. cap. ad Apostolatus verb. iniuriari de concess. preb. in extrauag.* signanter cum de debito constat, per instrumentum publicum iudiciale, confessionem partis aut rem iudicatam, tunc enim est notoria iniuria de qua etiam conseruator deputatus secundum formam iuris scripti cognoscere potest, iuxta Ignatium Lopes. *in addit. ad practicam Dias cap. 3. Emanuel. Roderic. d. art. 12. vbi fuse.* Tum quod iurisdictio conseruatorum ad instar ordinariæ iurisdictionis censeatur *Nauarr. cons. 3. de offic. del. Greg. Sayrus in flor. decis. lib. 1. tit. 17. dec. 1. de offic. del. & dec. 2. gloss. cap. cum can-*

causam. verb.delegatus in fin.de app. Neuisan.cons.38.numer.11. VVamesius cons.181. num.4. de appell. Tum quod per retentionem rei ad alium spectantis vis dicatur inferri. *l. vim facit qui ff. de vi & vi armat Amanellus de claris aquis sing. nota quod si promisi.* possitque is cuius res retinetur ad suum conseruatorem recurrere *Guiterez pract.quæstionum lib.3.quæst.9.gloss.d. cap. ad apostolatus.*

Non posse vero censuit Alciatus *de præsumpt.Reg.1.præsumpt.23.num.3. & 4. Io Guiterez pract.quæst.lib.3.quæst.9.* qui rationibus in contrarium allatis acute respondet. De qua quæstione ego etiam alio in meo tractatu disserui *d.quæst.39. num.31.* Emanuel Roderic. loco iam laudato se profundit ac pro affirmatiua concludit respondetque antinomijs argumentisque contrarijs licet, à facto aberret cum pro suæ opinionis stabilimento laudat Alciatum qui non affirmatiuam quā ipse sed negatiuam amplectitur sententiam, qua de quæstione vide complura inferius *quæst.102.103. & 104.* 2

QVÆSTIO QVINTA.

Conseruatores an cognoscere possint de causa hæresis.

SVMMARIVM.

1. *Generalis commissio non extenditur ad causas fidei.*
2. *A delegatis ad Conseruatores procedit argumentum.*

NEutiquam in causis enim hereseos S. Sedes deputant speciales iudices scilicet ordinarios & inquisitores hæreticæ prauitatis *cap. ad abolendam in fine vers. Si qui vero fuerint de hæreticis cap accusatus § fin.cap.vt officium in pr. & § compescendi eod in 6.* generali autem iurisdictioni per specialem derogatur. *cap.generi de Reg iur in 6.* Deinde generalis Papæ commissio facta delegato non extenditur ad causas fidei. *ca. Frater noster 16. q.1.ca.in generali vbi glo verb. generali de Reg. iur. in 6.* ergo neque generalis, commissio data conseruatori ad eiusmodi causas fidei extendi non potest. A delegatis enim ad conseruatores procedit argumentum tanquam à genere ad speciem. *gloss.cap fin.verb.edita de offic.del in 6.arg.l.semper in generalibus de Reg.iur. Nauar.cons.3. de officio deleg.* Denique fidei fauore multa sunt speciali iure introducta nedum contra priuilegia sed & aduersus communes iuris regulas. *cap. in fidei fauorem cap. accusatus §. licet §. sane cap.ne aliqui de hæret.in 6.* & ita huic quæstioni eodem in meo tractatu etiam respondi libro 4.quæst.47. quod tamen intellectum velim cum ea mica salis de qua inferius *quæst. 96.* (margin: 1 at "gatur…delegato"; 2 at "eiusmodi…conseruatores")

Quæst.

QVÆSTIO SEXTA.

An cognoscat de causis matrimonialibus.

SVMMARIVM.

1. Prælati inferiores possunt causarum arduarum iurisdictionem præscribere.

RESpondetur negatiue. Quia matrimoniales causæ sunt Episcopales *ca. accedentibus vbi DD. de excess. prælat. Conc. Trid. sess. 24. cap. 20. de Refor.* equiparantur enim matrimoniales causæ criminalibus. *ca. pen. de Rest. in integ. gloss. Barth & DD. l. 3 §. quacumque ff. de iureiurando.* de quibus conseruator non cognoscit. Idque nisi diploma conseruatoriale aliud disponat vti iam quæstione secunda diximus. *arg. cap 2 de officio vicarij in 6.* aut nisi etiam consuetudine vel præscriptione aliud sit iudicatum. *Nauar. consl. 3. num. 4. de offic. del. ca. auditis vbi DD. de præscript. Abb. d. ca. decedentibus nu. 3 vbi etiam apost.* possunt enim Prælati etiam Episcopo inferiores iurisdictionem talium causarum præscribere. *ca. 1. de const. in 6. c. 1. de consang. Couarr in epit. q. 2. cap. 8. §. 12. Abb. d. cap. auditis Sayrus in floribus decisionum titul. 17. de offic. deleg. dec. 2.* *qua de re vide plenius infra quæst. 96.*

QVÆSTIO SEPTIMA.

Conseruatorum iurisdictio an possit prorogari.

SVMMARIVM.

1. Iurisdictio ad vniuersitatem causarum potest prorogari.
2. Item iudicum specialiter deputatorum puta scholarium artificum, &c.
3. In actu mixto qualitas præponderans est consideranda.
4. Quatuor sunt prorogationis species.
5. De prorogatione rei ad rem.
6. De prorogatione loci ad locum.
7. De prorogatione temporis ad tempus.
8. De prorogatione personæ ad personam.
9. De prorogatione causarum meri & mixti imperij.

DE

DE Conseruatoribus deputatis ad vniuersitatem causarum dubium non non est iurisdictio enim ad vniuersitatem causarum delegata potest pro- 1
rogari. *Abb.cap.de causis de offic.del. Menoch.de arb iud. quæst.67.nu 54. Abbas cap.1.& 9.num.5.vbi Felin.num.6.vers.sexto fallit de iudiciis.* quia iudices ad vniuersitatem causarum delegati ordinarijs æquiparatur. *late Fel.cap qualiter & quando de accusat.gloss.cap.cum causam de appell. Abbas cap.P.& G.numer.5.de offic.delegat.* confirmo id ex ijs quæ libro de iurisdictione ordinarij in exemptos primo *quæst. 45.* adduxi arguendo ab habentibus iudices speciales ad hanc ex- 2
emptionum materiam. Sicut enim iurisdictio fisci prorogari potest. *L.1.C.de iurisd.om.iud.iudicum.* ac iudicum v.g. artificij lanæ est prorogabilis. *afflictus de 27.* item iudicum scholarum. *Neuisan.cons.35.num.10. Barth.l.1.nu.8 ff.de iudic. Abb. d.cap.P.& G num.14.* ita & conseruatorum Æquiparatorum enim eadem est ratio & iuris dispositio. *Præses in locis loco ab æquiparatis.* & ita hac in quæstione concludit Innocentius. *cap.1.num.7.de offic.del.in 6.vbi Ioan. Andr. numer. 9. & Geminianus.* Neque dum ita concludo immemor sum eius sententiæ quam alio in loco comprehensus sum. *de iurisdict.ord.in exempt.lib.2.quæst.11.* Iudices nimirum exemptorum prorogari non posse. Etenim Imbertus quem eo loco in autoritatem adduxi intelligendus est de iudicibus singularibus personis & causis delegatis non vero de deputatis ad vniuersitatem causarum quales magis ordinarijs quam delegatis comparantur. *Nauar. cons.3.de offic.deleg. Abb.cap.P.& G.num.5.de offic.deleg.* & propterea ordinariorum naturam quorum iurisdictio prorogabilis est induentes eiusmodi delegatorum iurisdictionem prorogabilem esse etiam dicendum est. *arg.l.cum queritur vbi DD.ff.de statu hominum.* nam 3
& iuxta notabilem illam iuris teoriam in omni actu & dispositione qualitas causæ quæ præponderat in actu mixto semper est attendenda. *DD.d.l.cum queritur Cranetta ad Rubr.ff.de legatis num.152. Abb.cap.1.de Rescriptis Rebuffus de priuilegijs scholarium priuilegio 105.*

Cum autem varie sint prorogandæ iurisdictionis species scilicet. 1. de re ad 4
rem. 2. de loco ad locum. 3. de tempore ad tempus. 4. de persona ad personam. Quæstio est an his in singulis speciebus conseruatorum seu iudicum exemptorum iurisdictio possit prorogari. Paucis vt ad singulas prorogationum species respondeam. Quo ad primam quæ est de re ad rem verbi gratia si iudex non pos- 5
sit cognoscere nisi de summa certæ quantitatis licebit partibus si velint prorogare & consentire vt cognoscat de summa maioris quantitatis. *l.si idem cum eodem.l.cum quadam §.quoties ff.de iurisdict.om.iud. l.de qua re §.1.ff.de iud. Bald.l.si qui ex consensu C.de Episc.audient. Abb.cap.P.& G.num.12.de offic.deleg. Marant. d dist.12.num.3.* Idque nisi iudex deputatus sit cum dictione taxatiua vti superius ostendi. *§.Scholio 157.*

6 Quo vero ad secundam speciem quæ est de loco ad locum quæstio controuersa est, an prorogatio fieri possit. Affirmatiuam tuetur. Barth. *in l. quæro ff. de solut. Alex. & DD. l. fin. ff. de iurisd. om. iud. Abb. d. cap. P. & G. num. 14. & 15.* ita tamen si iudex istius loci consentiat vti plenius explicat Maranta. *d. dist. 12. num. 3. vers. exemplum de quarta. Abb. d. num. 14. & 15.* at vero negatiuam quod hac in specie prorogatio non admittitur tenet Baldus *in l. 1. vers. 3. quæro c. de iurisd. om. iud. & in d. l. si quis ex consensu.*

7 Quo ad tertiam speciem prorogationis de tempore ad tempus hoc est an iudices habentes iurisdictionem limitatam ad certum tempus possint consentientibus partibus eam post tempus exercere. Respondetur posse nisi coram eiusmodi iudicibus prorogatio sit prohibita. *l. 2 §. sed si iudex ff. de iudiciis. Marant. d. dist. 12. num. 3. vers. exemplum de tertia. cap. de causis vbi DD. de offic. del. Abb. cap. P. & G. num. 12. eod. tit.* idque dummodo prorogatio non extendatur in tempus successoris in iurisdictione. *Abb. d. loco.*

8 Postremo quo ad quartam speciem prorogationis de persona ad personam & hæc permissa est. *lib. 1. & 2. ff. de iudiciis, l. si conuenerit de iurisdict. om. iud. Maranta d. dist. 12. num. 5.* Licet autem Abbas *in d. cap. P. & G. num. 5. & 13. de offic. deleg.* sentiat in delegato prorogationem de persona ad personam admitti non posse libentius tamen descendo in opinionem Innocentij in *cap. 1. num. 7. de offic. del.* Felin. *d. cap. P. & G.* Glossæ *l. 1. ff. de iudic.* cuius autoritatem cœteris præponderare testatur Antonius Corsetus *Tract. de autoritate glossæ.* idque quia conseruatores & iudices exemptorum plerumque sunt ad vniuersitatem causarum deputati quæ cum ad instar iurisdictionis ordinariæ censeatur. *gloss. cap. cum causam de appell. Hostiens. cap. quoniam Abbas de offic. del. Abb. cap. P. & G. num. 5.* consequens etiam est vt eiusmodi iurisdictio quæ instar ordinariæ censetur prorogabilis sit ad instar ordinariæ de personis iurisdictioni subiectis ad personas extraneas iurisdictioni alioquin non subiectas. *L. 1. & 2. ff. de iud. l. 1. C. de iurisd. om. iud. cap. significasti de foro comp. Abb. d. cap. P. & G. nu. 13. in fine.*

9 Quid autem de prorogatione causarum meri & mixti imperij item in specie criminalium spiritualium beneficialium nec non de prorogatione tacita plenioris est examinis de qua materia videri poterit Abbas *d. cap. P. & G. n. 15.*

QVÆSTIO OCTAVA.

An Conseruatores procedere possint in ferijs.

SVM-

SVMMARIVM.

1. *Feriæ sunt duplicis speciei.*
2. *Diuinis & repentinis ferijs renunciari non potest.*
3. *Conseruatores procedunt in ferijs rusticis.*

DIstinguo ferias tripartitim in diuinas repentinas & rusticas hominum fauore introductas, Diuinæ feriæ sunt quæ diuini cultus gratia sunt introductæ. Repentinæ vero quæ nec opinato indicuntur vt puta propter publicam aliquam lætitiam aut etiam tristem aliquem casum. Rusticæ quæ publicæ vtilitatis causa videlicet messium aut vindemiarum gratia conceduntur. 1
Spec. de ferijs. Diuinis & repentinis prenunciari non potest & proinde conseruatores in istis ferijs procedere non poterunt. *Spec. de ferijs.* At vero in ferijs rusticis 2
procedere poterunt etiam partibus inuitis si diplomati conseruatoriali insit (vt plerumque inest) facultas procedendi de plano siue figura iudicij, hæ enim clausulæ facultatem implicant procedendi in feriis. *Guido de Rescriptis numer. 10. Barth. l. nec quicquam §. de plano de offic. procons. Paris. de puteo de S. iudicatur verb. feriæ. Clem. sæpe de verb. signif.* confirmatur. Quia conseruatores cessantibus dictis clausulis possent cognoscere de interdicto recuperanda quod ferijs impediri non potest. *Capell. Tholos. quæst. 159.* vt etsi quæstio esset de iniuriatam atroci quæ celari non posset. *l. eadem de ferijs. Alciat. lib. 1. de verb. sig.* 3

QVÆSTIO NONA.

An conseruatores habeant tribunal.

SVMMARIVM.

1. *Tribunal quid sit.*
2. *Delegati non habeant tribunal.*
3. *Conseruatores extra locum conseruatorialem ius non dicunt.*

SI proprietatem elegantiamque verbi Tribunal quam latinitatis vindex Budens in *annotat. ad pandectas l. 1. ff. de iudicijs.* descripsit teneamus non habebit. Quia tribunal locus est in quo ordinarij ius solent reddere proinde cum conseruatores proprie non sint ordinarii tribunal proprie non possunt dici habere. *Conc. Trid. sess. 14. cap. 5. de Reform. l. pen. ff. de iust. & iure. Cagnolus d. l. 1.* 1

num.25.& 39. vbi & Barth.ff. de iud. vt nec delegati dicuntur habere tribunal.
2 *Cagnol.& Barth.d.loco. Albericus in dictionario verb.tribunal.* cum itaque conseruatores non habeant tribunal seu certum locum more maiorum dictioni iuris designatum si locum aliquem elegerint poterunt postea pro re nata aut impedimentis emergentibus mutare. *Barth.d.l.1. num.8. cap.statuimus de offic.del.in 6.*
3 *Clem.1.de foro com.* Si modo tamen fines diœcesis ad cuius tutelam seu conseruationem sunt designati non egrediatur nec enim id possunt. *cap.fin.§.conseruatores & §.fin.de offic.del.in 6. Aufrerius de potestate Ecclesiæ super laicis num.9. vers. vndecimo potest. Fel.cap.nonnulli num.1.de Rescriptis.* Idque nisi obstet diploma conseruatoriale eoque sensu Concilio hanc quæstionem cum iis quæ dicta sunt quæst. 1.

QVÆSTIO DECIMA.

An Conseruator possit tanquam suspectus recusari.

SVMMARIVM.

1. *Conseruator recusari non potest nisi sit ad vniuersitatem causarum.*
3. *Conseruator qui de notorio cognoscit an possit recusari.*
4. *Ritus recusandi conseruatores.*
   Arbitri quales esse debeant.
5. *Conseruator suspectus an possit alteri causam subdelegare.*
   Delegatus principis potest subdelegare.
6. *Subdelegare an possit dum cognoscitur de causa recusationis.*
7. *Subdelegatus à conseruatore an recusari possit.*

1 RESpondi in toties iam citatu tractatu nostro de iurisdictione ordinar. in exemptos *lib.1.quæst 39.num.23.* recusari non posse. *Innocent.d.cap.1.nu.4. & DD.ibid.de offic.del in 6.Syluester verb.conseruator numer.5.Canalc.dec.33.num.15.part.2.* declaro tamen non præcedere in conseruatoribus ad vniuersitatem causarum aut cum indagine iudiciali procedentibus idque arguendo à delegatis ad conseruatores quod esse validum iam quæstione quarta ostensum est. *Clem sæpe verb.declaratio de verb.sig. Lancel.de attent. part. 2. cap.5. numer. 64. VVamesius consi.181.de appell.tom.1.*

Declaro 2.vt conseruator qui de notorio cognoscit cuius pæna non est certa sed arbitraria possit etiam recusari. *Milis in repert.vers. iudex non potest recusari fol.111.& verb.notorium fol.278. vbi distinguit gloss.cap.1.de offic.deleg.in 6. Anton.*

cap.

cap.cum speciali vers.oppono quod non possit de appellationibus.

Quo ritu autem conseruator sit recusandus Concilium Tridentinum ostendit. *sess.14.cap.5. de Reform.* & Doctores *cap.cum speciali de appellat.* Paucis arbitri à recusante debent denominari intra dies tres à die suspicionis allegatæ alioquin processus iudicis recusati subsistit. *Caual. dec.28.nu.97.& seqq part.2. l.fin. C. de iudic.pract.papiensis in forma libell.declinat.iudicium.gloss.verb. iudicem suspectum nu.5.* citata in hunc finem parte aduersa.*pract.papiensis d.loco.* Debent autem arbitri esse de iurisdictione iudicis recusari. *Spec.de recus.§.effectus autem numer.2. Caualc. vbi supra num. 110.* qui statuet eis tempus intra quod quæstionem suspicionum definiat.*Spec.d §.effectus nu.13.cap.legitima vbi DD.de app. in 6.* 4

Sed an conseruator recusatus poterit alteri causam subdelegare Wamesius respondit posse. *Cons.181.num 3.& 4.de appellat.tom.1.DD.cap. iudex de offic. del. in 6.* Tum quia delegatus principis potest subdelegare. *d.cap. iudex DD. cap. cum speciali de appellat.* Tum quia conseruatores ad vniuersitatem causarum deputati ordinariis æquiparantur. *VVames.d.cons.181.num.7.* qui si recusentur possunt causam alteri subdelegare. *cap.si quis contra de foro competent. gloss. d. cap. cum speciale verb.recusatoris dec.Thol.355. Federicus de Senis cons.24. Franc.d.cap.iudex num.5.* 5

An autem dum de causa suspicionis cognoscitur subdelegare possit vide Wamesium *d cons.181.& Philip. Franc.d.cap.iudex Barth. Brixiensem in dominicalib. quæstionibus quæst.74.vol. Oce.17.fol.31. vbi dicit ante propositam recusationem subdelegare posse sed ea pendente an possit, vide ibidem d.nu.4.apud VVamesium.* 6

Quid porro dicendum sit de subdelegato à conseruatore an is recusari possit respondetur ex capite conseruatoris delegantis recusari nõ posse sed bene ex proprio subdelegati capite vtpote aliqua legitima ex causa eius caput seu personam concernente. *Bartholomeus Brixiensis dominicali quæst.74. VVames.d.cons. 181.* cœtera huius farinæ pleniore manu discussa reperientur apud Caualcanum Speculatorem & alios hic laudatos. 7

QVÆSTIO VNDECIMA.

Conseruatores quibus possint inhibere.

SVMMARIVM.

1. *Conseruatores possunt quibuscumque inhibere.*

2. *Conseruato est delegatus principis maior quouis ordinario.*

3. *Inhibere potest legato S. Sedis.*
4. *Inhibere non potest in praiudicium eius qui conseruatoriam concessit.*
5. *Conseruator an possit alteri conseruatori inhibere.*
6. *Conseruator procedendo aduersus Episcopos quali prudentia vti debeat.*

1 REspondetur quibuscumque. Et quidem in primis ordinario qualicumque. *cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6. Concil. Trid. sess. 7. cap. 14. de reform. Guiteres lib 3. pract. quaest. cap. 10.* est enim conseruator delegatus principis & eo
2 nomine maior quolibet ordinario. *ca. fanet de officio del. ca. pastoralis § praeterea de offic. ord. Mandos. de inhibitionib. quaest. 5.*

3 Potest praeterea inhibere legato sedis Apostolicae. *Anchar. ibid. Cardinalis Tuscus in suis conclusionibus verb. Conseruatores, Rom. cons. 3. vol. 4. Specul. de legato §. superest num. 48. Lancel. de attentatis part. 2. cap. 20 in praefat. nu. 60. Gomesius Rep. cap. statutum n. 8. de Rescript. in 6.*

4 Non tamen poterit inhibere in praeiudicium eius qui conseruatoriam concessit rationibus alibi allatis. *lib. 1. de iurisdict. ord. in exemptos quaest. 17. numer. 21.*
5 Maior difficultas est an conseruator possit alteri conseruatori inhibere? Respondetur etiam posse si is cui inhibetur aliquo respectu sit inferior seu non habent iurisdictionem parem. Vt etsi conseruator per suam inhibitionem alterũ conseruatorem praeuenisset. *Lancel. de attentatis cap. 20. in praefat. nu. 160. & seqq. & declar quinta eodem capite. Mandosius de inhibitionibus quaest. 4. & 8. de iurisdict. ord. in exempt. quaest. 39. num. 16.*

Si autem controuersia sit inter conseruatorem & ordinarium de iurisdictione, Conseruatoris est cognoscere quia dignior est. *Rom. cons. 412. DD. cap. pastoralis de Rescriptis, DD. l. cum queritur ff. de stat. hom.*

At vero si controuersia vertatur inter duos conseruatores sibi omnino pares & aequales aut causa est vtrimque ad principem seu Pontificem remittenda vti ostendi *d. quaest. 39 num. 161.* vel certe eligendi sunt arbitri qui iurisdictionis hanc quaestionem decernant. *cap. cum contingat. de Rescript. cap. ab arbitris de offic. deleg. in 6.* tantisperque supersedendum dum cognitum sit an & quando conseruator conseruatori possit inhibere. *Rom. d. cons. 412. Lancel. d. cap. 20. in praefat. Mandos. de inhib. quaest. 4. & 8.*

6 Porro inhibendo Episcopis procedendoque aduersus eos vtatur salis mica atque prudentia quam tradit Alexander Quartus. *cap. quia Pontificali de offic. del. in 6.*

QVAEST.

QVÆSTIO DVODECIMA.

Quid si sint plures conseruatores an iniuriatus implorare possit officium eius qui remotior est à domicilio iniuriantis.

SVMMARIVM.

1. *Conseruator qui remotior est à domicilio partium non potest adiri.*
2. *Mens Pontificis est ne partes sumptibus grauentur.*
3. *Mens in priuilegijs praualet scriptura.*
4. *Culpa est facere id quod alteri nocet & sibi non prodest.*

MInime. *Io. Andr. in add. Spec. de officio delegati § sequitur num. 1. super verb. Sed nunquid Emanuel Roderic. quæst. Regul. tom. 1. quæst. 65. art. 8. Peckius de iure sistendi cap. 2. num. 6.* Tum quod ea mens videatur fuisse Pontificis 2 ne damnum proximo inferatur sine causa, *cap. cum paratus 24. quæst. 1. cap. causam de Rescriptis, cap. ex parte 2. de officio deleg. cap. quamuis de in ius vocando, l. si quando C. de inoffic. test.* vti adhuc supra ostendi, *§. 14. Scholio 194.* mens autem in 3 priuilegiis semper præpollet scripturæ, *ca in his vbi gloss. de priuileg. ca. intelligentia, c. præterea de verb. sig. & scripsi infra quæst. 106.* Tum aliis rationibus quas attuli in d. tractatu *lib. 4. quæst. 87.* è quibus hanc depromo in culpa doloque ver- 4 sari eum qui id facit quod sibi non prodest & alteri nocet. *Menoch. libr 1. præs. 4. num 97.* Restringo tamen hanc teoriam nisi conseruator qui vtrique parti magis est ad manum sit impetranti suspectus nolitque subdelegare tunc enim eo postposito licet adire remotiorem etiam cum dispendio partis alterius ordinata enim charitas incipit à se ipso, *can. qui vult de pœnit. dist. 3. l. præses C. de seru. & aqua.*

QVÆSTIO DECIMA TERTIA.

An Conseruatores salarium exigere possint.

SVMMARIVM.

1. *Conseruator non exigit salarium sed expensas quas extra domicilium facit idque nisi obstet consuetudo.*
2. *Munera non potest accipere.*

3. Esculenta & poculenta recipi possunt quæ tribus dietis consumi possunt.
4. Abstinendum à xenijs & muneribus.
5. Merces conseruatorum est participatio in bonis operibus ordinis cuius sunt conseruatores.

1 RESpondetur non posse.*ca.cum ab omni de vita & honest.cler. d.* §. *insuper & d. cap.fin.*§.*circa munera de offic.del.in 6.* Expensas tamen quas extra domicilium facere cogitur exiget.*cap.d.cum ab omni,* in quibus non tenebitur deducere eas quas domi esset facturus. *gloss.d* §.*insuper verb.moderat.us.*licet aliud in ordinario obtineat. § *illud autem auth.de manda principum* , id quod cum mica hac salis est intelligendum nisi obstet consuetudo nam tunc poterit exigere sportulas moderatas. *Vestrius in praxi Romana lib.7.cap.1.num.13.Card.Clem.statutum de elect.Iason.*§.*Tripti num.46.instit.de act.* Quæ librandæ & iusta trutinæ pensandæ sunt ex causæ qualitate ac loci consuetudine.*gloss.d* § *assessorem arg.l.1.* §. *in honorarijs ff.de varijs & extraord.*

2 Porro munera accipere nullo modo possunt quæ si accipiant restitutioni sunt obnoxij vti ex professo tractat Nauarrus *de datis & promissis pro instit.vel gratia.* sacra enim scriptura munerum corruptelam detestatur.*Eccles.cap.20.vers.30.cap.40.vers.14.Deuter. 16.* Sed & ethnicorum schola quibus non incognita adagia Bouem habere in lingua Hastis argenteis pugnare Argentaginem pati de quibus Erasmus in chiliad. Aulus Gellius,*lib.noct.att.9 c.9.& 10.*Imo & Poetæ.

Munera crede mihi excæcant hominesque Deosque
Placatur donis Iuppiter ipse datis
Quid faciet sapiens stultus quoque munere gaudet
Ipse quoque accepto munere mitis erit.

3 Excipiunt tamen Doctores nostri esculenta & poculenta quæ pauculis diebus consumi possunt.*d.cap statutum* §.*insuper de rescript.in 6.l.plebis cito ff.de offic.præsidis,l.solent* § *non vero in totum ff.de offic.proconsulis,*atque id quidem non indistincte sed cum mica salis Imperatorum Seneri & Antoni.*in l.solent de offic.proconsul.*

Neque omnino neque semper neque ab omnibus
Sed quot diebus eiusmodi esculenta circumscribemus.

Doctores ijdem circumscribunt tribus diebus consumenda. *Menoch.de arb. iud. casu 517.num.9 Farinac.in pract.crim.quæst.111.art. 10.nu. 260 Greg.13.in sua constit.* alij iudicantis arbitrio & conscientiæ timoratæ relinquunt qui id ex dignitate conseruatoris eiusque familiæ trutinabit.*Spec.de Salar.iud.num.5.Farin.d.art.10. num.258.l.pen.C.de fabricens.lib.11.cap.licet de priuileg.in 6.*

4 Ego vero censuerim xeniis plane abstinendum. Nam beneficium accipere libertatem est vendere inquit Publius.Deinde prudens & aristachus iudex facile circumspicit nisi talpa sit cæcior non alio fine xeniis se peti quam vt demulcea-

ceatur cenſeturque iuxta illud Poetæ:

Munera crede mihi miſit ſed miſit in hamo
Et piſcatorem piſcis amare poteſt.

Item:

Cum me captabas, mittebas xenia nobis
Iam cum cœpiſti mittis auare nihil
Vt captum teneas capto quoque munera mitte
De cauea fugiat ne male pactus aper.

Conſiderareque debent conſeruatores pro iuſtitiæ mercede repoſitam eſſe 5
mercedem & proemium in cœlis. Idque maxime conſeruatoribus regularium qui loco retributionis omnibus priuilegijs & gratijs ſpiritualibus conceſſis ordinibus quorum ſunt conſeruatores perfruuntur, eiſque bonorum merita quæ in ordine fiunt etiam communicantur, quibus etiam ſemel in vita & in morte plenaria omnium peccatorum indulgentia conceditur, cum facultate conſequendi omnes & ſingulas indulgentias peccatorumque remiſſionis diebus ſtationum Eccleſias vrbis & extra muros viſitantibus conceſſas recitando quinquies orationem dominicam cum angelica ſalutatione veluti priuilegio Iulij cautum eſſe refert Ioannes Baptiſta Confettius, *de priuilegiis ordinum mendicantium & non mendicantium part. 2. tit. 4. cap. 9. in fine fol. 355.*

QVÆSTIO DECIMA QVARTA.

Aſſeſſores conſeruatorum an ſalaria exigere poterunt.

SVMMARIVM.

1. *Aſſeſſores conſeruatorum exigunt ſalaria.*
2. *Salarium vnde dicatur.*
3. *Sportulæ qualiter ſunt metiendæ.*

POterunt. *Specul. lib. 1. tit. de aſſeſſore §. de ſalario aſſeſſoris DD. præcedente quæſtione citati,* ſalarium enim ſecundum Plinium, *lib. 3. hiſtor. Natur.* dicitur 1
à ſale ſine quo ſicut nemo hanc vitam recte traducit ita neque nemo commode ſine ſalario. Nam quod Principibus eſt aurum coronarium. Medicis 2
Iatrea, præceptoribus didacalia, Artificibus epihera, beneficis chariſteria hoc aſſeſſoribus eſt ſalarium ſportularum. *Alciat. l. inter domum ff. de verb. ſignificat.*

Porro ſportulæ de quarum varia ſignificatione varia adfert Cuiacius *in pa-* 3

T *ratit.*

ratit.C.t.t.de sportulis, seu salaria assessorum debent librari & æqua pensari trutina ex qualitate causæ partium conditione præstantia assessoris denique consuetudine loci. *gloss. d.* §. *assessorem argum. l. 1.* §. *in honerariis ff. de varijs & extra ord. cognit.*

QVÆSTIO DECIMA QVINTA.

Notarijs Conseruatorum an salaria debeantur.

SVMMARIVM.

1. *Notarij conseruatorum exigunt salaria.*
2. *Notarijs obstat præsumptio maleuersationis in officio.*
3. *Notarios quis designare possit & quales in causis quæ agitantur.*
4. *Illegitimus & male affectus an possit esse notarius.*

1 NVlla ratio est cur exigere non possint, sed ita ne modum excedant, *d. cap. statutum* §. *notarios Imbert. inst. forens. lib. 1. cap. 6. gloss. verb. Merces.* in quo cum sæpe culpandi sunt. *Imber. d. loco Gail. obs. 104. numer. 6. libr. 1.* ob
2 culpæ frequentiam aduersus eos voracitatis præsumptionem iura induxerunt. *l. 1. C. de numerariis lib. 12. Lucas de Penna l. quemadmodum versiarios C. de agric. & censit. lib 10. per l. pen. C. de priuileg. eorum qui palat. militum, Iacobi in sua practica tit. de actione mandati contraria.*
3 Hinc est quod licet ordinariam habens iurisdictionem imo opinione nonnullorum delegatam. *Aufrerius de potestate Ecclesiæ super laicis num. 27. vers. 35. Spec. de instr. edit.* § *restat. vers. sed quis potest.* notarium creare possit etiam laicum in causis Ecclesiasticis coram se vertentibus. *Hostiensis in summa de fide instrum. num. 3. Abbas cap decernimus num. 14. de iudicijs.* non tamen nisi sit bonæ famæ &
4 legitimo matrimonio procreatus. *Piacecius in praxi Episcopali cap. 4. artic. 1. nu. 40. sisius in aurea armilla verb. tabellio num. 3. Anchar. tract. de potest. Papa.* alioquin eius actis fides non haberetur. *Alex. cons. 8. vol. 2. Marsilijs sing. 273.* quod limitarem nisi esset bonæ famæ & solitus ad eum haberi recursus. *Barth. l. eadem. num. 3. & 4. ff. ad l. iul. repetundarum.* Quid autem de notario excommunicato. *vide remissiue apud Bartholum dicto loco num. 5.* Deinde licet iudex quilibet ordinariam & delegatam habens iurisdictionem possit sibi eligere nuntios & apparitores per quos ius possit administrare. *gloss. & Bald. & quando iudex l. 2. C. de sportulis.* ita tamen dummodo viles & infames non assumant. *Nicolaus Ruickerus* de of-

de officio commissarij in gloss. & verb. assumendo verum fol. 13. Abbas cap. 1. numer. 33. vers. an autem vbi etiam Ripa num. 90. vers. limita de iudicijs.

QVÆSTIO DECIMA SEXTA.

An à Conseruatoribus cadat appellatio & ad quem.

SVMMARIVM.

1. *A conseruatoribus iuriscripti non appellatur nisi adferatur causa obfuscans notorium aut inhibitio superioris aut causa rationabilis.*
2. *Appellari non potest nisi à grauamine vim habente diffinitiua.*
3. *Appellandum à conseruatore deputato à S. Sede ad Papam nisi legati Papæ aliud habeant in facultatibus.*
4. *Subconseruatorum potestas & ad quos ab eorum sententiis sit appellandum.*

1 DIco primo. A conseruatoribus deputatis in terminis iuris scripti qui tantum cognoscant de notorijs appellari non posse. *gloss. cap. 1. de offic. deleg. in 6. Abb. cons. 100. num 3. & 4. part. 1. Cardinalis Tuscus in suis conclusionib. verb. conseruator num. 6. Siluester in summa eodem verbo num. 3.* Quia in notorijs appellari non potest. *cap. cum sit Romana §. sin autem, cap. peruenit, cap. consuluit de appell. in 6. late Farinac. in pract. crim. quæst. 21. num. 117. Maranta de ord. iud. part. 6. actu 2. in decisorijs num. 282.*

Limita 1. nisi adferatur causa obfuscans notorium. *gloss. cap. Romana §. si autem verb. mandetur & ibi doct. præcipue in Monach. num. 13. de appel. in 6. Franc. cap. cum speciali § porro numer. 7. de appell. Farin. in pract. crim. lib. 1. tit. 3 q. 21. n. 118.*

Limita 2. nisi sequatur inhibitio superioris. *DD. d. cap. Romana §. si autem Couarruu. pract. quæst. cap. 15 num. 1. & cap. 23. num. 5. vers. 2. conclusio. Farin. d. quæst. 21. num. 121.* aut appellationi adijciatur causa rationabilis. *Marant. d. n. 282.*

Limita 3. in notorio probationis. *Lancelott. de attentatis cap. 12. limit. 9. n. 22. Far. d. quæst. 21. num. 124.*

Limita 4. in notorio per famam. *Lanc. d. lim 9. n. 22. Far. d. q. 22. n. 125.*

Limita 5. quando quis condemnatur vti de re notoria secus si simpliciter condemnaretur nam tunc condemnatus appellare posset & iudex appellationi deferre teneretur. *d. cap. Romana §. si autem, Salicet. l. ea quidem col fin. C. de accusationibus, Far. d. loco n. 126.*

Limita 6. Licet appellari nequeat à diffinitiua super notorio poterit tamen ap-

QVÆSTIO SEXTA.

An cognoscat de causis matrimonialibus.

SVMMARIVM.

1. *Prælati inferiores possunt causarum arduarum iurisdictionem præscribere.*

RESpondetur negatiue. Quia matrimoniales causæ sunt Episcopales *ca. accedentibus vbi D D. de excess. prælat. Conc. Trid. sess. 24. cap. 20. de Refor.* equiparantur enim matrimoniales causæ criminalibus. *ca. pen. de Rest. in integ. gloss. Barth & DD. l. 3 §. quacumque ff. de iureiurando.* de quibus conseruator non cognoscit. Idque nisi diploma conseruatoriale aliud disponat vti iam quæstione secunda diximus. *arg. cap 2 de officio vicarij in 6.* aut nisi etiam consuetudine vel præscriptione aliud sit iudicatum. *Nauar. cons. 3. num. 4. de offic. del. ca. auditis vbi DD. de præscript. Abb. d. ca. decedentibus nu. 3 vbi etiam apost.* possunt enim Prælati etiam Episcopo inferiores iurisdictionem talium causarum præscribere. *ca. 1. de const. in 6. c. 1. de consang. Couarr in epit. q. 2. cap. 8. § 12. Abb. d. cap. auditis Sayrus in floribus decisionum titul. 17. de offic. deleg. dec. 2. qua de re vide plenius infra quæst. 96.*

QVÆSTIO SEPTIMA.

Conseruatorum iurisdictio an possit prorogari.

SVMMARIVM.

1. *Iurisdictio ad vniuersitatem causarum potest prorogari.*
2. *Item iudicum specialiter deputatorum puta scholarium artificum, &c.*
3. *In actu mixto qualitas præponderans est consideranda.*
4. *Quatuor sunt prorogationis species.*
5. *De prorogatione rei ad rem.*
6. *De prorogatione loci ad locum.*
7. *De prorogatione temporis ad tempus.*
8. *De prorogatione personæ ad personam.*
9. *De prorogatione causarum meri & mixti imperij.*

DE

DE Conseruatoribus deputatis ad vniuersitatem causarum dubium non non est iurisdictio enim ad vniuersitatem causarum delegata potest pro- 1 rogari. *Abb.cap.de causis de offic.del. Menoch.de arb iud. quæst.67.nu 54. Abbas cap.1.& 9.num.5.vbi Felin.num.6.vers.sexto fallit de iudiciis.* quia iudices ad vniuersitatem causarum delegati ordinarijs æquiparatur. *late Fel.cap qualiter & quando de accusat.gloss.cap.cum causam de appell. Abbas cap.P.& G.numer.5. de offic.delegat.* confirmo id ex ijs quæ libro de iurisdictione ordinarij in exemptos primo *quæst. 45.* adduxi arguendo ab habentibus iudices speciales ad hanc ex- 2 emptionum materiam. Sicut enim iurisdictio fisci prorogari potest. *l.1.C.de iurisd.om.iud.iudicum.* ac iudicum v.g. artificij lanæ est prorogabilis. *afflictus de 27.* item iudicum scholarum. *Neuisan.cons.35.num.10. Barth.l.1.nu.8 ff.de iudic. Abb. d.cap.P.& G num.14.* ita & conseruatorum Æquiparatorum enim eadem est ratio & iuris dispositio. *Præses in locis loco ab æquiparatis.* & ita hac in quæstione concludit Innocentius. *cap.1.num.7.de offic.del.in 6.vbi Ioan. Andr. numer. 9. & Geminianus.* Neque dum ita concludo immemor sum eius sententiæ quam alio in loco comprehensus sum. *de iurisdict.ord.in exempt.lib.2.quæst.11.* Iudices nimirum exemptorum prorogari non posse. Etenim Imbertus quem eo loco in autoritatem adduxi intelligendus est de iudicibus singularibus personis & causis delegatis non vero de deputatis ad vniuersitatem causarum quales magis ordinarijs quam delegatis comparantur. *Nauar. cons.3.de offic.deleg. Abb.cap.P.& G.num.5.de offic.deleg.* & propterea ordinariorum naturam quorum iurisdictio prorogabilis est induentes eiusmodi delegatorum iurisdictionem prorogabilem esse etiam dicendum est. *arg.l.cum queritur vbi DD.ff.de statu hominum.* nam 3 & iuxta notabilem illam iuris teoriam in omni actu & dispositione qualitas causæ quæ præponderat in actu mixto semper est attendenda. *DD.d.l.cum queritur Cranetta ad Rubr.ff.de legatis num.152. Abb.cap.1.de Rescriptis Rebuffus de priuilegijs scholarium priuilegio 105.*

Cum autem varie sint prorogandæ iurisdictionis species scilicet. 1. de re ad 4 rem. 2. de loco ad locum. 3. de tempore ad tempus. 4. de persona ad personam. Quæstio est an his in singulis speciebus conseruatorum seu iudicum exemptorum iurisdictio possit prorogari. Paucis vt ad singulas prorogationum species respondeam. Quo ad primam quæ est de re ad rem verbi gratia si iudex non pos- 5 sit cognoscere nisi de summa certæ quantitatis licebit partibus si velint prorogare & consentire vt cognoscat de summa maioris quantitatis. *l.si idem cum eodem.l.cum quadam §.quoties ff.de iurisdict.om.iud.l.de qua re §.1.ff. de iud. Bald.l.si qui ex consensu C.de Episc.audient. Abb.cap.P.& G.num.12.de offic.de leg. Marant. d dist.12.num.3.* Idque nisi iudex deputatus sit cum dictione taxatiua vti superius ostendi. *§.Scholio 157.*

6 Quo vero ad secundam speciem quæ est de loco ad locum quæstio controuersa est, an prorogatio fieri possit. Affirmatiuam tuetur. Barth. *in l. quaero ff. de solut. Alex. & DD. l. fin. ff. de iuris. om. iud. Abb. d. cap. P. & G. num. 14. & 15.* ita tamen si iudex istius loci consentiat vti plenius explicat Maranta. *d dist. 12. num. 3. vers. exemplum de quarta. Abb. d num. 14. & 15.* at vero negatiuam quod hac in specie prorogatio non admittitur tenet Baldus *in l. 1. vers. 3. quero c. de iurisd om. iud. & in d. l. si quis ex consensu.*

7 Quoad tertiam speciem prorogationis de tempore ad tempus hoc est an iudices habentes iurisdictionem limitatam ad certum tempus possint consentientibus partibus eam post tempus exercere. Respondetur posse nisi coram eiusmodi iudicibus prorogatio sit prohibita. *l. 2 §. sed si iudex ff. de iudiciis. Marant d. dist. 12. num. 3. vers exemplum de tertia. cap. de causis vbi DD. de offic. del. Abb. cap. P. & G. num. 12. eod. tit.* idque dummodo prorogatio non extendatur in tempus successoris in iurisdictione. *Abb. d. loco.*

8 Postremo quoad quartam speciem prorogationis de persona ad personam & hæc permissa est. *lib. 1. & 2. ff de iudiciis, l. si conuenerit de iurisdict. om iud. Maranta d. dist. 12. num. 5.* Licet autem Abbas *in d cap. P. & G. num. 5. & 13. de offic. deleg.* sentiat in delegato prorogationem de persona ad personam admitti non posse libentius tamen descendo in opinionem Innocentij in *cap. 1. num. 7. de offic. del.* Felin. *d. cap. P. & G.* Glossæ *l. 1. ff. de indic.* cuius autoritatem cœteris præponderare testatur Antonius Corsetus *Tract. de autoritate glossæ.* idque quia conseruatores & iudices exemptorum plerumque sunt ad vniuersitatem causarum deputati quæ cum ad instar iurisdictionis ordinariæ censeatur. *gloss. cap. cum causam de appell. Hostiens. cap. quoniam Abbas de offic del. Abb. cap. P. & G. num. 5.* consequens etiam est vt eiusmodi iurisdictio quæ instar ordinariæ censetur prorogabilis sit ad instar ordinariæ de personis iurisdictioni subiectis ad personas extraneas iurisdictioni alioquin non subiectas. *L. 1. & 2. ff. de iud. L. 1. C. de iurisd. om. iud. cap. significasti de foro comp. Abb. d. cap. P. & G. nu. 13. in fine.*

9 Quid autem de prorogatione causarum meri & mixti imperij item in specie criminalium spiritualium beneficialium nec non de prorogatione tacita plenioris est examinis de qua materia videri poterit Abbas *d. cap. P. & G. n. 15.*

QVÆSTIO OCTAVA.

An Conseruatores procedere possint in ferijs.

SVM-

SVMMARIVM.

1. *Feriæ sunt duplicis speciei.*
2. *Diuinis & repentinis ferijs renunciari non potest.*
3. *Conseruatores procedunt in ferijs rusticis.*

DIstinguo ferias tripartitim in diuinas repentinas & rusticas hominum fauore introductas, Diuinæ feriæ sunt quæ diuini cultus gratia sunt introductæ. Repentinæ vero quæ nec opinato indicuntur vt puta propter publicam aliquam lætitiam aut etiam tristem aliquem casum. Rusticæ quæ publicæ vtilitatis causa videlicet messium aut vindemiarum gratia conceduntur. *Spec. de ferijs.* Diuinis & repentinis prenunciari non potest & proinde conseruatores in istis ferijs procedere non poterunt. *Spec. de ferijs.* At vero in ferijs rusticis procedere poterunt etiam partibus inuitis si diplomati conseruatoriali insit (vt plerumque inest) facultas procedendi de plano siue figura iudicij, hæ enim clausulæ facultatem implicant procedendi in feriis. *Guido de Rescriptis numer. 10. Barth. l. nec quicquam §. de plano de offic. procons. Paris. de puteo de S. iudicatur verb. feriæ. Clem. sæpe de verb. signif.* confirmatur. Quia conseruatores cessantibus dictis clausulis possent cognoscere de interdicto recuperanda quod ferijs impediri non potest. *Capell. Tholos. quæst. 159.* vt etsi quæstio esset de iniuriatam atroci quæ celari non posset. *l. eadem de ferijs. Alciat. lib. 1. de verb. sig.* 1 2 3

QVÆSTIO NONA.

An conseruatores habeant tribunal.

SVMMARIVM.

1. *Tribunal quid sit.*
2. *Delegati non habeant tribunal.*
3. *Conseruatores extra locum conseruatorialem ius non dicunt.*

SI proprietatem elegantiamque verbi Tribunal quam latinitatis vindex Budens in *annotat. ad pandectas l. 1. ff. de iudicijs.* descripsit teneamus non habebit. Quia tribunal locus est in quo ordinarij ius solent reddere proinde cum conseruatores proprie non sint ordinarii tribunal proprie non possunt dici habere. *Conc. Trid. sess. 14. cap. 5. de Reform. l. pen. ff. de iust. & iure. Cagnolus d. l. 1.* 1

num.25.& 39. vbi & Barth.ff. de iud. vt nec delegati dicuntur habere tribunal.
2 *Cagnol.& Barth.d.loco. Albericus in dictionario verb.tribunal.* cum itaque conseruatores non habeant tribunal seu certum locum more maiorum dictioni iuris designatum si locum aliquem elegerint poterunt postea pro re nata aut impedimentis emergentibus mutare. *Barth.d.l.1.num.8. cap.statuimus de offic.del.in 6.*
3 *Clem.1.de foro com.* Si modo tamen fines diœcesis ad cuius tutelam seu conseruationem sunt designati non egrediatur nec enim id possunt. *cap.fin.§.conseruatores & §.fin.de offic.del.in 6. Aufrerius de potestate Ecclesiæ super laicis num.9.vers. vndecimo potest. Fel.cap.nonnulli num.1.de Rescriptis.* Idque nisi obstet diploma conseruatoriale eoque sensu Concilio hanc quæstionem cum iis quæ dicta sunt quæst. 1.

QVÆSTIO DECIMA.

An Conseruator possit tanquam suspectus recusari.

SVMMARIVM.

1. *Conseruator recusari non potest nisi sit ad vniuersitatem causarum.*
3. *Conseruator qui de notorio cognoscit an possit recusari.*
4. *Ritus recusandi conseruatores.*
   Arbitri quales esse debeant.
5. *Conseruator suspectus an possit alteri causam subdelegare.*
   Delegatus principis potest subdelegare.
6. *Subdelegare an possit dum cognoscitur de causa recusationis.*
7. *Subdelegatus à conseruatore an recusari possit.*

1 Respondi in toties iam citatu tractatu nostro de iurisdictione ordinar. in exemptos *lib.1.quæst 39.num.33.* recusari non posse. *Innocent.d.cap.1.nu.4. & DD.ibid de offic.del in 6.Syluester verb.conseruator numer.5.Canalc.dec.33.num.15.part.2.* declaro tamen non præcedere in conseruatoribus ad vniuersitatem causarum aut cum indagine iudiciali procedentibus idque arguendo à delegatis ad conseruatores quod esse validum iam quæstione quarta ostensum est. *Clem sæpe verb. declaratio de verb.sig. Lancel.de attent. part. 2. cap.5. numer. 64. VVamesius cons.181.de appell.tom.1.*

Declaro 2.vt conseruator qui de notorio cognoscit cuius pœna non est certa sed arbitraria possit etiam recusari. *Milis in repert.vers. iudex non potest recusari fol.111.& verb.notorium fol.278. vbi distinguit gloss.cap.1.de offic.deleg.in 6. Anton. cap.*

cap.cum speciali vers.oppono quod non possit de appellationibus.

Quo ritu autem conseruator sit recusandus Concilium Tridentinum ostendit. *sess.14.cap.5. de Reform.* & Doctores *cap.cum speciali de appellat.* Paucis arbitri à recusante debent denominari intra dies tres à die suspicionis allegatæ alioquin processus iudicis recusati subsistit. *Caual. dec.28.nu.97.& seqq part.2.l.fin.C. de iudic.pract.papiensis in forma libell.declinat.iudiciis.gloss.verb. iudicea suspectum nu. 5.* citata in hunc finem parte aduersa.*pract.papiensis d.loco.* Debent autem arbitri esse de iurisdictione iudicis recusari. *Spec.de recus.§.effectus autem numer.1. Caualc. vbi supra num. 110.* qui statuet eis tempus intra quod quæstionem suspicionum definiat.*Spec.d §.effectus nu.13.cap.legitima vbi DD.de app. in 6.* 4

Sed an conseruator recusatus poterit alteri causam subdelegare Wamesius respondit posse. *Cons.181.num 3.& 4.de appellat.tom.1.DD.cap. iudex de offic.del. in 6.* Tum quia delegatus principis potest subdelegare. *d.cap. iudex DD. cap. cum speciali de appellat.* Tum quia conseruatores ad vniuersitatem causarum deputati ordinariis æquiparantur. *VVames.d.cons.181.num.7.* qui si recusentur possunt causam alteri subdelegare. *cap.si quis contra de foro competent. gloss. d. cap. cum speciale verb.recusatoris dec.Thol.355. Federicus de Senis cons.24. Franc.d.cap.iudex num.5.* 5

An autem dum de causa suspicionis cognoscitur subdelegare possit vide Wamesium *d cons.181.& Philip. Franc.d.cap.iudex Barth. Brixiensem in dominicalib. quæstionibus quæst.74.vol.Oce.17.fol.31. vbi dicit ante propositam recusationem subdelegare posse sed ea pendente an possit, vide ibidem d.nu.4.apud VVamesium.* 6

Quid porro dicendum sit de subdelegato à conseruatore an is recusari possit respondetur ex capite conseruatoris delegantis recusari nó posse sed bene ex proprio subdelegati capite vtpote aliqua legitima ex causa eius caput seu personam concernente. *Bartholomeus Brixiensis dominicali quæst.74. VVames.d.cons. 181.* cœtera huius farinæ pleniore manu discussa reperientur apud Caualcanum Speculatorem & alios hic laudatos. 7

QVÆSTIO VNDECIMA.

Conseruatores quibus possint inhibere.

SVMMARIVM.

1. *Conseruatores possunt quibuscumque inhibere.*
2. *Conseruato est delegatus principis maior quouis ordinario.*

3. Inhibere potest legato S. Sedis.
4. Inhibere non potest in praeiudicium eius qui conseruatoriam concessit.
5. Conseruator an possit alteri conseruatori inhibere.
6. Conseruator procedendo aduersus Episcopos quali prudentia vti debeat.

1 RESpondetur quibuscumque. Et quidem in primis ordinario qualicumque. *cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6. Concil. Trid. sess. 7. cap. 14. de reform. Guiteres lib 3. pract. quaest. cap. 10.* est enim conseruator delegatus principis & eo
2 nomine maior quolibet ordinario. *ca. fanes de officio del. ca. pastoralis § praeterea de offic. ord. Mandos. de inhibitionib. quaest. 5.*

3 Potest praeterea inhibere legato sedis Apostolicae. *Anchar. ibid. Cardinalis Tuscus in suis conclusionibus verb. Conseruatores, Rom. cons. 3. vol. 4. Specul. de legato § superest num. 48. Lancel. de attentatis part. 2. cap. 20. in praefat. nu. 60. Gomesius Rep. cap. statutum n. 8. de Rescript. in 6.*

4 Non tamen poterit inhibere in praeiudicium eius qui conseruatoriam concessit rationibus alibi allatis. *lib. 1. de iurisdict. ord. in exemptos quaest. 17. numer. 21.* Maior difficultas est an conseruator possit alteri conseruatori inhibere? Res-
5 pondetur etiam posse si is cui inhibetur aliquo respectu sit inferior seu non habent iurisdictionem parem. Vt etsi conseruator per suam inhibitionem alterũ conseruatorem praeuenisset. *Lancel. de attentatis cap. 20. in praefat. nu. 160. & seqq. & declar. quinta eodem capite. Mandosius de inhibitionibus quaest. 4. & 8. de iurisdict. ord. in exempt. quaest. 39. num. 16.*

Si autem controuersia sit inter conseruatorem & ordinarium de iurisdictione, Conseruatoris est cognoscere quia dignior est. *Rom. cons. 412. D D. cap. pastoralis de Rescriptis, D D. l. cum queritur ff. de stat. hom.*

At vero si controuersia vertatur inter duos conseruatores sibi omnino pares & aequales aut causa est vtrimque ad principem seu Pontificem remittenda vti ostendi *d. quaest. 39 num. 161.* vel certe eligendi sunt arbitri qui iurisdictionis hanc quaestionem decernant *cap. cum contingat. de Rescript. cap. ab arbitris de offic. deleg. in 6.* tantisperque supersedendum dum cognitum sit an & quando conseruator conseruatori possit inhibere. *Rom. d. cons. 412. Lancel. d. cap. 20. in praefat. Mandos. de inhib. quaest. 4. & 8.*

6 Porro inhibendo Episcopis procedendoque aduersus eos vtatur salis mica atque prudentia quam tradit Alexander Quartus. *cap. quia Pontificali de offic. del. in 6.*

QVAEST.

QVÆSTIO DVODECIMA.

Quid si sint plures conseruatores an iniuriatus implorare possit officium eius qui remotior est à domicilio iniuriantis.

SVMMARIVM.

1. Conseruator qui remotior est à domicilio partium non potest adiri.
2. Mens Pontificis est ne partes sumptibus grauentur.
3. Mens in priuilegijs praeualet scripturae.
4. Culpa est facere id quod alteri nocet & sibi non prodest.

Minime. *Io. Andr. in add. Spec. de officio delegati § sequitur num. 1. super verb.* 1
Sed nunquid Emanuel Roderic. quaest. Regul. tom. 1. quaest. 65. art. 8. Peckius de iure sistendi cap. 2. num. 6. Tum quod ea mens videatur fuisse Pontificis 2
ne damnum proximo inferatur sine causa, *cap. cum paratus 24. quaest. 1. cap. causam de Rescriptis, cap. ex parte 2. de officio deleg. cap. quamuis de in ius vocando, l. si quando C. de inoffic. test.* vti adhuc supra ostendi, *§. 14. Scholio 194.* mens autem in 3
priuilegiis semper praepollet scripturae, *ca in his vbi gloss. de priuileg. ca. intelligentia, c. praeterea de verb. sig. & scripsi infra quaest. 106.* Tum aliis rationibus quas attuli in d. tractatu *lib. 4. quaest. 87.* è quibus hanc depromo in culpa doloque versari eum qui id facit quod sibi non prodest & alteri nocet. *Menoch. libr. 1. praes. 4.* 4
num. 97. Restringo tamen hanc teoriam nisi conseruator qui vtrique parti magis est ad manum sit impetranti suspectus nolitque subdelegare tunc enim eo postposito licet adire remotiorem etiam cum dispendio partis alterius ordinata enim charitas incipit à se ipso, *can. qui vult de poenit. dist. 3. l. praeses C. de seru. & aqua.*

QVÆSTIO DECIMA TERTIA.

An Conseruatores salarium exigere possint.

SVMMARIVM.

1. Conseruator non exigit salarium sed expensas quas extra domicilium facit idque nisi obstet consuetudo.
2. Munera non potest accipere.

3. Escu-

3. Esculenta & poculenta recipi possunt quæ tribus dietis consumi possunt.
4. Abstinendum à xenijs & muneribus.
5. Merces conseruatorum est participatio in bonis operibus ordinis cuius sunt conseruatores.

1 RESpondetur non posse.*ca.cum ab omni de vita & honest.cler. d. §. insuper & d. cap.fin.§.circa munera de offic.del.in 6.* Expensas tamen quas extra domicicilium facere cogitur exiget.*cap.d.cum ab omni,* in quibus non tenebitur deducere eas quas domi esset facturus. *gloss.d.§.insuper verb.moderatus.*licet aliud in ordinario obtineat. § *illud autem auth.de manda principum* , id quod cum mica hac salis est intelligendum nisi obstet consuetudo nam tunc poterit exigere sportulas moderatas. *Vestrius in praxi Romana lib.7.cap.1.num.13.Card.Clem.statutum de elect.Iason.§.Tripti num.46.instit.de act.* Quæ librandæ & iusta trutinæ pensandæ sunt ex causæ qualitate ac loci consuetudine.*gloss.d § assessorem arg.l.1. §. in honorarijs ff.de varijs & extraord.*

2 Porro munera accipere nullo modo possunt quæ si accipiant restitutioni sunt obnoxij vti ex professo tractat Nauarrus *de datis & promissis pro instit.vel gratia.* sacra enim scriptura munerum corruptelam detestatur.*Eccles.cap.20.vers.30.cap. 40.vers.14. Deuter. 16.* Sed & ethnicorum schola quibus non incognita adagia Bouem habere in lingua Hastis argenteis pugnare Argentaginem pati de quibus Erasmus in chiliad. Aulus Gellius,*lib.noct.act.9 c.9.& 10.*Imo & Poetæ.

Munera crede mihi excæcant hominesque Deosque
Placatur donis Iuppiter ipse datis
Quid faciet sapiens Stultus quoque munere gaudet
Ipse quoque accepto munere mitis erit.

3 Excipiunt tamen Doctores nostri esculenta & poculenta quæ pauculis diebus consumi possunt.*d.cap Statutum §.insuper de rescript.in 6.l.plebis cito ff.de offic.præsidis,l.solent § non vero in totum ff de offic.proconsulis,*atque id quidem non indistincte sed cum mica salis Imperatorum Seueri & Antoni.*in l.solent de offic.proconsf.*

Neque omnino neque semper neque ab omnibus
Sed quot diebus eiusmodi esculenta circumscribemus.

Doctores ijdem circumscribunt tribus diebus consumenda. *Menoch.de arb. iud. casu 517.num.9 Farinac.in pract.crim.quæst.111.art. 10.nu. 260 Greg.13.in sua constit.* alij iudicantis arbitrio & conscientiæ timoratæ relinquunt qui id ex dignitate conseruatoris eiusque familiæ trutinabit.*Spec.de Salar.iud.num.5, Farin.d.art.10. num.258.l.pen. C.de fabricens.lib.11.cap.licet de priuileg.in 6.*

4 Ego vero censuerim xeniis plane abstinendum. Nam beneficium accipere libertatem est vendere inquit Publius.Deinde prudens & aristachus iudex facile circumspicit nisi talpa sit cæcior non alio fine xeniis se peti quam vt demulcea-

ceatur censeturque iuxta illud Poetæ:

Munera crede mihi misit sed misit in hamo
Et piscatorem piscis amare potest.

Item:

Cum me captabas, mittebas xenia nobis
Iam cum cœpisti mittis auare nihil
Vt captum teneas capto quoque munera mitte
De cauea fugiat ne male pactus aper.

Considerareque debent conseruatores pro iustitiæ mercede repositam esse mercedem & proemium in cœlis. Idque maxime conseruatoribus regularium qui loco retributionis omnibus priuilegijs & gratijs spiritualibus concessis ordinibus quorum sunt conseruatores perfruuntur, eisque bonorum merita quæ in ordine fiunt etiam communicantur, quibus etiam semel in vita & in morte plenaria omnium peccatorum indulgentia conceditur, cum facultate consequendi omnes & singulas indulgentias peccatorumque remissionis diebus stationum Ecclesias vrbis & extra muros visitantibus concessas recitando quinquies orationem dominicam cum angelica salutatione veluti priuilegio Iulij cautum esse refert Ioannes Baptista Confettius, *de priuilegiis ordinum mendicantium & non mendicantium part. 2. tit. 4. cap. 9. in fine fol. 355.* 5

QVÆSTIO DECIMA QVARTA.

Assessores conseruatorum an salaria exigere poterunt.

SVMMARIVM.

1. *Assessores conseruatorum exigunt salaria.*
2. *Salarium unde dicatur.*
3. *Sportulæ qualiter sunt metiendæ.*

POterunt. *Specul. lib. 1. tit. de assessore §. de salario assessoris DD. præcedente quæstione citati,* salarium enim secundum Plinium, *lib. 3. histor. Natur.* dicitur 1
à sale sine quo sicut nemo hanc vitam recte traducit ita neque nemo commode sine salario. Nam quod Principibus est aurum coronarium. Medicis Iatrea, præceptoribus didascalia, Artificibus epihera, beneficis charisteria hoc assessoribus est salarium sportularum. *Alciat. l. inter domum ff. de verb. significat.* 2

Porro sportulæ de quarum varia significatione varia adfert Cuiacius *in paratit.* 3

T

de officio commissarij in gloss. & verb. assumendo verum fol. 13. Abbas cap. 1. numer. 33. vers. an autem vbi etiam Ripa num. 90. vers. limita de iudicijs.

QVÆSTIO DECIMA SEXTA.

An à Conseruatoribus cadat appellatio & ad quem.

SVMMARIVM.

1. *A conseruatoribus iuriscripti non appellatur nisi adferatur causa obfuscans notorium aut inhibitio superioris aut causa rationabilis.*
2. *Appellari non potest nisi à grauamine vim habente diffinitiua.*
3. *Appellandum à conseruatore deputato à S. Sede ad Papam nisi legati Papæ aliud habeant in facultatibus.*
4. *Subconseruatorum potestas & ad quos ab eorum sententiis sit appellandum.*

1 DIco primo. A conseruatoribus deputatis in terminis iuris scripti qui tantum cognoscant de notorijs appellari non posse. *gloss. cap. 1. de offic. deleg. in 6. Abb. cons. 100. num. 3. & 4. part. 1. Cardinalis Tuscus in suis conclusionib. verb. conseruator num. 6. Siluester in summa eodem verbo num. 3.* Quia in notorijs appellari non potest. *cap. cum sit Romana §. sin autem, cap. peruenit, cap. consuluit de appell. in 6. late Farinac. in pract. crim. quæst. 21. num. 117. Maranta de ord. iud. part. 6. actu 2. in decisorijs num. 282.*

Limita 1. nisi adferatur causa obfuscans notorium. *gloss. cap. Romana §. si autem verb. mandetur & ibi doct. præcipue in Monach. num. 13. de appel. in 6. Franc. cap. cum speciali § porro numer. 7. de appell. Farin. in pract. crim. lib. 1. tit. 3 q. 21. n. 118.*

Limita 2. nisi sequatur inhibitio superioris. *DD. d. cap. Romana §. si autem Couarruu. pract. quæst. cap. 15 num. 1. & cap. 23. num. 5. vers. 2. conclusio. Farin. d. quæst. 21. num. 121.* aut appellationi adijciatur causa rationabilis. *Marant. d. n. 282.*

Limita 3. in notorio probationis. *Lancelott. de attentatis cap. 12. limit. 9. n. 22. Far. d. quæst. 21. num. 124.*

Limita 4. in notorio per famam. *Lanc. d. lim 9. n. 22. Far. d. q. 22. n. 125.*

Limita 5. quando quis condemnatur vti de re notoria secus si simpliciter condemnaretur nam tunc condemnatus appellare posset & iudex appellationi deferre teneretur. *d. cap. Romana §. si autem, Salicet l. ea quidem col fin. C. de accusationibus, Far. d. loco n. 126.*

Limita 6. Licet appellari nequeat à diffinitiua super notorio poterit tamen

appellari ab illius declaratoria. *Fel. cap. Rodolphus col pen. vers. & appellari potest de rescriptis. Lancel. d. lim. 9. n. 13.*

2 Dico secundo, à conseruatore appellari non posse nisi à grauamine vim habente diffinitiue. *Conc. Trid. sess. 24. cap. 20. in quam rem conferunt ea quæ fuse supra attuli Scholio 185.*

3 Dico 3. à conseruatore deputato à S. Sede appellandum ad Papam & non ad alium inferiorem etiamsi esset legatus à latere. *Card. Truscus d. verb. conseruator num. 6. Anchar. cons. 132. Ruinius cons. 3. lib. 4. scripsique lib. 1. de iurisdict. ord. in exempt. quæst. 39. Io. Baptista Confettus de priuileg. ord. part. 2. tit. 4. de officio conseruat. vers. præterea in fin. fol. 353.* adeo vt contraria consuetudo non valeat. *Ruinius d. loco. Mandos. de inhibit. quæst. 4. num. 10.*

Declaro tamen id non obtinere si legatus ne dum à latere sed quispiam illius inferior habeat in suis facultatibus cognitionem appellationem à conseruatoribus interpositarum vti nunc habet Reuerendissimus.

4 Quid autem respondendum sit de subconseruatoribus late & docte explicatum relinquit Nicolaus Belloneus antiquus Academiæ Dolanæ antecessor in quæstione quam anno 1548. mouit atque typis mandauit quam hic pro autoris ac materiæ raritate eius conceptis verbis recensebo.

QVÆSTIO SVBALTERNA.

Ad quem sit appellandum à subconseruatore, Et an à delegato Episcopi possit appellari ad eius officialem generalem vel ad summum Pontificem.

SVMMARIVM.

1. Conseruator censetur index delegatus & num. 8.

2. Appellatur à subdelegati à principe qui totum subdelegauit ad principem non ad subdelegantem.

3. Delegatus ad vniuersitatem causarum equiparatur ordinario.

4. Appellatur à delegato ordinarij ad ipsum ordinarium.

5. Episcopi & eius officialis generalis est vnum & idem tribunal & nu. 22.

6. Conseruatorum quod sint species.

7. Conseruatorum potestas hodie est ampliata.

8. Conseruator quamuis constituatur conseruator & index, non tamen desinit esse conseruator effectus est maxime vt ibi.

9. Conseruator quamuis sit delegatus non est tamen ad vniuersitatem causarum sedi

sed ad generalitatem.

10. *Delegatus ad vniuersitatem generalitatem & particularitatem causarum quis dicatur.*

11. *Inquisitores dicuntur delegati ad generalitatem non ad vniuersitatem causarum.*

12. *Vtilitas est maxima cognoscere an quis sit delegatus ad generalitatem vel vniuersitatem causarum.*

13. *Differentia nulla est inter delegatum ad vniuersitatem vel generalitatem in modo appellandi à suo subdelegato.*

14. *Ratio quare à subdelegato delegati à principe qui totum commisit non appelletur ad delegantem.*

15. *Verba illa autoritate nostra cognoscas vel aequipollentia inserta in rescripto faciunt quem delegatum.*

16. *Iudex ordinarius si eius iurisdictio alteretur per rescriptum efficitur delegatus.*

Conseruator dare potest subconseruatorem.

17. *Delegatus à principe si subdelegando aliquid sibi iurisdictionale reseruat ad eum appellabitur.*

Durum est in minimis causis adire Pontificem.

18. *Delegatus principis suam sententiam exequitur.*

19. *executor non habet iurisdictionem quādo commissio sibi à iudice: secus si iudex efficiatur executor reseruando sibi executionem in delegatione.*

Appellatur ad Pontificem omisso medio L. vt hic.

20. *Appellatur ad Papam omisso medio quod tamen fallit quando appellatur à subdelegato delegati à Papa.*

Legatus repraesentat vices Papae.

21. *Appellatio à subdelegato delegati à Pontifice si interponatur ad Pontificem est nulla.*

22. *Appellatur à delegato Episcopi ad ipsum Episcopum non ad eius vicarium generalem.*

Episcopo suspenso iurisdictio officialis est suspensa.

23. *Officialis generalis non potest se intromittere virtute generalis iurisdictionis de causa semel ab eo exempta.*

24. *Appellationes ascendunt & non descendunt.*

25. *Apellatur à delegato Episcopi ad eius officialem generalem quando Episcopus est absens in loco remoto.*

ACADEMIA Dolana ornata & munita est pluribus & honestis priuilegijs sibi concessis per Martinum Pontificem, vt in eius litteris apparet quae in fronte statutorum almae vniuersitatis habentur. In quibus inter caetera constituit D. Archiepiscopum Bisontinum Conseruatorem dictorum priuilegiorum in amplissima forma, dans sibi potestatem vices suas committendi &c. Nunc D. Archiepiscopus Conseruator solet vices suas committere & alium subconseruatorem instituere in ciuitate Dolana qui ius dicit Scholaribus. Contigit aliquando ab eius sententijs appellari. Fuit dubitatum ad quem deberet appellari. Et potissima ratio dubitandi fuit

fuit quia nonnulli appellare volebant ad officialem generalem ipsius D. Archiepiscopi, quod nolebat admittere subconseruator: Res est delata ad venerandum collegium nostrum in quo diuersæ fuerunt sententiæ. Ego vero cum nunc paululum otij nactus fuerim quo potui maturius omnia perpendere & considerare opere pretium duxi his scriptis comprehendere quid mihi de iure videatur. Tres fuerunt tunc inter eos opiniones, sunt qui sentiebant ad summum Pontificem appellandum, sunt qui ad D. Archiepiscopum, sunt qui etiam ad eius of-
1 ficialem generalem. Quod ad summum Pontificem facit quia Archiepiscopus est conseruator & per consequens delegatus. *gloss. magistra in cap. 1. de offic. deleg. in vi & ibi. Io. And. & Gemin. notant.* & in constitutione subconseruatoris totum subdelegauit vnde sequitur communis conclusio glossarum & doctorum
2 quod quando appellatur à subdelegato delegati à principe qui totum subdelegauit debet appellari ad principem non ad eius delegatum, subdelegantem. Et hoc non habet dubium de iure canonico. *casus est c. super quæstionum* §. *porro extra de offic. deleg. vbi gloss. & Doctor.* Et §. ille procedit etiam de iure ciuili vt vbi notatur, *& Perusi in cap. dilecti extra de appell.* Et in specie quod omisso medio ad Papam appelletur vult gloss. *in ca. dilecti vbi Perus. column. 5. versic. decima limit.* Quod autem sit appellandum ad D. Archiepiscopum conseruatorem suadetur quia licet sit delegatus vt proxime dixi tamen est delegatus ad vniuersitatem
3 causarum. *Gemi. in cap. fin.* §. *officium illo tit. de offic. deleg. in 6.* qui quidem æquiparatur ordinario. *gloss. in cap. cum causam de appell. super verbo delegatus & in l. fin. C. de iudic. & l. si vni alias l. Pompon. ff. de re indica. in gloss. magna circa medium.* præsertim in materia delegationis nam delegare potest vt ordinarius. *gloss. & Doct. in l. à iudic. C. de iud. vbi Ias. late & in l. etsi prætor. ff. de officio eius & in l. solet ff. de iurisdict. om. iud.* & plura alia potest quæ ponuntur per DD. *in d. locis & l. more ff.*
4 *eod. tit. & cumulat aliqua. Perus. in d. cap. cum causam col. antepe.* Sed quando appellatur à delegato ordinarij, est appellandum ad ipsum ordinarium non ad superiorem, *gloss. in d. ca. dilecti in fin. & ibi DD. Barth. in l. 1.* §. *1. prope finem ff. quis & à quo appell.* & hoc est generale vt à delegato appelletur ad delegantem. *Specul. in tit. de appell.* §. *nunc tractemus.* Et hanc partem vt ad Archiepiscopum seu Episcopum delegantem sit appellandum tenet Panor. *in d. c. dilecti.* Quod autem ad officialem possit appellari probatur quia idem est consistorium tribunal Episco-
5 pi & officialis generalis, *c. Romana de appell. in 6.* & ita tenet Bald. *in cap. dilectis filiis col. 111. de appell. Archidia. in cap. 11. de consuetu. in 6.* Et hæc trahebant dominos Doctores collegij in diuersas sententias. Quid modo dicendum est in tanta varietate cum pro qualibet opinione sint fundamenta in seuera & communiter approbata? Pro habenda resolutione præsentis quæstionis examinandum est vnum vnde omnia pendent & quod est cardo in hac difficultate scilicet quam

iuris-

iurisdictionem habeat D. Archiepiscopus ratione conseruatoriæ & hoc tam de iure communi, quam ex literis summi Pontificis. In qua re altius est repetenda 6
materia conseruatorum, quorum tres sunt species, aliqui enim dantur vt aliquos defendant contra latrones, aliqui ad conseruationem priuilegiorum, aliqui vt defendant ab iniurijs & offensis & hi non habent iudicialem cognitionem sed tantum cognoscunt de manifestis & notorijs nec possunt vices suas committere, ista habentur. *in cap. 1. & fi. de officio deleg. in 6. & per gloss. in d. cap. 1.* hodie tamen ampliatur multum eorum potestas per litteras suæ institutionis in quibus solent constitui conseruatores & iudices & dari facultas expediendi per alios quo casu habent postea iudicialem cognitionem & iurisdictionem & literæ conceptæ in hac forma appellantur secundum formam concilij Vienensis. *Io. And. in d c. fin. col. 11. in verbo die tam & ibi gemini in §. conseruatores & idem Ioan. Andr. in additio, specu. in tit. de officio deleg. §. fin. colum antepenult.* Non tamen propterea licet 7
constituatur conseruator & iudex desinit esse conseruator sed remanet conseruator cum hoc adiuncto delegatus quod est huius effectus vt non possit delegare nisi constitutis in dignitate sicuti dicimus in simplici & vero conseruatore. *Vt per Io. And. in addi d. §. fin. & Geminia in d. conseruatores in fi.* & ita est in conseruatoria nostra. Ex his apparet conseruatorem in similibus literis constitutum esse delegatum non ordinarium. *vt per gloss. d. cap. 1. vbi Ioan. And. colum. 11.* 8
& Gemin. 111. not. & Corn. cons. 15. col. 111. Et colligit in hoc proposito vnum generale *Gem. in d. c. per hoc de haret. in 6.* quod quoties commissio fit alicui respectu certi negotij talis dicitur delegatus facit etiam quia eius officium extinguitur morte concedentis nisi aliter sit dictum, *d. c. fin. §. officium Guido Papa cons. 151.* quod conuenit in delegatis, *d. l. more cum sua materia de iurisdict. om. iud.* Confirmatur ex natura tituli sub quo seruatur eorum materia, qui est de officio deleg. *arg. l. imperator. ff. de in diem adiect.* Et censetur delegatus ad vniuersitatem causarum, *vt nota Gemin. in d. §. officium & Imola in cap. licet vndique extra de offic. deleg. Iason. in discursu in d. l. more col. 9.* Sed licet verum sit quod est delegatus 9
tamen in hoc vltimo decipiuntur dum volunt esse delegatum ad vniuersitatem. Nam mouentur solum per text. *in d. §. officium*, per quem probatur, quod est delegatus vt statim induxi, sed quod sit ad vniuersitatem causarum, nullum verbum ibi ex quo hoc colligi possit aut tacite aut expressè. Et ideo dico esse delegatum ad pluralitatem seu generalitatem causarum, non ad vniuersitatem nam communis est theorica doctorum eum dici delegatum ad vniuersitatem cui est 10
commissa pluralitas causarũ respectu territorij puta causæ quæ vertuntur in tali castro villa seu quarterio, Exemplum poni potest in vicario foraneo Episcopi, *vt per gloss. in Clem. & fi princip. de rescript super verbo foraneo, & vbi Card. Alex.* ad generalitatem causarum eum dicunt. cui committantur plures causæ non respectu

spectu territorij sed certarum personarum tantum puta causas vertentes inter Semproinum & Titium. *ita glo. in l. 1. §. 1. ff. quis & à quo app. & in l. solet. de iuris. om. iud. in verbo speciem & Azo. in summa illius titu, Paul. de Castro in l. 11. ff. de offic. eius. Bald. & Sal. in l. à iudice C. de iud. Perus. in d. c. cum causam col. penul. Curt. iunior consil. 11. col. 11.* Cum igitur conseruatoribus committantur causæ respectu personarum non territorij vt puta causæ talis monasterij, causæ viduarum causæ pupillorum causæ scholarum & aliorum suppositorum vniuersitatis qui non recipiunt territorium debent censeri delegati ad generalitatem. *Ias. in d. l. more*
11 *de iuris. om. iud. col 9.* Et ita expresse decidit declarando d. §. officium. *Perus. in d. cap. cum causam col. antepenult. & penult. & Curt. Iunior. in d. l. more col. 11.* simile est in inquisitoribus hæreticæ prauitatis qui sunt delegati respectu hæresi ad vniuersitatem personarum qui non dicuntur ad vniuersitatem sed simplices delegati, *vt per Lappum, Ioan. Andr. Gemin. in c. ne aliqui col 11. de hæreti. in 6. Seuer in d. l. more q. 19. Perus. in d. cap. cum causam col. antepen.* licet de hoc dubitauerit. *Deci.*
12 *in c. causam matrimonij col. penult. extra de offic. delegat.* Et est maxima vtilitas cognoscere an quis sit delegatus ad vniuersitatem causarum an ad generalitatem quia ille in pluribus equiparatur ordinario, *vt per DD. in d. l. more, & Perus. in d. cap. cum causam col. antepen. & dixi supra.* Et licet sint variè & diuersè causæ reputatur vna tantum commissio. *Anton. de But. & Bald in c. licet extra de offic. deleg. Ias. in d. l. more col. 9.* Hic vero æquiparatur particulari delegato quia tot sunt delegationes quot causæ vt declarat Sali. *in d. l. à iudice.* Et bene verum quod licet alias inter hos sit maxima differentia tamen quo ad effectum appellationis de quo nos agimus non curarem an esset delegatus ad vniuersitatem vel generali-
13 tatem quia in modo appellandi non differunt & idem de vtroque iudicatur & à subdelegato etiam delegati ad vniuersitatem causarum quando totam causam commisit appellatur ad superiorem delegantem non ad delegatum cum sit eadem ratio quæ in particulari delegato principis subdelegante totum quia scili-
14 cet nihil iurisdictionis remanet apud eum & sic non potest causa ad eum redire cognoscenda, *vt per gloss. in d. cap. super quæst. §. porro de offic. deleg. & ibi Panor. declarat. & ita vult glo. in d. c. dilecti de appell. vbi Panor. & Bald. & Perus. col. 6. in princ. & 3. quæst. & in d. cap. cum causam colum. antepen.* Et ex his cessat fundamentum quod supra feceram pro domino Archiepiscopo conseruatore Remanet ergo firma conclusio eum esse delegatum & hoc de iure communi. At quoniam hodiernis temporibus multum ampliatur potestas conseruatorum per literas suæ institutionis vt supra ostendi videndum est quam iurisdictionem habeat ex literis summi Pontificis. Et concludas idem vt sit delegatus per duo realia &
15 communem fundamenta. Primo propter illa verba autoritate nostra quæ pluries sunt repetita in dictis literis maxime in ea parte principali vbi dat plenam

& libe-

& liberam eadem autoritate in omnibus licentiam & facultatem. Et quoties princeps committit aliquid cognoscendum vel faciendum, cum hac clausula autoritate nostra, censetur tribuere delegatam iurisdictionem. *Doctor. & Barth. in d. l. more colum. 11. in l. ambitiosa si ff. de decretis ab ord. fac. & in q sua incip. Ad vnantia in fi. quæ canonizata est apud omnes in d. l. more, & in l. §. si quis simpliciter ff. de verb. oblig. Iaf. late in l. ius autem ciuile ff. de iusti. & Iure.* Secundo quia licet ipse D. Archiepiscopus esset iudex ordinarius scholasticorum & suppositorum vniuersitatis, *vt per gloss in Authen. habita C. ne Filius pro Patre vbi Bald. & DD. in l. etsi prætor. ff. de offic. eius.* tamen ex literis istis, est multum ampliata eius potestas 16
vt videri potest vnde sequitur alia communis conclusio quod quando princeps committit aliquid iudici ordinario in quo alias habebat iurisdictionem alterando eius iurisdictionem detrahendo vel ampliando in illa causa commissa iudex ordinarius efficitur delegatus vt habetur per Doctores *in d. l. more. Iaf. in d. l. ius autem, Ang. Alex Socin. Iaso. & quicunque moder in d. § si quis simpliciter in notab.* Stante itaque hoc quid sit delegatus de quo non est aliquo pacto dubitandum sequitur determinatio principalis quæstionis vt ad Pontificem sit appellandum cum totum commiserit. *d. cap. super questio § porro vbi casus.* Durum admodum mihi visum fuit vt propter minimas causas cogerentur litigantes adire summũ Pontificem, nam hoc retraheret eos ab appellando, quod posset dare materiam subconseruatoribus delinquendi in iudicando, videntibus difficultatem in appellando, quinimo hoc noceret ipsi conseruatoriæ, quia clientes videntes posse vexari maximis sumptibus adirent alios iudices ordinarios. Et propterea esset maior honor Reuerendiss. D. Archiepiscopo Bisontino vt causæ appellationum caderent in eius manus. Ideo principaliter in honorem ipsius Reuerendiss. D. & ad vtilitatem tribunalis conseruatoriæ & suppositorum vniuersitatis, qui in eo litigant vlterius consideraui an possit dari aliquis modus & cautela vt appellationes deuoluerentur ad Archiepiscopum, & reperi quod sic. Nam illud quod à subdelegato delegati principis appelletur ad Papam seu Principem procedit vbi delegatus totum commisit & nihil sibi reseruauit quia tunc desijt esse iudex nec posset amplius cognoscere, *vt not. per gl & Panor. in d. § porro,* secus est quan- 17
do aliquid sibi reseruauit quia tunc appellatur ad ipsum delegatum, *d. § porro.* reseruet igitur d. conseruator aliquid quando instituit subconseruatorem & habebit appellationes. Et si modo quæras praxim, id est, quid poterit sibi reseruare. Respondeo quod instituat subconseruatorem cum hac clausula donec duxerit eum reuocandum vel cum alia clausula reseruata sibi executione. Nec obstat si dixeris hæc tua cautela erit inutilis quia supra tenuisti D. conseruatorem esse delegatum sed delegatus non exequitur sententiam. *l. à diuo Pio ff. de re iud. vbi Barthol. & communiter alij ita tenent.* Ad hoc dico conclusionem illam procede-

re in alijs delegatis secus in delegato principis vt est noster quia is sententiam
18 exequitur vt prædicti Doct.concludunt. *in d.l.à diuo Pio. Et est casus in cap.significasti extra de offic.deleg.vbi canonistæ*, non obstat rursus si opponatur ad hoc vt appellatio deuoluatur ad delegatum iuxta terminos d.§. porro non satis est quod delegatus aliquid reseruet sed debet sibi reseruare aliquid iurisdictionis, *vt per Felin.in d.§.porro*, sed executor non habet iurisdictionem, *l. si vt proponis C.de execut.rei iudic.* Hanc difficultatem censit & mouit gloss. *in d.§.porro in ver-*
19 *bo transfert in fine*. Sed eam tollit Panor.fatendo verum esse executorem non habere iurisdictionem quando à iudice committitur nuda executio. Et ita procedit d.l.si vt proponis secus in iudice ipso qui exequitur quoniam habet iurisdictionem. Et tandem de hac cautela non est dubitandum & eam habeas pro verissima quoniam de ea est nunc casus in c.si delegatus, *de offic.deleg.in 6.* iuxta hæc vt euacuentur omnia motiua facta supra in principio pro vtraque parte quæro posito quod adhibita altera ex illis clausulis sit appellandum ad dominum conseruatorem an nihilominus poterit appellari ad summum Pontificem? & videtur quod sic, quia licet gradatim sit appellandum, est tamen speciale in summo Pontifice vt ad eum possit appellari, omisso medio, *ca. ad Romanam 2. quæst.6.gloss.in d.cap.dilecti de appell.vbi omnes maxime Perus.& Dec.* & dixi supra fundando partem Pontificis. Tu teneas contrarium quoniam illa conclusio vt ad Papam appellari possit omisso medio procedit in alijs delegatis subdelegan-
20 tibus secus in delegato Papæ & rationem assignat Panor. *in d.§.porro in fin.& in cap.cum te eod tit. de offic.deleg.* quæ est quia delegatus in hac causa repræsentat personam Papæ, vnde cum appellans habeat iudicium Papæ paratum in personam delegati frustra recurrit ad Papam hanc dicit ipse esse communem opinionem quod verum est nam quam sequi Felin. *in d.§.porro, Gem.in d.c.si delegatus in fin. Perus.in d.c.dilecti col.5.Inno.imo & dec.in d.c.cum te*, & ad ea vera est quod talis
21 interposita ad Papam est nulla si opponatur & sic intellige ope exceptionis item intellige nullam si subdelegatus non admittat appellationem alias admittendo præiudicaret deleganti vt per omnes, *in d. cap. dilecti & dominos de rota decisio 335.incip.si appelletur in nouis.* & ideo caueant subdelegatores vel alias subdelegati ne admittant appellationes ad Pontificem imo potius reijciant ne præiudicent suis superioribus & etiam ipsismet. Nam superior delegans posset ipsos pu-
22 nire, *vt per Gemin.in d.cap si delegatus.* Sed an saltem poterit appellari etiam ad officialem generalem Reuerendiss. Archiepiscopi conseruatoris? Et videtur quod sic cum sit idem consistorium & tribunal Episcopi & eius officialis generalis, *cap Romana de app in 6.* & factum ab eius officiali videtur factum ab Episcopo, *gloss.in cap.1.de capel.monach.in 6.* Et in tantum est connexa eorum iurisdictio quod Episcopo suspecto est suspensa iurisdictio officialis, *gloss. in cap.1.de offi-*

officio vicarij in 6. Et per has & similes rationes hanc partem tenet Archid. *in c. 11. de consuet. in 6. domini de Rota decis. 350. incip. item officialis, Bald. in c. dilectis filijs de appell. col. 3. Perus. in d. cap. dilecti col. 6. q. 2.* at contrario opinio est in iure verior 23
vt ad eum appellari non possit quoniam hæ causæ fuerunt semel è manibus suis exemptæ ex quo alteri fuerunt specialiter commissæ, *c. studuisti de officio deleg.* quod procedit etiam in causa appellationis cum sit eadem causa & de eadem re tractetur, *iuxta nota in l. inuitus C. de procur.* Ideo non debent amplius ad eum redire. Et adeo hoc verum est quod licet decederet delegatus quo casu extinguitur delegatio. *gloss. in §. & hoc vero iubemus in auth. vt nulli iud. in verbo rescriptum.* tamen officialis non posset se intromittere virtute generalis iurisdictionis de 24
causa exempta sed deuoluitur ad superiorem qui delegauit. *Bald. in l. si vt proponis column. pen. C. Quomodo & quando iudex post Archi. per eum allegatum sequitur & comprobat. Ias. in d. l. more col. fin. ff. de iurisdict. om. iud.* Præterea cum hic delegatus sit maior ipso officiali cum repræsentet in hac causa D. Archiepiscopum non potest ad eum appellari quia appellationes ascendunt & hæc est ma- 25
gis communis opinio quam tenet Panor. *in d. cap. dilecti & in cap. si quis contra cleri extra de foro compet. col. 11. Card. Alex. in Clem. 11. in fin. de rescript. Rom. notab. 384. incip. tu habes titulum, Alex. in apost. ad Barth. in l. 1. §. 1. Quis & à quo app. Felin. in rub. extra de offic. deleg. prope finem qui allegat etiam Ioannem And. idem volentem, Deci. in d. c. dilecti in princ. moder. Taurin. in rubr. ff. de officio eius col. 5. vers. 6.* Nec obstant rationes in contrarium allegate quia non potest dici idem tribunal nec idem factum in causis exemptis ita respondet & bene Alex. *in d. apost. ad Barth.* Limita hanc conclusionem communem quando dominus conseruator esset absens in loco remoto, *vt per Panor. & alios in locis supra allegatis.* Et ita omnimodo tenendum est. Hactenus Nicolaus Bellonus. In qua coronidem articuli huic impono. Si tamen prius indigitauero me illi non concedere conseruatores nostros signanter cleri secundarij huius diœcesis Leodiens. censeri debere ad generalitatem causarum sed ad vniuersitatem. Tum quia plus apud me valet autoritas. *Gemin. cap. fin. §. officium de offic. deleg. in 6.* Imolla *cap. licet vndique de hæreticis in 6. Iason. l. more col. 9. ff. de iurisd. om. iud.* & aliorum quos infra allegaui *quæst. 49.* Tum quia hi conseruatores lata quadam interpretatione etiam respectu territorij seu eorum qui in diœcesi sunt conceduntur. *Rol. cons. 33. numer. 44. part. 3. Felin. cap. graue numer. 2. in fine de offic. ordin.* vti ego restringendo quæstionem 49. infra ostendi. Nonnulla alia quæ mihi ab eodem Bellono allata non arrident nolo hic sub acumen calami reuocare.

QVÆSTIO DECIMA SEPTIMA.

Conseruator an dare possit licentiam extrahendi quempiam ex loco sacro.

MInime. Qua de re extat Gregorij constitutio quam descripsi in iam citato tractatu, *lib. 4. quæst. 65.* Quid vero hac in re pari cum Episcopo manu possit vide Emanuelem Roderic. *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 50. art. 5.* & plena manu Farinac. qui Gregorianam illam constitutionem suis commentarijs illustrauit.

QVÆSTIO DECIMA OCTAVA.

An Conseruator exequatur suam sententiam.

SVMMARIVM.

1. *Conseruator exequitur suam sententiam.*
2. *Exequi non potest post annum vti quidam volunt.*
3. *Exequi an possint in bonis laicorum.*

1 RЕspondetur affirmatiuæ, *cap. 1. de offic. deleg. in 6. cap. querenti, cap. significanti, cap. si quando, cap. in litteris eod. tit. Spec. tit. de execut. sent. § nunc dicendum,* idque non tantum per se sed etiam per ordinarium, *cap. cum contingit vbi Nauar. de rescriptis d. cap. significanti d. cap. in literis,* opinione tamen nonnul-
2 lorum non post annum, *d. cap. 1. & d. cap. querenti,* opinione vero aliorum etiam post annum, *l. 1. ff. ne vis fiat ei Neuis cons. 35. num. 7. Abb. cap. pro illorum numer. 11. de præbendis,* idque non obstante remora ordinarij, *cap. si quando de offic. deleg.*
3 *cap. pastoralis §. quia vero eod. tit.* Conclusionis huius ratio est quia delegatus principis sententiam suam exequi potest & quidem si sit Ecclesiasticus in bonis clericorum non vero in bonis laicorum nisi per implorationem brachij secularis, *Vincentius Carocius de Remedijs aduers. damnosas execut. except. 119. Lanfranc. sing. 25. & 27.* quam tamen distinctionem. Speculator non admittit dummodo executio fieri possit sine armis. *Speculat. de primo & 2. decreto §. Restat. num. 1. & 2. vide*

2. vide Rom. l. iubere numero 6. ff. de iurisdict. omn. iudicum, Innocent. cap. cum olim. Papa num. 2. de priuilegijs.

QVÆSTIO DECIMA NONA.

Vtrum Conseruator inuocare possit brachium sæculare.

DE imploratione brachij sæcularis quædam tradidimus alio in loco *de iurisdict. ord. in exemptos lib. 4. quæst. 39. 82. 111 num. 16. 19. 20.* Qui plura volet videat ex professo Franciscum Molinum, *tractat. de brachio sæculari, Nauarrum in Rep. cap. cum contingat, Rom. 1. de Rescriptis Andream Gaill lib. 1. obseru. 115. DD. cap. significanti de offic. deleg. & etiam infra hoc loco quæst. 37.*

QVÆSTIO VIGESIMA.

An mittere poterit in bonorum possessionem.

SVNT asserentes & negantes sententia vti videre est ex ijs quæ tradidi, *dicta quæst. 11. numero 22. & seqq.*

QVÆSTIO VIGESIMA PRIMA.

Num Conseruator absoluere possit à censuris.

SVMMARIVM.

1. *Conseruator absoluit à censuris à se latis nisi superior conseruator absolutionem sibi reserua esset aut illius iurisdictio expira esset.*
2. *Limita nisi Papa excommunicationem confirmasset.*
3. *Confirmatio Papæ quid operetur.*
4. *Conseruatores absoluunt eos qui Ecclesias ipsi subiectas violant.*
Absoluendi potestatem an conseruator possit subdelegare.

REspondetur quod à censuris à se latis absoluere possit. *cap. prudentiam §. sexta de offic. del. cap. pastoralis §. præterea de offic. ordin. gloss. cap. cum inferior* 1
verb.

verb.ligare vbi Fel.num.5.de maior. & obed.Innoc.ca.1.de offic.del.in 6.cap.querenti extra eod.Gregorius Sayrus Anglus in thesauro Theolog.moralis lib.2.cap.20.tomo 1. Regulariter enim penes eum stat absolutio penes quē fuit condemnatio, *l. nihil tam naturale l.nemo qui condemnare ff. de Reg. iur. cap. verbum vbi Nauarr.de pœnit.dist.1.& in Manuali cap.27.num.40. Gregor. Sayrus d quæst.20.num.7.*

Limita 1.nisi superior conseruatoris absolutionem sibi reseruasset, *cap.graue vbi Abb.num.7.de præbendis,Siluester absolutio 1.num.3. §. octauo, Sayrus d.loco numero 8.*

Limita secundo, conseruatorem absoluere non posse post anni lapsum à data sententia,*cap querenti vbi gloss.verb. ante litis contestationem de offic. deleg. vbi DD.*idque eo casu quo post anni lapsum iurisdictio conseruatoris expirat secus si sit perpetua de quo quæstione 18.meminimus.

Limita 3.nisi conseruator à tempore excommunicationis quam tulit ipsemet incurrat excommunicationem maiorem secus vero si minorem.*Angel.in summa verb.absolutio in pr.Gregor.Sayrus d ca.20.* aut etiam ab eo tempore iurisdictio sua dissoluatur,*Sayr ibid.num.11 cap.duobus vbi gloss de sent.excom.*

Limita 4.nisi conseruatoris excommunicatio esset in incendiarium eo enim in casu non ipsi sed Papæ absolutio est reseruata, *cap. tua nos de sent.excom.Sayr. d.cap.20.n.10 Ang.vbi supra,Siluest.verb absolutio 1 n.3.*

Limita 5.nisi Papa excommunicationis sententiam per conseruatorem latam
2 ex certa scientia confirmasset, *cap ex frequentibus vbi gloss.& DD.de instit.* Pontifex enim ex certa scientia aliquid confirmans suum illud facere videtur, *cap.si Apostolica de præbend.in 6.cap.1.de confir. vtili & inutili.*Dixi quando ex certa sciētia confirmant,hoc est,quando tota causa illi fuit explicata seu quando in ea inseritur totius tenor rei confirmatæ vel cum Papa vtitur clausula ex certa scientia de qua quædam alio in loco notaui,*lib.1.de iurisdict.ord.in exempt.qu.50.n.36.*
3 Secus liquet huiusmodi confirmationem esse subreptitiam, *cap.2.de confir. vtili,* aut si sit concepta in forma communi, id est, sine causæ cognitione nam tunc conseruator qui innodauit soluere poterit, *Sayrus d.cap.20.nu.12. Abb.cap.1.nu.6. de confir.vtili vel inutili.*

Limita 6. in conseruatorib.quibus tantum simplex executio & nudum ministerium sine causæ cognitione commissa est, *glo. cap.peruenit vbi glo. v. facere 7. quæst.1. Nauar.in Manuali cap.27.nu.44. Sayrus d.cap.20.nu.13.*

4 Dico secundo conseruatores absoluere posse eos qui Ecclesias suæ conseruatoriæ subiectas infringunt incurrunt enim eiusmodi effractores censuras in qua ij impingunt qui libertatem Ecclesiasticam violant de quibus scripsi superius, *Scholio 7.* quos proinde conseruator velut suæ conseruatoriæ & iurisdictioni subiectos potest absoluere, *Emanuel.Roder.quæst.Reg.tom.2.quæst.2.art.2.*cum

ea

ea tamen vnca quam ante præmisi.

Dico 3. Conseruatorem in casibus quibus potest absoluere potestatem eandem posse alleri committere, *Nauar. in manuali cap. 27. num. 45. vers. octauo gloss. cap. fin. de offic. ordin.* 5

QVÆSTIO VIGESIMA SECVNDA.

Quam pœnam incurrant qui Conseruatoris officio abutuntur.

SVMMARIVM.

1. Suspenditur conseruator qui officio abutitur.

2. Suspensus non priuatur distributionibus quotidianis.

3. Procurans vt cōseruator faciat aliquid extra suum officium incurrit censuras.

4. Ignorantia excusat conseruatorem & qualis ea esse debeat.

1 COnseruatores secundum iuris terminos constituti officio abutentes, hoc est in non notorijs se intromiscentes vno anno ab officio sunt suspensi, *cap. 1. & fin. de offic. del. in 6. vbi Ioan. Andreas & DD. Franciscus de Platea tract. de excommunicatione §. 57. vol. Ocean. 16. fol. 205.* quæ quidem suspensio tria comprehendit, executionem ordinis, iurisdictionis Ecclesiasticæ & Ecclesiæ rerumque Ecclesiasticarum ad Dei cultum administrationem, *Sayrus de censuris lib. 4. c. 5. Barth. Vgolin. de censuris Ecclesiæ tab. 4. c. 6. n. 1. & seqq.*

Declara tamen hanc suspensionem non inferre priuationem à distributionibus quotidianis, *Nauarr. d. cap. 27. num. 160.* à quibus tanto tempore sub pœna irregularitatis debet abstinere, *cap. 2. de cler. excom. late Vgolin. d. loco tab. 1. c. 14. §. 1.* qua tamen de re videatur Alex. Moneta, *de distrib. quotid. part. 2. cap. 15.* 2

Limitatur nisi conseruatoria sit concessa cum facultate cognoscendi de alijs, *Nauarr. in Manuali cap. 27. num. 157. Soares de censuris disput. 23. sent. 4. num. 10.* seu quod in idem recidat nisi iudicialis indago sit ei commissa, *Nauarr. & Suar. iam citati.*

Porro pars cuius instigatu conseruator limites sui officij transilijt eo ipso excommunicationem incurrit à qua non potest absolui priusquam captauerit animum eius quem hoc modo fatigauit, *d. cap. fin. §. seu vers. pars vero vbi gloss.* Idem respondeo in sindico item collegia vel vniuersitates quæ cēsuras incurrunt quarum est capax idque nisi vti prædixi conseruator procedere possit in eis qui iudicialem habent indaginem. 3

Limi-

Limitatur secundo nisi conseruator ob ignorantiam non tamen quæ sit crassa & affectata excusetur; *cap. eos vbi gloss. de temp. ord. in 6. Emanuel Roderic. quæst. Reg. tom. 1. quæst. 65. art. 19.* Ignorantia enim iuris aut crassa non excusaret, *Francisc. de Platea d. §. 57. num. 5. glo. e fin. de offic. del. in 6. c. 1. de clandest. despons.*

QVÆSTIO VIGESIMA TERTIA.

An qui ex priuilegio habent facultatem eligendi conseruatorem possint electione semel facta variare.

SVMMARIVM.

1. *Electione facta variare non licet.*
2. *Ius alteri quæsitum tolli non potest.*
3. *Societas* IESV *electione vnius conseruatoris potest variare.*
4. *Exemptorum interest habere plures iudices.*

1 NEutiquam, *Emanuel. Roderic. d. quæst. 65. art. 5. Ioannes Baptista Confetius de priuilegijs ordinum part. 2. tit. 4. cap. 9. fol. 355.* idque ad instar iudicum delegatorum, *cap. cum plures de offic. del. in 6. Nauar. cons. 8. de offic. deleg.* ele-
2 ctione enim facta ius alteri acquiritur quod ei nolenti auferri non potest, *late Rebuffus de priuileg. Scholarium priuil. 153. num. 6.* etiamsi tale ius ex priuilegio competat. *Mohed. dec. 28. Rot. cons. 2. num. 22. lib. 4. Farin. dec. 10. cent. 7.* quod fusius ex ijs quæ à Tiraquello traduntur posset confirmari. *l. bones §. hoc sermone limit. 1. de verb. signif.* id quod tamen temperandum est nisi speciali priuilegio conseruatoriæ aliter dispositum sit. *Emanuel. Roderic. d. art. 5. in fine.* vti in conseruatoria cleri secundarij Leodiensis diœcesis quæ commissa est Abbati S. Laurentij extra muros Leodiens. SS. Apostolorum Coloniens. & S. Ioannis Traiectensis decanis quam eo alio in tractatu inserui, *lib. 1. quæst. 39. de iurisd. ord. in exempt.* videre est id
3 quod etiam de conseruatoria priuilegiorum Societatis IESV à Pio V. in Bulla per Gregor. XIII. edita refert Emanuel. Roder. *d. art. 5.* interest enim exemptorum vt multos habere possint conseruatores qui eos defendant, *Lucas de Penna*
4 *l. fin. C. de delatoribus lib. 10. Rebuffus d. loco priuilegio 152. num. 5.* vt alius alio negligente alterius iustitiam administret. *arg. l. decurio fortunam C. de decurion. libr. 10. Rebuff. ibid. num. 5.* Licet alijs placuerit magis expedire vni quam pluribus subijci. *Felin. cap. dilecti vers. hominibus de maior. & obed. Budeus dec. 21. in fin. lib. 31. in fin. lib. 1. Farinac. cent. 7. dec. 10. n. 3.*

QVÆST.

QVÆSTIO VIGESIMA QVARTA.

Conseruatoriæ vtrum extinguantur morte concedentis.

SVMMARIVM.

1. Conseruatores à manifestis iniurijs differunt à conseruatoribus priuilegiorum.
2. Gratia perfecta non extinguitur morte concedentis.
3. Priuilegia realia sunt perpetua.

DEstingunt nonnulli inter conseruatores à manifestis iniurijs & conseruatores priuilegiorum. *Franc.cap.fin.§.officium de offic.del.in 6.* 1

Vt quæstionem hanc paucis expediam dico gratiam factam & perfectè concessam etiam re integra mortuo concedente non expirare. *Syluester verb.gratia numer.3. cap.si super de offic.del.in 6.cap.si cui de prab.in 6. & vtrobique DD.* 2 præsertim si conseruatorialia priuilegia vti assolent censeantur non ad instar personalium priuilegiorum sed realium quæ sunt perpetua. *l.proponebatur ff.de iudic.l.forma §.quanquam ff.de censib.l.2.ff.de rebus dubijs Rom. l. maritum nu. 17.ff.sol.matr. Emanuel.Roder.d.loco art.6.* qua de re & eo alio in loco. *d. quæst.39. numero decimo quarto.* 3

QVÆSTIO VIGESIMA QVINTA.

Vtrum Conseruatores possint vices suas alteri delegare.

SVMMARIVM.

1. Conseruatores possunt subdelegare. Subdelegare an possit conseruator.
2. Clausula tam per te quam per alium energia.
3. Subdelegare potest nudum ministerium simplici clerico.
4. Subdelegare non potest conseruator vniuersalem suam iurisdictionem.

IOannes Baptista Confettius, *tract. de priuilegijs ordinum part.2. tit. 4. de officio conseruatorum vers.possunt insuper fol.351.* censuit simpliciter quod conseruatores ordinum possunt tanquam Papæ delegati vices suas in principio medio & 1

 fine

sine causæ alijs personis qualificatis subdelegare. *cap. super quæstionem de offic. del.* quod certe extra dubium est si vti assolet in conseruatoriali diplomate inserta sit clausula. Tam per te quam per alios vti de conseruatoria Societatis IESV & alijs quibusdam recenset Emanuel Roderic. *d. loco art. 10. cap. fin. §. vices de offic. del. in 6. Rom. cons. 370.* quo etiam in casu eiusmodi subdelegatio fieri non poterit alteri qui conseruatorialis dignitatis non sit capax. *Ioann. Andr. & DD. d. §. vices,* sub-
2 conseruator enim easdem debet habere qualitates quas conseruator, *gloss. d. cap. fin. vbi etiam Franc.* Nam & regulariter qui per substitutum seruire potest debet constituere alium æque sibi idoneum. *L. 2. C. de præpositis agent. in rebus lib. 12. vbi*
3 *Barth. num. 4.* Quod tamen tempora nisi nudum tantum ministerium subdelegaretur vt puta examen testium licet enim id etiam personis in dignitate non constitutis committere, *Cappell. Thol. quæst. 12. Vnisenerus pract. obser. lib. 1. cap. 15. de testib. Villadiego tract. de legato part. 1. quæst. 8. num. 31.* Idque nisi intercedere deberet causæ cognitio. *Milis in repertorio verb. iudex delegatus ab ordinario, Rom. cons. 258. 264. 370.* Denique licet conseruator vnam causam possit subdelegare: non poterit tamen totam vniuersitatem causarum seu vniuersalem illam quam habet iurisdictionem alteri committere. *l. legatus ff. de officio præsidis, Host. in summa de offic. del. d. l. à iudice, vbi Ias. C. de iudicijs, Nicol. Bellon. in d. Rubr. de offic. eius cui mand. est iurisdict. num. 612.*

QVÆSTIO XXVI.

Quid si sit iustitium ordinariusque iustitiam non administraret an exemptis licebit iudicio pulsare suos debitores coram conseruatore?

SVMMARIVM.

1. *Iustitium si sit potest recurri ad conseruatorem.*

1 EManuel Roderic. *d. loco art. 12. vers. ex qua doctrina infero,* respondit licere: nulla tamen id fulciens autoritate confirmo id ego ex eis quæ in alio tractatu attuli, *de iurisdict. ord. in exempt. lib. 2. quæst. 8. num. 10. & seqq.* iudicem scilicet vnum alterius iudicis negligentiam supplere debere.

QVÆ-

QVÆSTIO XXVII.

An exempti sint conueniendo coram conseruatoribus à se nominatis.

SVMMARIVM.

1. *Iudicem nemo dedignari debet quem elegit.*
2. *Introductum in fauorem non est conuertendum in odium.*
3. *Retortio priuilegij non datur in priuilegijs motu proprio concessis.*
4. *Iudices an præsumantur dati & postulationi partium.*
5. *Exemptis non est dispendiosum in prima instantia conueniri actiue & passiue coram conseruatore.*

EXempli causa habent non pauci ordines exempti id priuilegij vt ipsimet possint sibi conseruatores dignos nominare coram quibus debitores suos conueniant iniuriasque sibi illatas propulsent. *Ioannes Baptista Confettius de priuilegijs mendicantium & non mendic. ordinum par. 2. tit. 4. de conseruat. cap. 6. & 7.* dubitatio est vtrum exempti coram conseruatoribus ab eis ita nominatis conueniri possunt. 1.

Ratio dubitandi est quia nemo dedignari debet iudicem contra se quem elegit pro se, *l. cum Papinianus C. de sent. & inter omn. Iud. cap. 1. vbi DD. de Mutius petit.* vti Fusius hac in eadem materia deduxi alio in tractatu, *lib. 2. quæst. 29. de Iurisd. ord. in exemptos.* sed alijs visum est non posse. 2.

Ratio quia huiusmodi controuersiæ sunt introductæ in fauorem exemptorum, *cap. 1. & fin. de offic. del. in 6.* quod autem in fauorem exemptorum introductum est non est in eorum dispendium retorquendum, *cap. quod ob gratiam de reg. Iur. in 6.* vti ego in simuli pluscuIis rationibus alio in loco confirmaui, *de Iurisd. ord. in exempt. lib. 1. quæst. 17 nu. 19. 20. 21.*

Deinde conseruatoriæ ordinibus concesse sunt plerumque motu Pontificis proprio quo casu priuilegij retortio & ratio illa naturalis quam Papinianus admisit seu retaliatio aut potius similis conueniendi ratio cessat vti ego ostendi citato iam loco *nu. 10. & seqq.* & ita non quidem hisce sed alijs effutis rationibus concludit, Emanuel Roderic. *d. loco art. 13.* Verum ego in hanc Emanuelis opinionem ire non possum ob distinctionem glossographi & doctorum aliorum classicorum *in l. si quis iniquum ff. quod quisq; Iuris*, qui me in aliam vocant sententiam. Etenim si conseruatoriæ seu exemptorum iudices ad exemptorum postulationem sint deputati eo in casu ij aduersus quos talis iurisdictio erit demandata 3.

poterunt retaliare seu sub eadem iurisdictione agendo experiri aduersus exemptos etiamsi exempti qui tales iudices obtinuerunt pœnitentia ducti experiri non vellent quamuis secus si exempti tales iudices non postulauissent tunc enim aduersus eos agendo talis iurisdictio retorqueri non potest nisi tunc demum si exempti iurisdictione eiusmodi motu proprio concessa vti voluerint *l. 3. vbi glo. etiam marginalis ff. & DD. ff. quod quisque iuris l. 2. §. sed & si agant vbi DD. ff. de iudicijs l. fin. C. de fructibus & litt. expensis, Innocent. cap. ex conquestione de Rest. spol. Petrus Lariotus tract. de apicibus iuris Tit. de Priuilegij Retortione axiomat. 3.*

4 Sed an in dubio tales iudices ad postulationem exemptorum vel motu proprio designati censebuntur dubitari potest. Paucis respondetur quod in bidio consilij seu in dubio ad postulationem exemptorum dati præsumentur, *cap. si motu de præben. in 6. Petr. Lariot. d. loco.* Nec ea propter dicendum est iurisdictionem in gratiam exemptorum concessam conuersam iri in eorum odium contra id quod ius disponit. *d. cap. quod ob gratiam de Reg. Iur. in 6.*

5 Nam eiusmodi in exemptos à sancta sede delegata iurisdictio tam actiua quam passiua non in eorum odium aut dispendium sed in fauorem atque compendium conuertitur quippe quod si exempti à Romana curia longe remoti specialibus eiusmodi iudicibus destituerentur plerisque in casibus conueniendo essent coram ordinarijs quibus magis sunt inuisi quam ijs qui iudices eorum sunt speciali displomate à S. sede designati *vide lib. 4. de Iurisd. ord. in exempt. quæst. 1. n. 12. & seqq.* Hinc est vt exemptis etiam vtilius & compendiosius sit si certis in partibus habeant conseruatores iudicesue coram quibus eorum causæ tractentur actiue & passiue, *v. quæst. 101. & 102.* hac enim ratione liberior est atque amplior eorum à iurisdictione ordinaria exemptio quippe quod tunc ordinarius in casibus exceptis quales sunt cum periculum est in mora aut cum difficilis est ad Papam accessus aut alij per multi similis cathegoriæ iurisdictionem exercere non possit in exemptos, *vide infra quæst. 101. & 102.*

QVÆSTIO XXVIII.

An Præfecti annonæ possint à conseruatoribus impediri.

NEutiquam, Ratio prima quia in publicis subuentionibus cessant omnes subtilitates & Priuilegia, *l. 1. C. ne liceat in emptione specierum lib. 11. l. fin. C. de quibus numer. vel præstat nemini liceat l. si exercis C. eod. Platea l. quod ad C. de Muri leg. lib. 11.*

Ratio

Ratio secunda quia necessitas non habet legem *l. 2. § si tamem ff. si quis cautionibus Innoc. cap. cum Ecclesia de immun. Eccles.* & in qualibet dispositione semper censetur esse excepta necessitas, *l. 1. ff. de offic. pro cons. Emmanuel Roder quæst regul. tom. 2. quæst. 62. art 3.* qua de re & ego alibi alia quædam de iurisd. ord. in exemptos *lib. 4. quæst. prima nu. 9. quæst. 51. nu. 3.* vnde & necessitatis tempore non modo humani iuris sed diuini, *Rom. l. si vero § si vero nu. 9. Fall. 5 4. ff. sol. matr. Emanuel d. tom. 2. si quæst. 9. art. 8. in fine.* ratio haberi non solet, *cap. discipulis de consect. dist 6. Rom. l. si vero § si vero nu. 9. Fall. 5 4. ff. Sol. matr. Emanuel Roderic. d. loco tom. 1. quæst. 9. art. 8. in fine.*

QVÆSTIO XXIX.

Quid si exempti instituti sint per Laicum hæredes an si pro testamenti publicatione citentur coram iudice Laico à quo sunt exempti recurrere possint ad suum conseruatorem.

SVMMARIVM.

1. Cautione emissa an sua putauerit interesse non potest recurri ad conseruatorem.

2. Testamenta laici publicatio spectat ad iudicem laicum.

3. Scripturæ recognitio peti potest coram ordinario.

MInime *Glossa cap. si hæredes vbi DD. de testam. Couar. pract. quæst. cap. 8. nu. 2. Guiteres lib 2 pract. quæst. 49. Emanuel Roder quæst. Regul. tom. 2. quæst. 62. art. 12.* Tum quia Iudex laicus huius quæstionis est iudex competens, *Couarr. de cap si heredes nu 3. & DD. ibi citati Barthol. l. solent ff. de aliment. & cibariis legat.* Tum quod eiusmodi citatio est conditionalis si sua putauerunt interesse, *Bald. l testem. nu 5. C. d. quæst.* quo casu opinione nonnullorum quos tamen alio in loco, *quæst. 41.* non sequor, exempti subijcientur ordinario, *Surd. dec. 79.* 1
Tum quia eiusmodi publicatio testamenti laici spectat ad iudicem Laicum, *Aufrer. de rep. clem. 1. Regula 2. nu. 9. vers. 9 fallit de offic. ord. l. consulta diuatia C. de testam.* licet enim executio testamenti ad Ecclesiasticum iudicem spectet non tamen illius publicatio *glo. d. cap. si hæredes.* prout & de recognitione propriæ Scripturæ alio in loco scripsimus, *d. tract. lib. 2. quæst. 45. nu. 104.* 2
3

QVÆSTIO XXX.

Executores testamentorum ab ordinario conuenti an recurrere possint ad suos conseruatores.

SVMMARIVM.

1. *Executores testamentorum qui plenissime sunt exempti non possunt coram ordinario conueniri.*
2. *Testamentorum executores quorum exemptio derogat cap. volentes de priuileg. in 6. non possunt conueniri coram ordinario.*

1 EXaminaui hanc quæstiunculam alio in loco, *de Iurisdict. ordin. in exemptos lib. 4. quæst. 49.* distinxique inter regulares exemptos & alios non regulares exemptos hos dixi quia plenissima gaudent exemptione non posse conueniri illos vero posse quod limito & declaro nisi & hi plenissima gaudeant exemp-
2 tione cum derogatione *cap. volentes de priuileg. in 6.* vtputa quod nequidem contemplatione contractus delicti vel loci coram ordinario possint conueniri & quidem cum mica hac salis temporandam hanc quæstionem censet Emanuel Roderic. *Regul. quæst. tomo 3. quæst. 70. art. 3.* auctoritate nixus Richaldi, *in 4. dist. 45. & Syluestri verb. testamentum 2. nu. 2. & 4.*

QVÆSTIO XXXI.

An conseruatores possint procedere aduersus eos qui confugientes ad Ecclesias extrahunt.

SVMMARIVM.

1. *Extrahentes ab Ecclesijs sunt excommunicati.*
2. *Immunitas non violatur per inuestigationem delinquentis.*

1 REspondi posse *lib. 4. de Iurisdict. ord. in exemptos quæst. 65.* incurrunt enim excommunicationem à qua non possunt nisi à Pontifice vel conseruatore absolui, *Emanuel Roderic. d. tom. 2. quæst. 50. art. 2. vers. 4. & vltimo.* ac alias pœnas quas in d. quæstione exposui *nu. fin.*

Non tamen incurrerent si effringerent immunitatem inuestigandi gratia an in eo

in eo sint delinquentes cum enim inuestigare possint an delinquentes sint in loco immuni possunt & cœtera sine quibus eiusmodi inuestigatio fieri non potest, *l.2.ff.de Iurisd.omnium iudicum Emanuel Roderic.d.art.2.vers.ex dictis infertur.*

QVÆSTIO XXXII.

Quid si quis fide data de quempiam reducendo ad locum exemptum non reducatur an conseruator procedere poterit.

SVMMARIVM.

1. *Fides data seruanda.*
2. *Frustratorius est actus cuius nihil operatur euentus.*

DIstingui solet an casus sit qui immunitate gaudeat vel non gaudeat, si gaudeat omnino opinione nullorum est reducendus quia fides data seruanda est & ideo conseruatoris officium poterit implorari si nõ gaudeat 1
non est aliorum opinione reducendus & consequenter conseruator adiri non poterit, *Anton.Gomes.var. resol.lib 3.cap.12 nu. 26, dec. l. ea est natura cauillationis nu.7.vbi Cushal.ff.de Reg.Iuris Clarus in pract.crim.lib.1.§.fin. quaest. 55. Emanuel Roderic.quaest.Regul.tom.2.quaest.5.art.5.Conarru.lib.1.var.cap.2.nu.26. Nauar. in Manuali cap.25.nu.22.*quia ad locum immunem reductus à nouo deberet educi frustratorius autem esset actus reductionis cuius nihil operaretur effectus, *l. si quis ita ff. de hared.instit.l.cum hares.§.1.ff.de acq. hared.* 2

QVÆSTIO XXXIII.

Vtrum regulares exempti ratione administrationis Ecclesiæ si à Diœcesano conueniantur possint ad suum conseruatorem recurrere.

SVMMARIVM.

1. *Intellectus cap.11.sess.25.de Refor.*
2. *Regulares & eorum Ecclesia qualiter sunt ordinario subiecta & an suis conseruatoribus possint conueniri.*

DVbitandi occasionem facit Concil. Trid *sess.25. cap. 11.de Refor.* & constitutio Innocentij 4.*in cap. volentes §. in eos de priuileg.in 6.* quæ subijt regulares exemp-

exemptos Iurisdictioni Diœcesanorum respectu administrationis Ecclesiarum quæ Iurisdictioni Diœcesanorum sunt subiecti.

1 Verum cum Emanuele Roderic. *Regul.quæst.tom.1.quæst.36.art.4.* respondi constitutionem Innocentij 4. quæ in Cnncilio Trid. *d.cap.11.* innouata est intelligendam esse de Ecclesijs quarum administratio licet spectet ad exemptos nihilominus tamen subiectæ sunt Diœcesianis, *Couar.pract.quæst.cap.11.nu.5.*

Proinde si loca atque Ecclesiæ sint pleno Iure tam in spiritualibus quam temporalibus subiecta alicui ordini habenti plenam exemptionem, religiosi quibus administratio eiusmodi Ecclesiæ demandata est, coram ordinario ratione administrationis conueniri non potuerunt, *Couarruuias d.nu.5.vers.Ex quibus apparet. verb.posset tamen VVamesius cons. 366. nu.37. de Regularibus feder. de senis. cons. 13.* & consequenter si conueniantur poterunt pro sui Iuris exemptionisque tuitione ad suum conseruatorem recurrere, *cap.fin.de offic.del.in 6.* ad quod confert declaratio sacræ congregationis, in hæc verba.

2 Congregatio Concilij censuit Episcopos aut alios locorumordinarios vigore cuiusuis decreti eiusdem Concilij, nullam habere facultatem quouis tempore in Monasterijs domibus & Ecclesijs regularium exemptorum, quibus non imminet cura animarum personarum sæcularium visitando Sacristias paramenta vasa sacra Altaria & cœtera huiusmodi aut etiam tabernaculum seu pixidem in qua sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum asseruatur.

Hactenus sacra congregatio ad cuius enucleationem Emanuel Roderic. *d.art.* 4. ita scriptum reliquit. Hæc declaratio ibi quibus non imminet cura animarum personarum sęcularium clare imminet quod in Ecclesijs in quibus imminet cura animarũ sęcularium non procedunt in eo decreto quod vtiq; ex dictis verum est si intelligatur de Ecclesijs exemptis non omnino quæ reguntur per Episcopos in quibus Prælati regulares non habent plenam potestatem tam in spiritualibus quàm in temporalibus non autem in his quæ ipsis Prælatis regularibus pleno iure sunt subiectæ ita Emanuel sunt tamen qui id recte restringunt iuxta Concil. Lateran. sub Leone X. sess. 11. vt visitari & corrigi possint quo ad ea quæ ad Parochianorum curam & administrationem pertinent. *Nauar. cons. 8. de priuileg. Gregorius Sayrus in floribus decisionum lib. 1. Tit. 7. de temporib. ordin. dec. 4.*

Qua de re iterum videantur ea quæ inferius scripsimus *quæst.77.* & Hieron. Ceuallos. *De cognitione per viam violentiæ. quæst. 22. num.10.* vbi late docet praxim.

QVÆ-

QVÆSTIO TRIGESIMA QVARTA.

Clausula conseruatorijs Bullis incerta non permittentes ab aliquo molestari qualiter intelligenda.

SVMMARIVM.

1. Molestia est iuris & facti.
Clausula non permittentes ab aliquo molestari intellectus.

INtelligenda est de contradictione aut oppositione seu molestia quæ de facto fit non autem quæ de iure, *glo. cap. per illarum verb. contradictionis de preb. Abb. cap. audita de restit. spoliat. Corsel. in sing. verb. molestia Felin. cap. cum causam col. 2. & 3. de Rescriptis Nauarr. cap. contingat in 7. causa nullit. cap. 3. de rescript. Alciat. cap. quod sedes nu. 6. de officio ord. Rebuffus in praxi benefic. tit. declaratio noua prouisionis in fine Restaur. de Imperatore quaest. 100. nu. 38. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. casu 365.* 1

QVÆSTIO TRIGESIMA QVINTA.

Quid de illa clausula sciant se indignationem BB. Petri & Pauli.

SVMMARIVM.

1. Clausula sciant se indignationem BB. Petri & Pauli incursurus.

CLausula hæc intelligenda est non de excommunicationis fulmine sed de quauis alia arbitraria vti Alciatus, Rebuffus, Delleueinus, Menochius, scriptum reliquerunt, *Alciat. cap. quod sedes nu. 6. de offic. ord. Rebuffus in in praxi benefic. tit. declaratio noua prouisionis in fine Restau. de Imperat. quaest. 110. nu. 38. Menoch. de arb. iud. cent. 4. casu 365.* id quod nos in alio hactenus illegato ostendimus, *lib. de Iurisd. ord. in exempt. quaest. 62.* 1

QVÆSTIO TRIGESIMA SEXTA.

Quid de clausula appellatione postposita quæ in Priuilegijs quandoque apponitur.

S V M M A R I V M.

1. Clausula appellatione postposita effectus. Clausula hac tantum vtitur Princeps.

2. Pontifex speciali fauore prosequitur exemptos.

3. Iniuriarum actione licet experiri aduersus friuolum appellatorem.

4. Conseruator potest vigore huius clausula vsque dum inhibitio superueniat suam exequi sententiam.

1 SIcuti Priuilegia nemo est qui concedere possit nisi is qui contra legem statuere potest alio in loco ostensum est, *lib.1. de Iurisd. ord. in exempt quæst.3.* ita neque potest quispiam hac appellatione postposita vti, nisi qui legibus derogare potest qualis est Pontifex qui canonum auctor est. *Late Celsus Hugo in suo tract. de clausulis l.1.§.fin. ff. à quibus appell. DD. cap. Pastoralis de offic de l. Bald. l. 2. C. de appell.* cum exceptione tamen nisi inferior appellationi à sententia interlocutoria adijciat *l. fin. vbi glo. & DD. C. de sent & interl. om. Iud. Mising. lib.1. obs.3. imola d. l.1. §. fin.* Proinde quo sensu intelligenda sit hæc clausula nunc est quæstio.

Sunt qui æstimant hanc clausulam impedire tantum appellationes friuolas inanes & nullo iuris fundamento nixas. *Celsus Hugo de clausulis.*

Verum emphasis verborum & enixa Pontificis voluntas inuoluit dispositionem prohibitiuam appellationis cuiuscumque etiamsi ea esset colore alicuius legitimæ causæ interposita, *Emanuel Roderic. Regul. quæst. tom.1. quæst.8. art.13. de*
2 *cap. pastoralis de offic. de leg.* idque (vt est in prouerbio) acu tangi potest. Cum enim Pontifices tanto sint Ecclesiæ ordines prosecuti fauore vt eos à iurisdictione ordinariorum speciali priuilegio eximere dignati sint quis credat. Pontificem hac clausula duntaxat tollere voluisse appellationes friuolas quas iura exosas habent & ob quas aduersus friuolum appellatorem de iniurijs etiam experiri permissum
3 est, *glo. l. fin. in fine C. quando prouoc. non est necesse Geminianus cap. cum appellationibus de appel. in 6. Fel. cap.2. col.2. de appell. Emanuel Roderic. Reg. quæst. tom.1. quæst. 8. art.3.* proinde extentio facienda est vt Pontifex vtramque appellationem prohibuisse videatur friuolam scilicet & legitimam velo legitime rationabilisue
4 causæ interpositam, *Emanuel d. art.13.* ac consequenter is cuius iurisdictio vi & energia huius clausulæ firmata est potest vsque dum ei sit à superiore hoc est ab eo qui

eo qui hanc clausulam interponere potest inhibitum procedere & sententiam suam debitæ exemptioni demandare, *Mising. d. obs. 3. Innoc. & DD. cap. Pastoralis de offic. deleg. Lanfranc. cap. quoniam contra de probat. Marant. de ord. iud. part. 6. actu 2. in decisor. num. 325.*

QVÆSTIO XXXVII.

Quid importet clausula inuocato etiam ad hoc brachio seculari.

SVMMARIVM.

1. *Clausula inuocato brachio seculari tacite inest illius energia.*
2. *Conseruator an possit de viribus sententia cognoscere.*
3. *Secularis iudex an teneatur exequi sententiam iudicis Ecclesiastici pendente appellatione.*

CLausula hæc in rescriptis Pontificijs etiamsi non adijceretur tacite inest. 1
Imola cap. significasti nu. 3. de offic. del. Nauar. cap. cum contingat Remedio 1. de rescriptis, nec enim in iure rarum est vt quædam dubitationis tollendæ gratia adijciantur rescriptis testamentis contractibus quæ necessario adijci non debebant, *l. qua dubitationis ff. de Reg. Iuris*. Itaque clausulæ huius energiæ est vt censuris Ecclesiasticis alijsque pœnis arbitrarijs laici iudices compelli possint ad executionem à S. Sede delegatis demandatam, *cap. 2. de offic. ord. Iaf. l. à diuo §. sententiam Romæ num. 16. de Re iud.* qua de re etiam alijs in locis tractaui.

Sed an sæcularis iudex cuius brachium imploratur possit de viribus sententiæ 2
iudicis Ecclesiastici cognoscere quæstio esse potest. In causis mixti fori censuerunt posse cognoscere. *DD. cap. 1. de offic. ord. Emanuel. Roder. Reg. quæst. tom. 1. qu. 8. art. 14.* Signanter vero cum nullitas opponitur. *Nauarr. d. cap. cum contingat Remed. 1. num. 7.* aut si mandetur aliquid quod iudex sæcularis scit esse iniustum. *Innoc. d. cap. 1. de offic. ord. Nauar. d. num. 7. vers. tertio*, & ideo est quod Ioannes Andreæ Panorm. Imola responderunt *in d. cap. 1. de offic. ord.* non teneri iudicem sæ- 3
cularem ad impartiendum ordinario brachium seculare contra illum qui prætendens si exemptum appellauit à sententia ordinarij, *Nauar. ad rem. 1. numer. 7. vers. 4.* vt nec tenetur brachium concedere pro executione sententiæ interlocutoriæ si coram eo allegetur esse appellatum nisi tamen implicetur ostendaturque appellandi causam esse falsam, *Nauar. d. vers. 4.*

QVÆSTIO XXXVIII.

Quid de clausula supplentes omnem defectum.

SVMMARIVM.

1. *Clausula supplentes omnem defectum.*
2. *Clausula de plenitudine potestatis.*
3. *Dolus an sublatus censeatur.*
4. *Defectus citationis mandati iurisdictionis an censeatur sublatus & quid si impetrans sit superius bigamus.*

1 Clausula hæc non tollit defectus substantiales. *D D. cap. 1. de transact. Spec. de legato §. nunc ostend. vers. 14. Paris. cons. 5. num. 16. vol. 4. Emanuel. Roder. Reg. quæst. tom. 1. quæst. 8. art. 15.* vti nec defectus naturales prouenientes ex parte supplicantis v. g. si is esset spurius excommunicatus bigamus alij tamen defectus à iure positiuo prouenientes tollerentur. *Spec. d. loco num. 18. D D. cap. suscitata de Rescript. cap. ipso iure de rescript. in 6.* idque nisi ex huic clausulæ alia ad-
2 ijceretur de plenitudine potestatis vel motu proprio aut certa scientia nam tūc omnes defectus sublati esse censerentur, *Emanuel d. art. 15.* excepto tamen dolo
3 impetrantis qui nunquam exceptus esse censetur. *D D. l. quod nerua ff. depositi & in l. contractus ff. de Reg. iuris Emanuel. d. loco.* Similiter nec sublati censerentur defectus ex omissa citatione mandato aut iurisdictione prouenientes. Qua de re extat Bulla Pij IV. & Clem. VIII. quam alio in loco inserui.

QVÆSTIO XXXIX.

Quid si fructus decimales Coloniæ in patria Leodiensi ad Brabantum spectantes à Leodiensi arrestentur Brabantusque conqueratur in Brabantia violatæ Bullæ Aureæ poteritne arrestari procurans ad conseruatorem quem habet recurrere.

SVMMARIVM.

1. *Affectiones plures competunt pro decimis.*
2. *Decimarum in exactione potest executiue procedi seu per arrestationem.*
3. *Decimales fructus arrestari possunt vt in agris requirantur per horas viginti quatuor*

quatuor vel aliorum opinione horas duodecim.

4. Decimarum dominium translatum est in Ecclesiam sine traditione.

5. Principes non possunt legem dicere decimis.

6. Bulla Aurea Papali dispositioni non potest praeiudicare.

7. Praetextu Bullae Aureae impedientes solutionem decimarum excommunicati sunt.

8. Impediti in praeceptione decimae possunt recurrere ad conseruatorem.

9. Bulla aurea intelligenda est in casu temporali non vero speciali.

10. Actiones regularia non comprehenduntur sub Aurea Bulla.

PRopofita mihi fuit nuper hoc quaestio ad cuius explicationem prius quam me accingam praemitto pro illius basi ad solutionem decimarum obtinēdam quam pluresà iure concedi rationes vti vno ore apud omnes decumanos scriptores proditum est. *Rebuffus de decimis quaest. nona. Ioannes Petrus Moneta tract. de decimis tam spiritualibus quam Papalibus cap. 8.* Inter quas haec promptior est & compendiosior quae realis & executiua est. *gloss. Clem. dispendiosam de iudicijs vbi Cardinalis num. 26. & 27. Rebuffus de decimis quaest. 15. num. 23. Moneta d. cap. 8. num. 56.* Scilicet per arrestum seu manus iniectionis, *Aufrerius ad capellam Throsanam quaest. 433. Moneta de decimis cap. 6. num. 4. Guido decis. 283. apost. ad Bald. l. fin. num. 1. C. commod.* aut enim decimae nec dum sunt à caeteris fructibus separatae & tunc creditor decimae potest experiri via arresti quam in iure denuntiationem prohibitoriam vocamus. *l. detestatio vbi Alciat. ff. de verb. sign.* impediendo ne fructus tollantur nisi se praesente. *DD. citati & Aufrerius d. loco Spec. de decimis §. 1. col fin. Guido dec. 283. Tiraq. de Retr. cons. 1. gloss. 7. num. 38. Didacus lib. 1. var. res. cap. 17. num. 8. Antonius thessaurus forens. quaest. 9. num. 1.* maneantque fructus in agris per 24. horas vel iuxta opinionem senatus Pedemontani per 12. horas vsque dum venerit decimator. *Thessaurus d. quaest. 9. num 2.* aut decimae sunt separatae à fructibus alijs decimatis & tunc in Ecclesiam quae decimarum est creditrix. *Rebuffus de decimis quaest. 9. num. 7.* dominium sine alia traditione Ecclesiae seu piae causae fauore transfertur possunt tunc arresta tanquam in rebus proprijs interponi, *Peck. de iure sistendi cap. 4. num. 25.* non secus quam in fructibus praebendae. *Gaill. lib. 1. obs. 117. num. 5.* licet quod de fructibus praebendarum dixi non simpliciter sed cum mica salis admittat Nauar. *cons. 3. num. 1. de immunit. Eccles.* & etiam de decimarum fructibus, Imbertus *instit. forens. lib. 2. cap. 60. in verb. pignoratio.* Itaque si creditor decimae seu quod perinde est Ecclesia arrestum interponat in fructibus suis decimalibus in patria Leodiensi existentibus debitor qui Brabantus est nihil habet quod conqueratur non enim Ecclesia impingit in constitutionem Bullae Aureae ab Imperatoribus conditae qui legem Ecclesiae re-

bus spiritualibus quales sunt decimæ. *Felin.cap.cum ab Ecclesiarum numer. 74. de constit. Peck.cap.ea quæ num.5.de Reg.iur.in 6.* præscribere nullatenus potuit. *Rebuffus de decimis quæst.10.num.41.cap Ecclesia S. Mariæ vbi plena manu, Fel. Abb. & DD. de constit. Peckius cap.ea quæ num.5.in fine de Reg.iur.in 6.ca. verum ca. Im-*
6 *perator.dist.96.* id quod etiam plenius infra confirmauimus *quæst.115. & cap. in præsentia, vbi Abb.num.18 de probat.late Cardi. Mantica de tacitis & ambigijs par. 2.lib.22.tit.19.num.10.* adeo quidem vt eiusmodi Bulla Aurea generali Papæ cō-
7 firmatione decimarum iuri efficere non possit, *Fel d.cap. Ecclesia num.4.* Imo vero prætextu huius Aureæ Bullæ impedientes solutionem decimarum velut Ecclesiasticæ libertatis temeratores censuras eas incurrerent quas illarum violatores solent incurrere. *ca.decimas 16.quæst.7.cap.nouerunt de sent.excom. vbi Innoc. Bellamera cons.40.Card. d. Clem. dispendiosam numer.27. & scripsi supra Scholio 7. vers.5.& 18.* idque nullo priuilegio aut constitutione canonica obstante nisi quæ specialiter Bullæ Cœnæ Domini deroget vti tradunt ij qui constitutionem annuam Bullæ Cœnæ Domini suis commentarijs illustrarunt, *Gregor. Sayrus in thesauro Theol.moralis. Nauar. in manuali. Toletus in sua summa, ego in tractatu de*
8 *Iurisdict ord.in exempt.plusculis in locis ostendi.* Vnde sequitur eum qui prætextu Bullæ Aureæ hoc in casu inquietatur posse via hac iuris licita solutionem suarum decimarum persequi ac protuitione iurium & decimarum suæ Ecclesiæ ad conseruatorem iurium suæ Ecclesiæ recurrere, *per cap fin.de offic.deleg. in 6.* Bul-
9 la enim Aurea aliter non est intelligenda quam in suo casu hoc est cum de re aliqua temporali actio instituitur prout denotant verba in eius textu, præsume faire ou exercer quelque iurisdiction ou iudicature temporelement, actio autem de iure decimarum est spiritualis à temporali longe differens. *Maranta de ord.iud.part.4.dist 13. Moneta d.cap.8.* Ideoque Episcopus cogere etiam potest exemptos ad solutionem decimarum debitarum ratione rerum non exempta-
10 rum, *Geminian.cons.72 num.18. Card. Tuschus tom 3.concl.565.num.11* Deinde dispositio eiusdem Bullæ Aureæ excipit actiones confessorias & negatorias hisce verbis. Celles seulement exceptees esquelles la confessoire ou action negatoire se peut de droict agir, quod autem confessoria actione agi possit aduersus decimarum debitores iuris est explorati, *Rebuff. supra quæst.9.nu 11. Moneta d.c.8 n.38.* concludo itaque quæstiunculam hanc posse hunc decimarum creditorem cui prætextu Bullæ Aureæ molestia fit conseruatorijs remedijs sibi prouidere sunt enim eiusmodi molestiæ de facto non vero de iure quæ possunt conseruatoris officio propulsari vti alias ostendi hoc loco quæst.34.

✠

QVÆST.

QVÆSTIO QVADRAGESIMA.

An executio sententiæ per ordinarium contra exemptum nulliter late mandari possit executioni eiusdem ordinarij autoritate aduersus debitores exempti non exemptos.

SVMMARIVM.

1. *Exceptio Iuris tertij non admittitur.*
2. *Tertius potest executionem impedire. Nullitas potest per tertium proponi.*
3. *Nullitas ex officio potest aliquando à iudice suppleri.*
4. *Prorogatio iudicij non est tertis.*
5. *Nullitas potest semper proponi tam ab exempto quam ei adhærenti.*
6. *Ordinarius qui pro executione aduersus exemptum late aditur potest cognoscere de nullitate sententia.*
7. *Acta per exemptos coram ordinario non probant coram iudice exemptorum.*
8. *Tertius accipere potest ex persona conuicta.*
9. *Debitoribus hæreditarijs datur exceptio pendente actione rescissoria testamenti.*

Videtur posse quia nullitas Processus ordinarij aduersus exemptum concernit quidem exemptum sed non tertium qui de nullitate Processus excipiens de iure tertij exciperet quod admitti non solet, *l. vti frui ff. si vsufruct. Barth. l. qui cum herede nu. 1. ff. de except. rei iud.* vbi Zasius adfert limitationes. 1

Respondemus nihilominus eo non obstante eum aduersus quem eiusmodi executio vrgetur in exceptione nullitatis Processus ac sententiæ per ordinarium contra exemptum late esse admittendum.

Ratio prima est. Quia non modo necessarius defensor qualis est is qui citatus 2
& coactus comparet. *l. 2. C. vbi in rem actio Bald. Auth. nunc hæres. C. de Litigios. Vantius de nullit. sent. Tit. quis de nullitate dicere possit nu. 3.* de nullitate istius Processus potest excipere sed & is qui voluntarius est defensor hoc est voluntarie pro suo interesse ad executionem impediendam comparet. *Vant. de nu. 3. Barth. L. ita tamen § quoties ff. ad trebell.* adeo quidem vt ita excipienti nequeat replicari tua non interest. Nam ita comparens ac de nullitate excipiens exaudiendus est non modo ratione sui priuati iuris vt executionem à se auertat, sed etiam respectu Iuris publici vtilitatisque publice ob quas Ecclesiæ Romanæ interest exemptio

emptionum iura Priuilegiaque non violari sed eadem sarta tecta conseruata, *cap. Pastoralis de Re. Iud. cap. quam sit 18. quaest. 2. Rebuff. Resp. 142.* vt & in qualibet causa populari Ecclesiae aut religionis nemo à iudicij limine arceri hoc fuco po-
3 test quod eius non intersit, *Late Vant. d. loco nu. 9. & seqq.* Quin vero nemine opponente nullitas eiusmodi à iudice ex officio suppleri posse dubium non est. *Alex. cons. 77. col. pen. lib. 3. Vant. ibidem nu. 10. Abbas cap. licet magister nu. 3. de supplend. neglig. prael.* idque etiamsi exempti expresse prorogassent debitumque coram ordinario agnouissent potest enim eo non obstante is cuius interest intercedere ac nullitatem allegando executionem vlterioremque processum impedire, tum quod destructio fundamento corruat super aedificatum, *legi tecum in pr. vbi cast. & DD. ff. de except. rei iudicatae l. cum principalis ff. de regulis Iuris*, ex principioque tituli posterior formetur euentus. *l. 1. C. de imponenda, Luc. de script. lib. 10.* Tum quod acta coram ordinario non noceat exempto conuento coram iudice competente etiamsi coram ordinario debitum ingenue cognouisset scripsi, *lib. 2.
4 de Iurisd. or. in exempt. quaest. 31.* Tum quod eiusmodi confessiones aus prorogationes quales qualesne renuntiationes tertio praeiudicare non possint, *Bald. Auth. nunc haeres. col. 2. C. de Litigios. DD. cap. cum super de offic. de leg. Alex. cons. 188. col. fin. lib. 2. Vant. d. loco nu. 21.*

5 Ratio secunda quia cum exemptus semper possit de nullitate excipere etiamsi prorogarit ac sententiam vltro passus sit vti varijs in locis ostendi alio in tractatu idem posse dicendum est si tertius sit opponens, Quia quamdiu praeclusa non est via principali litigatori nec etiam censenda est praeclusa via pro suo interesse ei adhaerenti, *Petrus de Anchar. Clem. constitutionem de elect. Barth. & DD. l. si pro lusorio. ff. de appel. Vantius d. loco nu. 25. in fin.*

6 Ratio tertia est. Quia ordinarius qui aditur pro executione sententiae contra exemptum late potest cognoscere de illius nullitate, *Nauar. in Reper. cap. cum contingat rem. 4. de Rescriptis scripsi lib 2. quaest. 44. de Iurisdict. ord. in exempt.*

7 Ratio quarta. Quia acta confessiones & conuictiones exemptorum autoritate ordinarij non probant coram iudice competente exemptorum, *scripsi lib. 2. cap. 31. de iurisdict. ord. in exempt. Fran. cap. fin. de offic. del. in 6. Milis in repert. vers. confessio facta coram iudice.* hacque ratione Nouembris die 23. 1620. Dominus Hubertus Vrsinus à campo decanus S. Ioannis iudex delegatus me & Domino Rausino assessore iudicauit acta confessiones coniunctionesque autoritate ordinarij aduersus Dominum Peranum S. Martini Leod. Canonicum eoque nomine exemptum & ab eo tempore similiter acta confessionis conuictiones ad instantiam Guilielmi Euerardi contra Matthiam Vanden Roye vti debitorem dicti Domini Perani exemptum eidem Matthiae coram Abbate S. Laurentij conseruatore Priuilegiorum cleri secundarij dioecesis Leodiensis non nocere.

Deni-

Denique tertius ille aduersus quém executio sententiæ contra exemptum à te vrgetur potest etiam lite contestata ac iudicio prorogato declinatoriam obijcere ex persona conuicti quam exemptos proponere noluit aut neglexit, *Innocent cap. capitulum sanctæ Crucis, nu. 5. Rescriptis Rom sing 630. & cons. 347. Gaill. lib. 1. obs 71. nu. 3.* id quod etiam alio in loco ostendi, *lib. 2. de Iurisd. ord in. exempt. quæst. 37. nu. 23.* Et quidem etiam post sententiam aduersum quam integra est facultas exempto de illius nullitate multis rationibus quas seorsum exposui, *lib. 2. quæst. 4. de Iurisd ord in exempt.* excipiendi. Quæ quidem facultas denegari nequit alijs qui ratione eius personæ impetuntur. 8

Non minus quam alijs quibuslibet hæreditarijs debitoribus quibus etiam excepto conceditur quamdiu rescissoria testamenti est in pendenti, *l. quamdiu. 2. & l. quamdiu 18. ff de acqui. vel amittend. heredit.* à testamentis enim ad iudicia ratiocinari posse tradit late & docte præses Euerardi, *in locis legalibus loco à testament. ad iudicia.* 9

QVÆSTIO QVADRAGESIMA PRIMA.

An si autoritate ordinarij interponatur arrestum in rebus exemptorum recurrere possint ad conseruatorem.

SVMMARIVM.

1. *Arrestari non possunt exempti.*
2. *Forenses & exempti equiparantur.*
3. *Arresta sunt obliquæ citationes.*
4. *Arrestum & citatio ad expurgandum est actus iudicij contentiosi.*
5. *Extranei non censentur esse de territorio.*
6. *Exstranei possunt arrestari.*
7. *Consuetudo in vno exparificatis extendi debet ad aliud.*
8. *Iurisdictio in exemptos est Papæ reseruata.*
9. *Clausula irritantis energia.*

FRequens est in vsu Forensi hæc quæstio, contingit enim quotidie vt & nuper contigit, Titium habere condemnatum conuictumque Moeuium istumque Titium autoritate ordinaria executionem sententiæ vrgere aduersus debitores debitoris Moeuij sibi condemnati, *l. à diuo pio ff de Re. Iud.* inter quos cum plerumque reperiantur ij qui à Iurisdictione ordinaria sunt exempti quæritur hinc primo vtrum eiusmodi executio per viam arresti & adiudicationis vrgeri possit ordinaria autoritate aduersus exemptum.

QVÆSTIO XXX.

Executores testamentorum ab ordinario conuenti an recurrere possint ad suos conseruatores.

SVMMARIVM.

1. Executores testamentorum qui plenissime sunt exempti non possunt coram ordinario conueniri.

2. Testamentorum executores quorum exemptio derogat cap. volentes de priuileg. in 6. non possunt conueniri coram ordinario.

1 EXaminaui hanc quæstiunculam alio in loco, *de Iurisdict. ordin. in exemptos lib. 4. quæst. 49.* distinxique inter regulares exemptos & alios non regulares exemptos hos dixi quia plenissima gaudent exemptione non posse conueniri illos vero posse quod limito & declaro nisi & hi plenissima gaudeant exemp-
2 tione cum derogatione *cap. volentes de priuileg. in 6.* vtputa quod nequidem contemplatione contractus delicti vel loci coram ordinario possint conueniri & quidem cum mica hac salis temporandam hanc quæstionem censet Emanuel Roderic. *Regul. quæst. tomo 3. quæst. 70. art. 3.* auctoritate nixus Richaldi, *in 4. dist. 45. & Siluestri verb. testamentum 2. nu. 2. & 4.*

QVÆSTIO XXXI.

An conseruatores possint procedere aduersus eos qui confugientes ad Ecclesias extrahunt.

SVMMARIVM.

1. Extrahentes ab Ecclesijs sunt excommunicati.

2. Immunitas non violatur per inuestigationem delinquentis.

1 REspondi posse *lib. 4. de Iurisdict. ord. in exemptos quæst. 65.* incurrunt enim excommunicationem à qua non possunt nisi à Pontifice vel conseruatore absolui, *Emanuel Roderic. d. tom. 2. quæst. 50. art. 2. vers. 4. & vltimo.* ac alias pœnas quas in d. quæstione exposui *nu. fin.*

Non tamen incurrerent si effringerent immunitatem inuestigandi gratia an in eo

in eo sint delinquentes cum enim inuestigare possint an delinquentes sint in loco immuni possunt & cœtera sine quibus eiusmodi inuestigatio fieri non potest, *l.2.ff.de Iurisd.omnium iudicum Emanuel Roderic.d.art.2.vers.ex dictis infertur.*

QVÆSTIO XXXII.

Quid si quis fide data de quempiam reducendo ad locum exemptum non reducatur an conseruator procedere poterit.

SVMMARIVM.

1. *Fides data seruanda.*
2. *Frustratorius est actus cuius nihil operatur euentus.*

DIstingui solet an casus sit qui immunitate gaudeat vel non gaudeat, si gaudeat omnino opinione nullorum est reducendus quia fides data seruanda est & ideo conseruatoris officium poterit implorari si nõ gaudeat 1 non est aliorum opinione reducendus & consequenter conseruator adiri non poterit, *Anton.Gomes.var. resol.lib 3.cap.12. nu. 26. dec. l. ea est natura cauillationis nu.7.vbi Cushal.ff.de Reg.Iuris Clarus in pract.crim.lib.1.§.fin. quæst. 55. Emanuel Roderic.quæst.Regul.tom.2.quæst.5.art.5.Conarru.lib.1.var.cap.2.nu.26. Nauar. in Manuali cap.25.nu.22.* quia ad locum immunem reductus à nouo deberet educi frustratorius autem esset actus reductionis cuius nihil operaretur effectus, 2 *l. si quis ita ff. de hæred.instit.l.cum hæres.§.1.ff.de acq. hæred.*

QVÆSTIO XXXIII.

Vtrum regulares exempti ratione administrationis Ecclesiæ si à Diœcesano conueniantur possint ad suum conseruatorem recurrere.

SVMMARIVM.

1. *Intellectus cap.11.sess.25.de Refor.*
2. *Regulares & eorum Ecclesia qualiter sunt ordinario subiecta & an suis conseruatoribus possint conueniri.*

DVbitandi occasionem facit Concil. Trid. *sess.25. cap.11.de Refor.* & constitutio Innocentij 4. *in cap. volentes §. in eos de priuileg.in 6.* quæ subijt regulares exemp-

exemptos Iurisdictioni Diœcesanorum respectu administrationis Ecclesiarum quæ Iurisdictioni Diœcesanorum sunt subiecti.

1 Verum cum Emanuele Roderic. *Regul.quæst.tom.1.quæst.36.art.4.* respondi constitutionem Innocentij 4. quæ in Cnncilio Trid *d.cap.11.* innouata est intelligendam esse de Ecclesijs quarum administratio licet spectet ad exemptos nihilominus tamen subiectæ sunt Diœcesianis, *Couar.pract.quæst.cap.11.nu.5.*

Proinde si loca atque Ecclesiæ sint pleno Iure tam in spiritualibus quam temporalibus subiecta alicui ordini habenti plenam exemptionem, religiosi quibus administratio eiusmodi Ecclesiæ demandata est, coram ordinario ratione administrationis conueniri non potuerunt, *Couarruuias d.nu.5.vers.Ex quibus apparet. verb.posset tamen VVamesius cons. 366. nu.37. de Regularibus feder. de senis. cons. 13.* & consequenter si conueniantur poterunt pro sui Iuris exemptionisque tuitione ad suum conseruatorem recurrere, *cap.fin.de offic.del.in 6.* ad quod confert declaratio sacræ congregationis, in hæc verba.

2 Congregatio Concilij censuit Episcopos aut alios locorum ordinarios vigore cuiusuis decreti eiusdem Concilij, nullam habere facultatem quouis tempore in Monasterijs domibus & Ecclesijs regularium exemptorum, quibus non imminet cura animarum personarum sæcularium visitando Sacristias paramenta vasa sacra Altaria & cœtera huiusmodi aut etiam tabernaculum seu pixidem in qua sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum asseruatur.

Hactenus sacra congregatio ad cuius enucleationem Emanuel Roderic. *d.art. 4.* ita scriptum reliquit. Hæc declaratio ibi quibus non imminet cura animarum personarum sęcularium clare imminet quod in Ecclesijs in quibus imminet cura animarũ sęcularium non procedunt in eo decreto quod vtiq; ex dictis verum est si intelligatur de Ecclesijs exemptis non omnino quæ reguntur per Episcopos in quibus Prælati regulares non habent plenam potestatem tam in spiritualibus quam in temporalibus non autem in his quæ ipsis Prælatis regularibus pleno iure sunt subiectæ ita Emanuel sunt tamen qui id recte restringunt iuxta Concil. Lateran. sub Leone X. sess. 11. vt visitari & corrigi possint quo ad ea quæ ad Parochianorum curam & administrationem pertinent. *Nauar. cons. 8. de priuileg. Gregorius Sayrus in floribus decisionum lib. 1. Tit. 7. de temporib. ordin. dec. 4.*

Qua de re iterum videantur ea quæ inferius scripsimus *quæst.77.* & Hieron. Ceuallos. *De cognitione per viam violentiæ. quæst. 22. num.10.* vbi late docet praxim.

QVÆ-

QVÆSTIO TRIGESIMA QVARTA.

Clausula conseruatorijs Bullis incerta non permittentes ab aliquo molestari qualiter intelligenda.

SVMMARIVM.

1. Molestia est iuris & facti.
Clausula non permittentes ab aliquo molestari intellectus.

INtelligenda est de contradictione aut oppositione seu molestia quæ de facto fit non autem quæ de iure, *glo. cap. per illarum verb. contradictionis de præb. Abb. cap. audita de restit. spoliat. Corsel. in sing. verb. molestia Felin. cap. cum causam col. 2. & 3. de Rescriptis Nauarr. cap. contingat in 7. causa nullit. cap. 3. de rescript. Alciat. cap. quod sedes nu. 6. de officio ord. Rebuffus in praxi benefic. tit. declaratio noua prouisionis in fine Restaur. de Imperatore quæst. 100. nu. 38. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. casu 365.* 1

QVÆSTIO TRIGESIMA QVINTA.

Quid de illa clausula sciant se indignationem BB. Petri & Pauli.

SVMMARIVM.

1. Clausula sciant se indignationem BB. Petri & Pauli incursurus.

CLausula hæc intelligenda est non de excommunicationis fulmine sed de quauis alia arbitraria vti Alciatus, Rebuffus, Delleueinus, Menochius, scriptum reliquerunt, *Alciat. cap. quod sedes nu. 6. de offic. ord. Rebuffus in in praxi benefic. tit. declaratio noua prouisionis in fine Restau. de Imperat. quæst. 110. nu. 38. Menoch. de arb. iud. cent. 4. casu 365.* id quod nos in alio hactenus allegato ostendimus, *lib. de Iurisd. ord. in exempt. quæst. 62.* 1

QVÆSTIO TRIGESIMA SEXTA.

Quid de clausula appellatione postposita quæ in Priuilegijs quandoque apponitur.

SVMMARIVM.

1. Clausula appellatione postposita effectus. Clausula hac tantum vtitur Princeps.

2. Pontifex speciali fauore prosequitur exemptos.

3. Iniuriarum actione licet experiri aduersus friuolum appellatorem.

4. Conseruator potest vigore huius clausulæ vsque dum inhibitio superueniat suam exequi sententiam.

1 SIcuti Priuilegia nemo est qui concedere possit nisi is qui contra legem statuere potest alio in loco ostensum est, *lib.1.de Iurisd.ord.in exempt quæst.3.* ita neque potest quispiam hac appellatione postposita vti, nisi qui legibus derogare potest qualis est Pontifex qui canonum auctor est. *Late Celsus Hugo in suo tract.de clausulis l.1.§.fin.ff.à quibus appell. DD. cap. Pastoralis de offic.del.Bald.l.2.C.de appell.* cum exceptione tamen nisi inferior appellationi à sententia interlocutoria adijciat *l.fin.vbi glo.& DD.C.de sent & interl.om.Iud. Mising. lib.1.obs.31. imola.d.l.1.§.fin.* Proinde quo sensu intelligenda sit hæc clausula nunc est quæstio.

Sunt qui æstimant hanc clausulam impedire tantum appellationes friuolas inanes & nullo iuris fundamento nixas. *Celsus Hugo de clausulis.*

Verum emphasis verborum & enixa Pontificis voluntas inuoluit dispositionem prohibitiuam appellationis cuiuscumque etiamsi ea esset colore alicuius legitimæ causæ interposita, *Emanuel Roderic. Regul. quæst. tom.1. quæst.8.art.13. d.*
2 *cap.pastoralis de offic.de leg.* idque (vt est in prouerbio) acu tangi potest. Cum enim Pontifices tanto sint Ecclesiæ ordines prosecuti fauore vt eos à iurisdictione ordinariorum speciali priuilegio eximere dignati sint quis credat. Pontificem hac clausula duntaxat tollere voluisse appellationes friuolas quas iura exosas habent & ob quas aduersus friuolum appellatorem de iniurijs etiam experiri permissum
3 est, *glo.l.fin.in fine C.quando prouoc.non est necesse Geminianus cap. cum appellationibus de appel.in 6. Fel.cap.2.col.2.de appell. Emanuel Roderic. Reg. quæst.tom.1. quæst. 8.art.3.* proinde extentio facienda est vt Pontifex vtramque appellationem prohibuisse videatur friuolam scilicet & legitimam vel o legitime rationabilisue
4 causæ interpositam, *Emanuel d.art.13.* ac consequenter is cuius iurisdictio vi & energia huius clausulæ firmata est potest vsque dum ei fit à superiore hoc est ab eo qui

eo qui hanc clausulam interponere potest inhibitum procedere & sententiam suam debitæ exemptioni demandare, *Mising.d.obs.3.Innoc.& DD.cap.Pastoralis de offic.deleg.Lanfranc.cap.quoniam contra de probat.Marant.de ord.iud.part.6. actu 2.in decisor.num.325.*

QVÆSTIO XXXVII.

Quid importet clausula inuocato etiam ad hoc brachio seculari.

SVMMARIVM.

1. *Clausula inuocato brachio seculari tacite inest illius energia.*
2. *Conseruator an possit de viribus sententia cognoscere.*
3. *Secularis iudex an teneatur exequi sententiam iudicis Ecclesiastici pendente appellatione.*

CLausula hæc in rescriptis Pontificijs etiamsi non adijceretur tacite inest. 1
Imola cap significasti nu.3.de offic.del. Nauar. cap.cum contingat Remedio 1. de rescriptis, nec enim in iure rarum est vt quædam dubitationis tollendæ gratia adijciantur rescriptis testamentis contractibus quæ necessario adijci non debebant, *l.quæ dubitationis ff.de Reg.Iuris.* Itaque clausulæ huius energiæ est vt censuris Ecclesiasticis alijsque pœnis arbitrarijs laici iudices compelli possint ad executionem à S.Sede delegatis demandatam, *cap.2.de offic.ord Ias.l.à diuo §.sententiam Romæ num.16.de Re iud.* qua de re etiam alijs in locis tractaui.

Sed an sæcularis iudex cuius brachium imploratur possit de viribus sententiæ 2
iudicis Ecclesiastici cognoscere quæstio esse potest. In causis mixti fori censuerunt posse cognoscere. *DD.cap.1.de offic.ord.Emanuel.Roder.Reg.quæst.tom.1. qu. 8.art.14.* Signanter vero cum nullitas opponitur. *Nauarr.d.cap.cum contingat Remed.1.num.7.* aut si mandetur aliquid quod iudex sæcularis scit esse iniustum. *Innoc.d.cap.1.de offic.ord.Nauar.d.num.7. vers.tertio*, & ideo est quod Ioannes Andreæ Panorm.Imola responderunt *in d.cap.1.de offic.ord.* non teneri iudicem sæ- 3
cularem ad impartiendum ordinario brachium seculare contra illum qui prætendens si exemptum appellauit à sententia ordinarij, *Nauar.ad rem.1.numer.7. vers.4.* vt nec tenetur brachium concedere pro executione sententiæ interlocutoriæ si coram eo allegetur esse appellatum nisi tamen implicetur ostendaturque appellandi causam esse falsam, *Nauar.d.vers.4.*

QVÆSTIO XXXVIII.

Quid de clausula supplentes omnem defectum.

SVMMARIVM.

1. Clausula supplentes omnem defectum.
2. Clausula de plenitudine potestatis.
3. Dolus an sublatus censeatur.
4. Defectus citationis mandati iurisdictionis an censeatur sublatus & quid si impetrans sit superius bigamus.

1 Clausula hæc non tollit defectus substantiales. *DD. cap. 1. de transact. Spec. de legato § nunc ostend. vers. 14. Paris. cons. 5. num. 16. vol. 4. Emanuel. Roder. Reg. quæst. tom. 1. quæst. 8. art. 15.* vti nec defectus naturales prouenientes ex parte supplicantis v. g. si is esset spurius excommunicatus bigamus alij tamen defectus à iure positiuo prouenientes tollerentur. *Spec. d. loco num. 18. DD. cap. suscitata de Rescript. cap. ipso iure de rescript. in 6.* idque nisi ex huic clausulæ alia ad-
2 ijceretur de plenitudine potestatis vel motu proprio aut certa scientia nam tūc omnes defectus sublati esse censerentur, *Emanuel d. art. 15.* excepto tamen dolo
3 impetrantis qui nunquam exceptus esse censetur. *DD. l. quod nerua ff. depositi & in l. contractus ff. de Reg. iuris Emanuel. d. loco.* Similiter nec sublati censerentur defectus ex omissa citatione mandato aut iurisdictione prouenientes. Qua de re extat Bulla Pij IV. & Clem. VIII. quam alio in loco inserui.

QVÆSTIO XXXIX.

Quid si fructus decimales Coloniæ in patria Leodiensi ad Brabantum spectantes à Leodiensi arrestentur Brabantusque conqueratur in Brabantia violatæ Bullæ Aureæ poteritne arrestari procurans ad conseruatorem quem habet recurrere.

SVMMARIVM.

1. Affectiones plures competunt pro decimis.
2. Decimarum in exactione potest executiue procedi seu per arrestationem.
3. Decimales fructus arrestari possunt vt in agris requirantur per horas viginti quatuor

quatuor vel aliorum opinione horas duodecim.

4. *Decimarum dominium translatum est in Ecclesiam sine traditione.*

5. *Principes non possunt legem dicere decimis.*

6. *Bulla Aurea Papali dispositioni non potest præiudicare.*

7. *Prætextu Bullæ Aureæ impedientes solutionem decimarum excommunicati sunt.*

8. *Impediti in præceptione decimæ possunt recurrere ad conseruatorem.*

9. *Bulla aurea intelligenda est in casu temporali non vero speciali.*

10. *Actiones regularia non comprehenduntur sub Aurea Bulla.*

PRopofita mihi fuit nuper hoc quæstio ad cuius explicationem prius quam me accingam præmitto pro illius basi ad solutionem decimarum obtinẽdam quam plures à iure concedi rationes vti vno ore apud omnes decuma- 1
nos scriptores proditum est. *Rebuffus de decimis quæst. nona. Ioannes Petrus Moneta tract. de decimis tam spiritualibus quam Papalibus cap. 8.* Inter quas hæc prom- 2
ptior est & compendiosior quæ realis & executiua est. *gloss. Clem. dispendiosam de iudicijs vbi Cardinalis num. 26. & 27. Rebuffus de decimis quæst. 15. num. 23. Moneta d. cap. 8. num. 56.* Scilicet per arrestum seu manus iniectionis, *Aufrerius ad capellam Throsanam quæst. 433. Moneta de decimis cap. 6. num. 4. Guido decis. 283. apost. ad Bald. l. fin. num. 1. C. commod.* aut enim decimæ nec dum sunt à cœteris fructibus separatæ & tunc creditor decimæ potest experiri via arresti quam in iure denuntiationem prohibitoriam vocamus. *l. detestatio vbi Alciat. ff. de verb. sign.* impediendo ne fructus tollantur nisi se præsente. *DD. citati & Aufrerius d. loco Spec. de decimis §. 1. col. fin. Guido dec. 283. Tiraq. de Retr. cons. 1. gloss. 7. num. 38. Didacus lib. 1. var. res. cap. 17. num. 8. Antonius thessaurus forens. quæst. 9. num. 1.* maneant- 3
que fructus in agris per 24. horas vel iuxta opinionem senatus Pedemontani per 12. horas vsque dum venerit decimator. *Thessaurus d. quæst. 9. num 2.* aut decimæ sunt separatæ à fructibus alijs decimatis & tunc in Ecclesiam quæ decimarum est creditrix. *Rebuffus de decimis quæst. 9. num. 7.* dominium sine alia traditione Eccle- 4
siæ seu piæ causæ fauore transfertur possunt tunc arresta tanquam in rebus proprijs interponi, *Peck. de iure sistendi cap. 4. num. 25.* non secus quam in fructibus præbendæ. *Gaill. lib. 1 obs. 117. num. 8.* licet quod de fructibus præbendarum dixi non simpliciter sed cum mica salis admittat Nauar. *cons. 3. num. 1. de immunit. Eccles.* & etiam de decimarum fructibus, Imbertus *instit. forens. lib. 2. cap. 60. in verb. pignoratio.* Itaque si creditor decimæ seu quod perinde est Ecclesia arrestum interponat in fructibus suis decimalibus in patria Leodiensi existentibus debitor qui Brabantus est nihil habet quod conqueratur non enim Ecclesia impingit in constitutionem Bullæ Aureæ ab Imperatoribus conditæ qui legem Ecclesiæ re-

bus spiritualibus quales sunt decimæ. *Felin.cap.cum ab Ecclesiarum numer. 74. de constit. Peck.cap.ea quæ num.5.de Reg.iur.in 6.* præscribere nullatenus potuit. *Rebuffus de decimis quæst.10.num.41.cap Ecclesia S. Mariæ vbi plena manu, Fel. Abb. & DD. de constit. Peckius cap.ea quæ num.5.in fine de Reg.iur.in 6.ca. verum ca. Im-*
6 *perator.dist.96.* id quod etiam plenius infra confirmauimus *quæst. 115. & cap. in præsentia, vbi Abb.num.18 de probat.late Cardi. Mantica de tacitis & ambigiis par. 2.lib.22.tit.19.num.10.* adeo quidem vt eiusmodi Bulla Aurea generali Papæ cō-
7 firmatione decimarum iuri efficere non possit, *Fel.d.cap. Ecclesia num.4.* Imo vero prætextu huius Aureæ Bullæ impedientes solutionem decimarum velut Ecclesiasticæ libertatis temeratores censuras eas incurrerent quas illarum violatores solent incurrere. *ca.decimas 16.quæst.7.cap.nouerunt de sent.excom. vbi Innoc. Bellamera cons.40.Card. d. Clem. dispendiosam numer. 27. & scripsi supra Scholio 7. vers.5.& 18.* idque nullo priuilegio aut constitutione canonica obstante nisi quæ specialiter Bullæ Cœnæ Domini deroget vti tradunt ij qui constitutionem annuam Bullæ Cœnæ Domini suis commentariis illustrarunt, *Gregor. Sayrus in thesauro Theol. moralis. Nauar. in manuali. Toletus in sua summa, ego in tractatu de*
8 *Iurisdict ord. in exempt. plusculis in locis ostendi.* Vnde sequitur eum qui prætextu Bullæ Aureæ hoc in casu inquietatur posse via hac iuris licita solutionem suarum decimarum persequi ac protuitione iurium & decimarum suæ Ecclesiæ ad conseruatorem iurium suæ Ecclesiæ recurrere, *per cap fin. de offic. deleg. in 6.* Bul-
9 la enim Aurea aliter non est intelligenda quam in suo casu hoc est cum de re aliqua temporali actio instituitur prout denotant verba in eius textu, præsume faire ou exercer quelque iurisdiction ou iudicature temporelement, actio autem de iure decimarum est spiritualis à temporali longe differens. *Maranta de ord.iud.part.4.dist 13. Moneta d.cap.8.* Ideoque Episcopus cogere etiam potest exemptos ad solutionem decimarum debitarum ratione rerum non exempta-
10 rum, *Geminian.cons.72 num.18. Card. Tuschus tom 3.concl.565.num.11* Deinde dispositio eiusdem Bullæ Aureæ excipit actiones confessorias & negatorias hisce verbis. Celles seulement exceptees esquelles la confessoire ou action negatoire se peut de droict agir, quod autem confessoria actione agi possit aduersus decimarum debitores iuris est explorati, *Rebuff. supra quæst.9.nu 11. Moneta d.c.8 n.38.* concludo itaque quæstiunculam hanc posse hunc decimarum creditorem cui prætextu Bullæ Aureæ molestia fit conseruatoriis remediis sibi prouidere sunt enim eiusmodi molestiæ de facto non vero de iure quæ possunt conseruatoris officio propulsari vti alias ostendi hoc loco quæst. 34.

QVÆST.

QVÆSTIO QVADRAGESIMA.

An executio sententiæ per ordinarium contra exemptum nulliter late mandari possit executioni eiusdem ordinarij autoritate aduersus debitores exempti non exemptos.

SVMMARIVM.

1. *Exceptio Iuris tertij non admittitur.*
2. *Tertius potest executionem impedire. Nullitas potest per tertium proponi.*
3. *Nullitas ex officio potest aliquando à iudice suppleri.*
4. *Prorogatio iudicij non est tertij.*
5. *Nullitas potest semper proponi tam ab exempto quam ei adhærenti.*
6. *Ordinarius qui pro executione aduersus exemptum late aditur potest cognoscere de nullitate sententia.*
7. *Acta per exemptos coram ordinario non probant coram iudice exemptorum.*
8. *Tertius accipere potest ex persona conuicta.*
9. *Debitoribus hæreditarijs datur exceptio pendente actione rescissoria testamenti.*

Videtur posse quia nullitas Processus ordinarij aduersus exemptum concernit quidem exemptum sed non tertium qui de nullitate Processus excipiens de iure tertij exciperet quod admitti non solet, *l. vtifrui ff. si vsufruct. Barth. l. qui cum hærede nu. 1. ff. de except. rei iud.* vbi Zasius adfert limitationes. 1

Respondemus nihilominus eo non obstante eum aduersus quem eiusmodi executio vrgetur in exceptione nullitatis Processus ac sententiæ per ordinarium contra exemptum late esse admittendum.

Ratio prima est. Quia non modo necessarius defensor qualis est is qui citatus & coactus comparet. *l. 2. C. vbi in rem actio Bald. Auth. nunc hæres. C. de Litigios. Vantius de nullit. sent. Tit. quis de nullitate dicere possit nu. 3.* de nullitate istius Processus potest excipere sed & is qui voluntarius est defensor hoc est voluntarie pro suo interesse ad executionem impediendam comparet. *Vant. de nu. 3. Barth. l. ita tamen § quoties ff. ad trebell.* adeo quidem vt ita excipienti nequeat replicari tua non interest. Nam ita comparens ac de nullitate excipiens exaudiendus est non modo ratione sui priuati iuris vt executionem à se auertat, sed etiam respectu Iuris publici vtilitatisque publicæ ob quas Ecclesiæ Romanæ interest exemptio 2

Denique tertius ille aduersus quem executio sententiæ contra exemptum à te vrgetur potest etiam lite contestata ac iudicio prorogato declinatoriam obijcere ex persona conuicti quam exemptos proponere noluit aut neglexit, *Innocent cap. capitulum sanctæ Crucis, nu. 5. Rescriptis Rom sing 630. & cons. 347. Gaill. lib. 1. obs. 71. nu. 3.* id quod etiam alio in loco ostendi, *lib. 2. de Iurisd. ord in. exempt. quæst. 37. nu. 23.* Et quidem etiam post sententiam aduersum quam integra est facultas exempto de illius nullitate multis rationibus quas seorsum exposui, *lib. 2. quæst. 4. de Iurisd ord in exempt.* excipiendi. Quæ quidem facultas denegari nequit alijs qui ratione eius personæ impetuntur. 8

Non minus quam alijs quibuslibet hæreditarijs debitoribus quibus etiam excepto conceditur quamdiu rescissoria testamenti est in pendenti, *l. quamdiu. 2. & l. quamdiu 18. ff de acqui. vel amittend. heredit.* à testamentis enim ad iudicia ratiocinari posse tradit late & docte præses Euerardi, *in locis legalibus loco à testament. ad iudicia.* 9

QVÆSTIO QVADRAGESIMA PRIMA.

An si autoritate ordinarij interponatur arrestum in rebus exemptorum recurrere possint ad conseruatorem.

S V M M A R I V M.

1. *Arrestari non possunt exempti.*
2. *Forenses & exempti equiparantur.*
3. *Arresta sunt obliquæ citationes.*
4. *Arrestum & citatio ad expurgandum est actus iudicij contentiosi.*
5. *Extranei non censentur esse de territorio.*
6. *Exstranei possunt arrestari.*
7. *Consuetudo in vno exparificatis extendi debet ad aliud.*
8. *Iurisdictio in exemptos est Papæ reseruata.*
9. *Clausula irritantis energia.*

FRequens est in vsu Forensi hæc quæstio, contingit enim quotidie vt & nuper contigit, Titium habere condemnatum conuictumque Moeuium istumque Titium autoritate ordinaria executionem sententiæ vrgere aduersus debitores debitoris Moeuij sibi condemnati, *l. à diuo pio ff de Re. Iud.* inter quos cum plerumque reperiantur ij qui à Iurisdictione ordinaria sunt exempti quæritur hinc primo vtrum eiusmodi executio per viam arresti & adiudicationis vrgeri possit ordinaria autoritate aduersus exemptum.

Deinde an si exemptus autoritate ordinaria creditori sui creditoris soluat possit iterato ad solutionem à suo creditore compelli.

1 Quo ad primam quæstionem respondetur exemptos non potuisse autoritate ordinaria arrestari & consequenter ad solutionem compelli non posse.

2 Ratio prima. Quia exempti & forenses procedunt à paritate rationis vti alio in loco ostendimus, *lib. 2. de Iurisdict. ord in exempt. quæst. 19. nu. 4.* proinde sicuti forenses non possunt secundum Iuris dispositionem ab alieno iudice extra eorũ domicilium arrestari, *Peckius de iure sistendi cap. 4. nu. 4. Lanfranc. Rep. cap. quoniam contra verb. recusationes num. 15. de probat. l. 2. §. sed & si dubitetur vbi glo. & Barth. & l. hæres. absens § proinde ff. de Iudicijs.* ita neque exempti equiparatorem. enim eadem est Iuris dispositio, *præses loco ab equiparatis.*

3 Ratio secunda. Quia arresta nihil aliud sunt quam obliquæ citationes quæ relaxantur resoluunturque per comparitionem arrestati in simplicem citationem, *l. 5. de iussor. § fin ff. qui satisd. cogantur Euerardi cons. 102. VVamesius cap meminimus. nu. 2. & 3. de appellat.* proinde sicuti exempti in ius vocari non possunt coram ordinario ita neque arrestari, itaque si arrestentur habent ius reuocandi domum, *VVamesius d. nu. 2. & 3.* hoc est declinandi iurisdictionem ordinariam quam exemptos non posse prorogare alibi fuse ostendimus, *lib. 2. d. iurisdict. ord. in exempt. quæst. 7.*

4 Ratio tertia. Quia arrestum & citatio ad expurgandum nam exemptus quid alteri debeat est actus iurisdictionis quam ordinarius non magis exercere potest in exemptos quam in extraneos, *Mising. lib. 6. obs. 7. vers. 2. Innocent. cap. 2. nu. 3. de dilation.*

5 exempti enim non censentur esse de diœcesi, *Fel. & DD. cap. graue de offic. ord.* sicut nec extranei de territorio, *Caldeus cons. 14. de foro compet. Angel. cons. 230 præses in locis loco à proportione glo. in cap. verb. nunquid ergo & cap. autoritate verb. non exemptos de priuileg. in 6.* in quos proinde ordinarius iurisdictionem ex-

6 excere non potest, *Peckius & Lanfrancus supra citati.* Neque refert quod generali consuetudine inoleuerit extraneos eo in loco in quo reperiuntur posse arrestari, *Zasius § si quibus nu. 9. inst. de actionib. Rebuff. ad ord. Reg. tit. de litteris obligat. §. 6. glo. 3. nu 4. & seqq. & in l. ædificia de verb signif. Marcus dec. 396. par. 1. Gaill. lib. 2. obs. 44. nu. 10. Mindanus de processibus Imperij lib. 1. cap. 47. art 3.*

7 Quia licet consuetudo introducta in vno ex parificatis extendi soleat ad aliud, *Rochus de Curte tract. de consuetudine nu. 336. Barth. & DD. l si quis seruo persuaserit C. de furtis l. non tantum ff. de seruo corrupto.* non tamen hæc extraneos arrestandi consuetudo extendi potest ad exemptos, Tum quod consuetudo contra ius est stricti iuris & extendi nequit sed ad vnguem & ex amussim est intra suos limites seruanda, *Rochus ibidem num 321. Abb. cap. 2. de consuet.* Tum quod iurisdictio

8 in exemptos immediate Papæ subiectos est Papæ reseruata vti copiose alio in tracta-

tractatu ostendi, *de Iurisdict.ord.in exempt.lib.2.quæst.5 nu.10.& seqq. Bald.* & *DD. cap.imperialem §.præterea de prohibit.feudi alienat.* & proinde inpræscriptibilis nisi præsupposita Papæ scientia aut cursu temporis omnem hominum memoriam excedentis, *Felinus cap.cum nobis nu.2. de præscript Rochus de Curte de consuetudine nu.354.glo.cap. & DD.cap.penult.de filijs præsbitero: Barth.l. Publicanus §. vectigalibus ff.de Publicanis.* Tum quod clausula irritans quæ inseri solet priuilegijs Pontificiis habeat vt inquit Nauar. *in commentarijs de spolijs clericorum §.14.nu.12.* oculus ante retro sitque penetrabilior omni gaudio ancipiti efficiens & destinans ea omnia quæ illi opponuntur de cuius quidem clausulæ energia scripserunt plena manu Gabrielius, *com.concl.lib.6.de clausulis concl.6.* Hieronimus Gonzales, *de mensibus & alternatiua Episcoporum Hugo Celsus tract. de clausulis*, & alii non pauci.

QVÆSTIO QVADRAGESIMA SECVNDA.

Num debitor ab ordinaria Iurisdictione exemptus qui eadem ordinaria autoritate alteri soluit possit à suo creditore ad iterandam solutionem compelli.

SVMMARIVM.

1. Iussu iudicis non habentis iurisdictionem non excusat.
2. Ordinario exercenti iurisdictionem in exemptos non paretur.
3. Soluens alteri autoritate eius qui iudex non est competens non liberatur & nu. 4.
4. Arrestum quod nullum est non impedit solutionem.
5. Soluens mandato iudicis liberatur.
6. Metu censurarum soluens liberatur.
7. Arresti nulli violatio est punibilis.
8. Soluens creditori creditoris liberatur.

SVccedit appendix hæc & parergos proposita quæstio in qua videtur respondendum compelli posse. Quia ordinarius iurisdictionem non habet in exemptos, *tot. tit. de priuileg. in decretal. & in 6.* Iussus autem iudicis iurisdictionem non habentis debitorem alteri quam suo vero creditori soluentem non liberat, *glo.l.non videtur § qui iussu.ff.de Reg.Iur.cap. quod quis vbi glo. cap. ea quæ vbi DD. de Reg.Iur.in 6.cap.factum eod.tit.l.inuito.C.de solut.* 1

Deinde ordinarius iurisdictionem exercendo in exemptos limites suæ potestatis egreditur quo casu ei obediendum non est, *Dec.cons.72.nu.2.cons.319.nu.11. Menoch,de arb.ind.casu 354.nu.28. Innoc.cap.ad aures de temp. ordini Abb. cap. si* 2

quando in fine de Rescript. l. 16. damnum dat §. ius vero, à contrario istius legis sensu
3 *ff. de Reg. Iur.* mandatum enim iudicis nullum non accusat nec accusat contemnique potest, *Nauar. cap. cum contingat rem. 2. nu. 42. de Rescriptis*, & consequenter impendens autoritate ordinarii alteri quam suo vero creditori solutionem, est quod sibi imputet qui illi sponte non suo creditori soluerit, *Menoch. de arb. iud. lib. 2. cen. 2. casu 137. nu. 6. & 14. l. inuito C. de solu.* nec enim debuit esse tam credulus vt putaret se ita liberatum iri nam & nimia credulitas quæ deceptionis dicitur mater, *Tiraq. ad l. connub. l. 9. n. 177.* est Iuri repugnas soletque esse damnosa, *l. 3. §. pen. vers. sed & si sic acceperit ff. de in rem verso. l. 1. §. dolum ff. de eo per quem factum erit.*

Vnde etiã est vt non obediẽs præcepto Officialis nullo vel iniusto non indicat in pœnã solutionis geminãdæ. *Fel. c. Ecclesia nu. 33. de constit. c. 1. de iur. in 6. c. veniẽs de Iuris. Martinus Laudens. Tract. de Officialis Dominio quæst. 12. vol. Oce. 12 fol. 215.*

4 Rursus arrestum quod nullum est quale est ordinarii in exemptos non impedit solutionem vero creditori impẽdendam, *Hier. Gratus cons. 28. nu. 2. par. 1. Molineus ad consuet. Paris. par. 2 fol. 75. nu. 33.* quia non præstat impedimentum quod de iure non sortitur effectum, *cap. non præstat. de Reg. Iur. in 6.*

Denique exempti soluendo autoritate ordinarii alteri quam suo creditori sponte solutionem impendisse non suo creditori censentur, *Surd. dec. 79 num. 6. Ias. Butrio l. 3 ff de testib.* ad instar testis qui ad testimonium cogi non potest si enim is non declinet sponte & vltro testimonium dixisse censetur, *Surd. d. loco Bald. cons 351. nu. 8.* & consequenter exempti ita soluendo liberationem non consequuntur, *l. initio C. de solut.* quia mandatum iudicis iurisdictione carentis aut quod multum est non excusat impuneque potest contemni atque lacerari, *Nauar. d. cap cum contingat rem 2. nu. 42. de Rescriptis.*

5 E contra vero videtur quod exemptus iussu iudicis ordinarii soluens alteri quam suo creditori liberationem consequatur quia qui soluit mandato iudicis etiamsi soluat non suo creditori liberat, *Farina dec. 849 nu. 2. Bald. l. si aquam nu. 26. C. de seruit. & aqua Affli. decis. 150. nu. 59. Franciis cap. quod quis de Reg. Iur. in 6. l.*
6 *non videtur §. qui iussu ff de Reg. Iur.* signanter vero propter iustum metum quem exemptus ob censuras & executiones ordinarii concipere potest, *Anton. de Mili in repert. verb. metus iustus inferri.* per iniustam excommunicationem earum enim timore arrestatarius alteri soluens liberationem consequitur, *Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 2. casu 137. num. 13. DD. l. Paulo Callimacho §. vlt. ff. de leg. 3 Afflict. dec. 150. num. 19. glo. l. art. prætor. §. permittitur verb.*
7 *imputandum ff. de minorib. Bartho. cons. 26. col. 1. lib. 3. Ruin. cons. 171. nu. 3. lib. 4. Ias. cons. 26. col 2. lib 3.* nam & violatio arresti etiam nulli punibilis est propter contemptam iudicis autoritatem, *Achilles à Grassis dec. 375. nu. 3. per Clem. ad compescere*

pescendas de seq. poss. ad instar sequestri quod cum arrestro simbolisat & à paritate iuris cum arresto procedit, *Parts. cons. 100. p. 3.*

Declaratum tamen, id est, nisi debitor aliqua diligentia vsus sit ne solutionem non suo creditori impenderet alioquin enim liberationem non consequeretur, *Surdus decis. 79 num. 6. Menoch. dicto casu 137. num. 14.*

Declarandum secundo nisi debitor suo debitori denuntiauerit se ab alio exigi seu molestari alioquin enim si denunciare noluit aut contempsit poterit ad iterandam solutionem compelli, *Menoch. d. casu 137. num. 18. & seqq. Ruinus cons. 147. lib. 1. arg. l. item quaritur § exercitu ff. locati.*

Declarandum tertio vt quamuis ita soluendo liberetur non tamen ad soluendum obligatur quia iussu iudicis non sui obtemperare non tenetur vti paulo ante scripsi, *l. non quicquid ff. de iudiciis*, non enim quicquid alicuius potestati subijcitur id iuris necessitati subijcitur, *arg. l. non quicquid ff. de iudicijs.*

Declarandum quarto, nisi tertius ille cui solutio impenditur esset creditor 8 creditoris soluentis. *l. soluendo ff. de negot. gestis l. solutionem ff. de solut. Parisius cons. 107 num. 128. & seqq part. 3.* soluens enim creditori sui creditoris liberatur ipso iure etiamsi inuito suo creditore soluisset, *Paris. d. num. 128.* signanter quando debitor est ex eadem causa ex qua creditor suus est debitor, *l. si liber vbi DD. ff. de neg. gestis vbi Raph. Cuman. num. 2.* at vero exceptionis cum debita sunt diuersæ speciei. *l. si opera vbi DD. ff de doli except. Paris. d. loco.*

QVÆSTIO XLIII.

An exemptus possit arrestum ordinarii spernere & in illius præiudicium solutionem proprio creditori citra periculum geminandæ solutionis impendere.

SVMMARIVM.

1. *Arrestum ordinarij in exemptos est nullum.*
2. *Arrestis inest tacita clausula in quantum de iure liceat.*
3. *Arresta per comparitionem resoluuntur in citationem.*
4. *à Pœna contumaciæ ad pœnam geminandæ solutionis illatio fieri non potest.*
5. *Pœnalia non debent extendi.*

RESpondetur posse. Ratio prima. Quia ordinarii iurisdictionem non habent in exemptos & consequenter si arrestentur ab ordinario exempti eiusmodi arresto non obligabuntur, *l. cum vnus § is qui vbi & gloss. C. de bonis auctor. iud. posse, l. extra territorium ff. de iurisdict. om. iud.* Violatio enim arresti

aut contemptus iudicis esse non potest vbi iurisdictio radices agere & effectum operari non potest. *Lancelottus de attentatis part.3.cap.29.num.34.l.extra territorium ff.de iurisdict.om.iudicum.* ad instar præcepti iudicis in alieno territorio cui sicuti impune non paretur, *d.l.extra,* ita & in præcepto personis suæ iurisdictionis non subiectis cum à locis ad personas efficax detur argumentum, *Præses in locis loco à loco ad personas.*

1 Ratio secunda, Arrestum ordinarii in exemptos defectu iurisdictionis est nullum, *Vantius de nullit.tit.de nullit.ex defectu iurisdict. vti late scripsi alio in loco de iurisdict.ord.in exemptos lib.2.quæst.5.& lib.4.quæst.72.* arrestum autem quod nullũ est impedit solutionem, *Grat.consf.28 num.2.part.1.* arrestumque incongrue significatum non ligat. *Molineus ad consuet.Parisf.part.2.§.52.num.75.fol.33.* ac proinde illud arrestum præstare non potest impedimentum quod de priuilegiato iure non sortitur effectum, *cap.non præstat de Reg iur.6.l.16.damnum dat.§.eius vero ff.de Regul.Iuris.*

Ratio tertia, Quia ordinarius procedendo per arresta aduersus exemptos qui iurisdictioni suæ subiecti non sunt censetur procedere tanquam priuatus cui proinde impune non paretur, *l.factum à iudice vbi Dec.ff.de Reg.iur.cap.ea quæ fiunt à iudice eod in 6.d l.extra territorium d.§.eius vero.*

2 Ratio quarta. Quia potestatibus inhibitorijs ex quarum specie sunt arresta alicuius. *l.detestatio ff.de verb.signif. l.virilis §.pen.ff.de leg.præst.l.fundum C.de rei vendic.l.fulcimus ff.ex quibus causis in poss.eatur l.ait §.si quis particeps ff.quæ in fraud.Cred.* semper tacite inest clausula conditionalis in quantum de iure sit permissũ, *August.Bero consf.85.num.23.libr.3. Lancel.de attentatis part.2.cap.20.declarat.5.fol.454.* Cum itaque eiusmodi inhibitio arrestoria ob defectum iurisdictionis permissa ordinario non sit habenda est pro cassa irrita & nullius effectus, *Lancelot.d.deci.5.d.cap non præstat.d.l.damnum dat.§.eius vero ff.de Reg.iuris.*

3 Ratio quinta. Quia arresta quæ per comparitionem resolui solent in simplicem citationem. *v.libr.4.de Iurisdict.ord in exempt.quæst.72.* non plus roboris habere possunt quam decreta & sententiæ in exemptos latæ quæ nullæ sunt & nullius effectus, *late lib.2.quæst.40.de iurisdict.ord.in exempt.* & quæ præstare non possunt impedimentum cum de iure non sortiantur effectum. *d.cap.non præstat de Reg.iuris, late Tiraq.de Retr.consf.§.1.glo.5.n.2.& §.26.gloss.2.nu.5.& fuse Fel.c.ex tenonore nu.4.& seqq.vbi hanc regulam explicat de Rescript.* prout nec plus roboris potest esse in causato quam ei à potentia suæ causæ deriuatur. *cap.1.§. hoc autem, Qui feudum dare possunt.*

Ratio sexta. Mandatum arresti emanans ab ordinario in exemptos vanum est & frustatorium iuribus ante citatis cuius virtute & efficacia pœna geminandæ solutioni committi non potest. *Bald.l.ea quidem C.si mancipium ita fuerit alienatũ*

vt manu-

ut manumittatur, Fel.d.cap.ex tenore nu.7. nã & sicuti in contractibus pœna promissa non aliter commissa censetur quã si contractus sit validus, *glo.c.significantibus de offic.del.Felin.d.cap.ex tenore num.7.de rescriptis*, ita & in iudicijs à contractibus enim ad iudicia efficax est argumentum, *Præsis in loco locis à legalibus ad iudicia.* Sicuti itaque iudicia ordinariorum in exemptos nulla sunt ita & pœnæ eorum in iudicijs comminatæ, vt & citationes effectus vt vires intelliguntur si ea sit valida *Fel.d.cap.ex tenore num.5.gloss l.si accusatoribus C.de accus.*

Mandatum item executiuum vel quod perinde est arrestum cum hac semper mica salis exaudiendum est nisi sit inualidum aut exceptione legitima elisum, *Romanus cons.434.Felin d.cap.ex tenore num.5.in fine*, vt & commissio executiua intelligitur sententia exequenda valida est *Hieronymus Gonzales de mensib.& alternat.gloss.7.num.20.Crescent.decis.1.de re iudic.Marcheanus de commission.part.2.de commiss.super nullit.cap.2.num.7.* ita de instrumentorum executione & quibuscumque alijs actionibus executiuis, *late testatum reliquit. Felinus d. cap. ex tenore num.5.& seqq.* vt & de pœna iudiciali quæ non committitur si iurisdictionis defectus non obsistat. *Abb.& DD.d.cap.significantibus de offic.deleg. glos. l.si patronus §.fin.ff si quod in fraud.patr.d l.extra territorium.*

Ratio septima. Paria sunt mandatum arresti autoritate ordinarij aduersus exemptum impetrare & mandatum nullum quod propter priuilegium exemptionis effectum suum sortiri non potest. *Soci. cons.595.lib.2.l quoties ff.qui satisd.cog.Peck.d cap.non præstat. in pr.* vt & paria sunt rem non esse & effectum non producere Peck *d.loco num.5.*

Ratio octaua. Robur & efficacia eorum quæ geruntur à iudice fundatur in eius iurisdictione quæ si defuit cessat fundamentum quo corruente omnia corruere debent. *tecum in pro vbi cast.ff. de except. rei iud. cap.principatus quæst.1. Mol.ad cons.Paris.tit.2.§ 52.num.104.* cum & paria sint quod non sit iudex vel quod sit sed non ad illud de quo agit. *Ioannes Menoch. d.cap.ea quæ sunt & Peck. ibidem n.6.vers.ratio d l.extra territorium.* Neque impediunt rationes quibus, *alio in libro de iurisd.ord. in exempt.2.quæst.5.& seqq.* ostendi exemptum non comparentem coram ordinario contrahere scemodicium id enim cum ea salis mica intelligendum est quam ibi satis superque adhibui.

Deinde à pœna contumaciæ ad pœnam geminandæ solutionis illatio extentioque fieri non potest. Tum quod à separatis nulla fieri possit illatio, *Præsis in loco locis à separatis.* Tum quod in pœnalibus extentio fieri non possit. 41

Tum denique quod cessante Iurisdictione cesset quoque contumacia. *Abb.cap. cum in iure num.7.in fine de offic.del.Mantua ad l.non videtur de iudicijs fol.22.* 51

QVÆ-

QVÆSTIO XXXXIV.

Exempti an ligentur proclamationibus ordinarij.

SVMMARIVM.

1. Citationi per edictum ab ordinario emissa vtrum exempti parere teneantur.
2. Rei necessarij & voluntarij an comparere teneantur.
3. Inuentarij ad confectionem citati an debeant comparere.

1 FRequens sunt citationes per edictum seu si sua putauerint interesse quæritur hic vtrum exempti teneantur coram ordinario comparere & si non compareant iuribus suis priuentur & consequenter vtrum & ea propter possint ad suum conseruatorem recurrere, quæstionem hanc fuse examinat, *Ioannes Petrus Surdus dec. 26.* resoluitque exemptos eiusmodi citationibus per edictum seu proclamationibus non magis arctari quam alijs specialibus citationibus proindeque exemptum non comparentem iuribus suis non posse priuari firmatque suam decisionem varijs rationibus doctorumque autoritatibus.

2 Ratio est. Quia hoc modo citati dicuntur rei voluntarij & non necessarij qui proinde comparere non tenentur, *late Felin. cap. cum inter nu. 12. Limit. 2 de except. P. Hanutius de inuentario par. 3. num 21. Angel. l. consentaneum C. quomodo & quando Iudex socin. tract. de citatione art. 20. nu. 22. & seqq.* & non cõparendo, contumaciam non contrahant, *Surd. d. loco nu. 12. & DD. iam laudat.* Imo vero exempti iurisdictionem ordinarij prorogare non possunt vti alio in loco ostendi longe magis si exempti generalibus eiusmodi citationibus in ius vocati compareant & declinatoriam proponant nam tunc remittenda erit cognitio ad iudicem exemptorum, *Surd. d. nu. 13.* sit itaque conclusio exemptos hoc in casu iuribus suis non posse priuari neque etiam contumaciam contrahere; posseque si hac via inquietentur ad asylum conseruatoralium Iurium recurrere. Qua de re videatur etiam Rolandus à Valle *tract. de confessione inuentarij par 3 quæst. incip. nun-*
3 *quid vocandi sunt Sacerdotes, fol. 93.* tradens ad confectionem inuentarij requirendam esse per modum monitionis iudicem eius qui reuocatur vt eum moneat quatenus compareat si sua putauerit interesse idque quoties eiusmodi iudicis copia haberi potest.

Si vero talis iudex ad manum non sit seu eius copia haberi non possit sufficiet generalis citatio per edictum si sua putauerit interesse, *l. omnes si vero apparitor C. de Epi-*

de Episcop. & Clericis. quia eiusmodi citatio vim tantum habet cuiusdam denuntiationis qui etiam extra iudicium fieri potest & non vt coacti compereant aut vt litigetur sed tantum vti si sponte velint compareant, *Rol. a Valle d. loco.* ostendimusque alibi non vno loco exemptionum iura cessare quoties ad Papam aut ad iudices exemptorum accessus non est aut si sit difficilis, *lib. 4. de iurisdict ord in exempt. quæst. 50. & 51.*

QVÆSTIO XXXXV.

Exemptus in crimine flagranti violatæ immunitatis palatij Episcopalis captus si puniatur an ad suum conseruatorem possit recurrere.

SVMMARIVM.

1. *Palatia quæ dicantur.*
2. *Palatium Episcopale comprehenditur appellatione loci sacri.*
3. *Paria sunt capi in flagranti crimine vel committere crimen notorium.*
4. *Exemptus in flagranti crimine capi potest ab ordinario.*
5. *Vbi te inuenio ibi te iudico.*
6. *Ordinarius habet plus iuris in exemptum quam in extraneum.*
7. *Ordinarius potest in exemptos multa autoritate delegata.*
6. *Delictum quod sit notorium.*
10. *In dubio iudicandum pro ordinario.*
11. *Quid si Conc. Trid. non sit receptum.*

QVæstionis huius occisio est hesternus casus exempti cuiusdam ab ordinaria iurisdictione potu obruti quempiam in palatio Episcopali cultro inuadentis ac in flagranti crimine in carceribus iudicis ordinarij repente coniecti. 1

Pro cuius quæstionis solutione præmitto palatia proprie dici ædes regibus seu supremis principibus consecratas, *l. vlt. C. de palat.* anomasticeque nuncupantur diuinæ domus sacra palatia, *l. 1. C. de offic. Rector Prouinc. & d. l. vlt.* ac inter species regaliorum recensentur, *cap. vnico quæ sint Regalia Renerus Sextinus de regalib. cap. 29.*

2 Præmitto secundo palatium etiam Episcopale dici ad instar Regiæ Imperatoris appellationeque loci sacri comprehendi locique sacri immunitate gaudere. *Nauar. in Manuali cap. 25. nu. 17. Ioannes de Vischis tract. de immunit. Ecclesi. nu. 51. Couar. lib. var. res cap. 20. nu. 4. Abbas cap. penult. nu. 9. de immunit. Eccles.*

3 Præmitto tertio paria censeri captum quem esse in flagranti crimine & notorium crimen commisisse, *glo.cap.cum non ab homine verb.deprehensus vbi Decius nu.143.de Iudic.Gram dec.36.nu.35.46.& 80. Mascard. de probat. vol.2.concl.1101. nu.15.Franc.lib.1.quæst.21.nu.133.*

4 His succinctim præmissis concludo exemptum ratione violatæ immunitatis inflagranti crimine deprehensum ab ordinario puniri posse, *glo.cap.patentibus & in cap.tuarum de priuilegijs.*

5 Primo. Quia sicuti ordinario liceret extraneum sibique neutiquam subditum immunitatem loci sui Sacri violantem sistere atque arrestare iuxta illud vbi ego te inuenio ibi iudico, *l. 1. vbi glo. C. vbi de crimi.agi oportet Clarus lib. 5. sent. §. fin.quæst.39.vers sed quæro Boerius dec.202. Abbat.cap. cum contingat nu. 6. vers. si autem ibi non inueniatur de foro comp.& dixi supra lib.4.quæst.109 nu.14.*

6 Longe magis potest id in exemptum in quem ordinarius multo plus iuris habet quam in pœnitus extraneum, *Rot.nouiss.dec.702.nu.4.par.1.& dec.207.num.2. part.2.* exempti enim licet non censeantur esse de Diœcesi, ordinarij censentur tamen esse in Diœcesi, *cap.graue vbi Fel.& DD.de offic.ordin.* at vero extranei atque de Diœcesi neque id Diœcesi ordinarij esse dicuntur, *d. cap. graue vbi DD.* vt proinde ratiocinari hic liceat à minori ad maius si id de quo minus inesse videtur inest ergo id de quo magis, *prases in locis legalibus loco à minori ad maius.*

7 Secundo etiamsi ordinarius id non posset ordinaria autoritate posset tamen (quod in idem prope recidit) autoritate delegata. Cum teste Cardinale Baronio *in annualibus Ecclesiæ tomo 8.sub anno 676. Pontifice adnotato fol. 517.* exemptiones plurium absint Ecclesiasticæ disciplinæ præbeantque exemptis occasionem vitæ laxioris factum est, vt Concilium Tridentinum, *cap.XI.sess.24.de refor.* ob graues expositiones de quibus Diuus Bernardus plurimis hac de re in Epistolis tribuerit ordinarijs tanquam sanctæ sedis delegatis variam potestatem in exemptos, *eleg.Boetius epo. cap. relatum nu. 8. ne Clerici vel Monachi D. Bernard. in libris de consider.ad Eugen.* Vt proinde sicuti ordinario licet delinquentem in loco immuni (quale est pallatium) corrigere, *Abb.cap. inter alia nu.20.de immunit. Eccles. Ioannes de Vischis vbi sup. nu.16.& 17.* ita & ordinario idem autoritate S.sedis permissum sit. *Conc.Trid.d.loco.*

Tertio delictum hic notorium proponitur, tum quia in flagranti crimine de-
prehensus vti ante dictum est, tum quia coram decem & longe pluribus homi-
8 nibus commissum, *Farin.lib.1.quæst.21.nu.47.* si vera autem esset opinio Hostiensis, *de Priuilegijs nu. 11. per cap.patentibus cap.tuarum de Priuilegijs*, exempti possunt ratione notorij delicti puniri ab ordinario, *glo.cap patentibus §. d cap.tuarum.* Quæ Hostiensis opinio signanter accedente Concilio Tridentino, *d.sess.24.* tribuente ordinario autoritatem in exemptos delegatam præualere in dubio deberet opi-

get opinioni Cardinalis *Flor. in Clem. 1. de officio ord. Domin. in cap. 1. de offic. ord. in 6.* semper enim in dubio iudicandum est pro ordinario *Feder. cons. 130. Abb. cap.* 10
quoniam nu. 4. cum Apost. de priuileg. cuius iurisdictio est perquam fauorabilis exemptiones vero perquam Iuris odiosi; *Archid. cap. frater 16 quæst. 1. nu 3. cap. peruenit 11. quæst. 1 & cap. qui resistit quæst 3. Abb. d. nu. 4.* Quæ tamen conclusio intelligenda est adhibita mica salis nisi priuilegia exemptionis hac in specie repugnent ad ea semper enim est collineandum, *cap. porro cap. recepimus de priuilegijs.* quod hac in materia semper est animaduertendum. Præterea nisi repugnet ex- 11
ceptio legis non receptæ seu Concilij Tridentini eo in loco quo vigent hæ exemptiones non recepti de quo plenius alio in libro scripsi, *de Iurisdict. ord. in exempt. l. 1. quæst. 50.*

QVÆSTIO XXXXVI.

Ordinarius vtrum Rescribendo exemptis vtatur verbis mandatorijs vel rogatorijs.

SVMMARIVM.

1. *Hypothesis huiusce quæstionis.*
2. *Ordinarius potest vti verbis præceptiuis.*
3. *Canonici receptio consistit in facto.*
4. *Inter mandatorias & hortatorias formulas parum interest.*
5. *Hortatoria verba adiecta dispositioni inducenti necessitatem obtemperandi assumunt naturam verborum præceptoriorum.*
6. *Ancupia verborum reijcienda.*

ORdinarij in quam plurimis Europæ locis habent exclusis capitulis ex- 1
emptis ius collationis beneficiorum. Quæritur nunc v. g. vtrum ordinarius in suo collationis elogio siue deplomate possessionis dandæ suo beneficio vti debeat verbo. Hortamur rogamus an vero præceptiuo mandamus Capitulum quod à iurisdictione ordinaria exemptum est contendit ius non esse ordinario imperiosa mandati formula vtendi in tabulis Sacerdotij erogatorijs & proinde cum prisco Ecclesię ritu inquirere sibi liceat reiiciendus nec ne sit nominatus Canonicus aut Sacerdotio frui permittendus licere sibi ab imperio ordinarij exempto producentem collationis litteras informes & imperiosas ad possessione non admittere verum in contrariam itum est sententiam vbi eleganter deducit & supremis Galliæ tribunalibus decisum refert Renatus Chopinus, *de sacra polit. lib. 1. tit. 1. nu. 3. & seq. fol. 143. & seqq.*

2 Licet enim (inquit) ordinarius vti debeat formula hortandi seu rogandi capitulum exemptum nilominus tamen si ordinarius secus faciat vtendi imperiosiori formula mandandi vel præcipiendi non ideo promissus est capitulo exempto retractaui aut moras in possessione decernenda nectere quippe quod capitulum debeat nouiter prouisum citra prolixiorem causæ cognitionem recipere atque in suum gremium cooptare vti exactius ostendit idem Renatus Chopin.
3 *d.tit.8.num.1.& seqq.* Canonici enim receptio verius in facto quam in iure consistat, *ca. capitulum S. Crucis de Rescript. cap. eum cui de præb. in 6. Abb. cap. pro illo-*
4 *rum de præbend.* Ego vero hac in materia quo ad has hortatorias aut mandatorias formulas parum interesse existimo. Cum enim capitulum exemptum non possit non qualicumque verborum formula ab ordinario prouisum in possessionem admittere vt ante ex Renato Chopino probatum est. Certe hoc in casu ordinarij rogatus aut hortatus præcepto equipollere censendus est.

5 Rogatoria enim aut hortatoria verba adiecta dispositioni inducenti obtemperandi necessitatem præceptoriorum verborum naturam assumunt. *gloss. cap. ad aures de ætate & qualit. ord gloss. c. 1. de testam. Fel. cap. non & col. 1. de constit. Iosephus sese de inhibition. & execut. priuilegiata cap. 8. §. 4. num. 37. & 38 fol. 364. Clem. 1. vbi Card. de testibus.*

Iuxta illud Ouidij de quo gloss. §. 1. instit. Mandati:

Est orare ducum species violenta iubenti
& quasi mādato supplicat ense potens.

Scitumque illud est. Rogando cogit qui rogat potentior & blanditiæ principium vim continent minarum. *dec. l. in omnibus causis ff. de Reg. iur. gloss. l. 1. C. si rector prouinciæ, VVesembech. in paratit. ff. quod met. causa num. 3.* Itaque cum magis res quā verba intuenda sint *l. promitto ff. de re iud. & l. 3. de liber. præteritis*, valeant hæc verborum ancupia nam & Virgilio teste:

6 *Littera rem ipsam loquitur res ipsa medullam*
verbi quam viuax mens videt intus habet.

& eleganter Cicero procecinia scriptum sequi calumniatoris est boni vero iudicis voluntatem scriptoris autoritatesque defendere non enim ex verbis pendet ius sed verba seruiunt consilijs & autoritatibus nec verba veniunt in iudiciū sed ea res cuius verba in leges coniecta sunt. Quid porro iuris cum exempti præceptis ordinarij legitimis non obtemperant, *dictum est hactenus libr. 4. quæst. 33. & 64.*

QVÆ-

QVÆSTIO XLVII.

Conseruatores an citare possint per edictum publicum.

SVMMARIVM.

1. *Conseruatores citare non possunt per edictum publicum nisi conseruatis ijs quæ hic exprimuntur.*
2. *Limita nisi conseruatoriali diplomate aliter permissum sit.*

Respondetur non posse nisi prius testes summarie examinauerint super non tuta accessu potentia metu aut alijs impedimētis quæ præstantur, *Rota decis. 104. incip. dic. quod citatio in antiquis & dec. 163. incip. nota quod aliquoties Fel. cap. quoniam frequenter nu. 14. & seqq. Vt lite non contest. DD. Clem. dudum de iudicijs.* adeo quidem vt ad eiusmodi non tuti accessus probationem iuramentum partis non sufficiat, *Rota dec. 253. & 254.* sic quod citatio processusque aliter factus vitia nullitatis corrueret. *Decius cons. 260. viso puncto nu. 26. lib. 4. Ioannes Baptista Confettus de priuilegiis ordin. par. 2. tit. 4. de conseruatoribus cap. 8. vers. aduertendum DD. Clem. causam de elect.* idque nisi aliter conseruatorali diplomate sancitum sit, *cap. porro de priuilegiis.* 1 2

QVÆSTIO QVADRIGESIMA OCTAVA.

Conseruatores an cogantur locorum ordinarijs aut ijs aduersus quos procedunt exhibere Bullas conseruatoriales.

SVMMARIVM.

1. *Delegati procedere non possunt nisi exhibitis litteris suæ delegationis citatique comparere non tenentur.*
2. *Conseruatores non tenentur edere diploma conseruatoriale.*
3. *Tutius tamen est exhibere.*
4. *Faciendum est quod alij prodesse nobis obesse non potest.*
5. *Malitiis non est indulgendum.*

Sicuti Apostolicæ sedis delegati procedere non possunt nisi editis literis suæ delegationis citatique nisi ijs visis comparere non tenentur, *cap. cum in Iure* 1

vbi DD. de offic. del. ita etiam in conseruatoribus videtur mihi respondendumquorum omnis iurisdictio & potestas à sancta sede vti & in delegatos deriuatur, *cap. 1. cap fin. de offic. del. in 6.* Veruntamen Ioannes Baptista Confettius, *tract. de priuileg. ordinum par. 2. Tit. 4. cap 7. de offic. conseruat. vers. praeterea conser-*
2 *uator. fol 352 & cum eo VVamesius cons. 181. nu. 14. tom. 1. tit. de appellat.* Censuit duplici ratione eos ad exhibitionem non teneri, tum quia ad vniuersitatem causarum deputati ordinarijs equiparantur. *Nauar. cons. 3. de offic. deleg. late Fel. cap. qualiter & quando de accusat.* Tum quia ex praecepto Concilij Tridentini suas facultates semel ordinario exhibuerunt sed ego arbitror tutius esse si dubitationis tollendae gratia de hoc interpellati exhibeant in eamque sententiam pede taci-
3 to inclinant, *Idem Ioannes Baptista Confettius,* laudans extrauatem frequentes de iudiciis. Rationem ego adfero quia eiusmodi editio conseruatori obesse non po-
4 test sed prodesse ei qui dubitans de eius iurisdictione editionem postulat. Teoria autem est Catholica faciendum semper esse id quo nobis non obesse at vero aliis prodesse potest. Idque nisi malitiae aut subterfugij causa eiusmodi editio postularetur malitiis enim non est indulgendum, *Barth. l. in fundo ff. de Re. vindic. & in l. 1. ff. de aqua pluuia arcend. Menoch. de arbitr. Iur. lib. 2. cent. 2. casu 168.*

QVÆSTIO QVADRAGESIMA NONA.

Quid si conseruator causam coram se coeptam à se abdicet remittatue poteritue eandem reassumere.

SVMMARIVM.

1. *Delegatus deferendo appellationi causam à se abdicat.*
2. *Apostoli simbolisant cum remissione causa ad collegam.*
3. *Conseruatores equiparantur ordinariis. 7.*
4. *Ordinarius iurisdictionem à se non potest abdicare, & nu. 14.*
5. *Conseruatores possunt adiri per modum querela.*
6. *Delegatus principis an aduersus sententiam diffinitiuam possit in integrum restituere.*
8. *Officialis Leodiensis aduersus diffinitiuas à se latas solet restitutionem concedere, & nu. 14. & 17.*
9. *Quid si causa ad superiorem remittatur.*
10. *Quid si ad collegam.*
11. *Delegatus nuntii Apostolici an possit aduersus sententiam sublationis clausula inhibitoria in integrum restituere.*

12. Sen-

12. *Sententia non expectans aliam post se non potest reuocari.*
13. *Interlocutoria commixta diffinitiua regulatur ad instar diffinitiua.*
15. *Differentia inter appellationem & restitutionem.*
16. *Appellatio ab Alex. dormitante ad excitatum.*
18. *Executor gratia beneficialis decretum à se latum reuocat.*
19. *Item a'ij iudices si partes non contradicant.*
20. *Delegatus pronuntiando contra formam rescripti potest iterum cognoscere.*
21. *Item à sententijs deserta appellationis & absolutionis ab instantia iudicij.*
22. *Item si error in sententia commissus sit.*

Videtur quod non: sicuti enim delegatus deferendo appellationi causam omnem & iurisdictionem à se adeo abdicare censetur vt ne quidem partium consensu siue noua commissione eandem reassumere non possit, *cap. cum appellationibus de appellat. in 6. Late Lancelot. de attentatis part. 2. cap. 1. limit. 1. nu. 72. & seqq. Milis in repert. verb. iudex deferendo fol. 204. Boer. decis. 72. nu. 9. Gomes. Varresol. tom. 3. cap. 13. nu. 32. Franc. cap. cum cessante nu. 14. vbi decis. nu. 18. de Appell. Rebuff. l. quod iussit not. 1. nu. 81. de re iud. Rot. dec. 49. nu. 4. de appell. in nonis Anton de Anatis dec. 68. nu. 2. late Paris. cons. 106. nu. 20. cum seqq. vol. 4.* Ita & videtur conseruator iurisdictionem quam ad collegam remittendo dimisit recuperare non posse simbolisat enim delatio quam facit iudex appellationi coram se interposite cum remissione causæ ad collegam seu abdeatione iurisdictionis, *Rota dec. 13. num. 4. de offic. del. in nonis per cap. intimasti de appellat.* vti & iurisdictionum delegatorum & conseruatorum simbolum & analogiam habere ante hac ostendi *supra quæst. 4.* Verum licet iure ita obtineat vt delegatus deferendo aut remittendo abdicandoue à se iurisdictionem eandem reassumere non possit nisi ei nouo rescripto committatur. *Rot. dec. 49. num. 4.* aliud tamen in conseruatoribus dispositum est ij enim ad vniuersitatem causarum deputati ordinarijs comparantur vti tradit Ioann. Neuisanus *cons. 35. num. 8. Ioannes Baptista Confettius de priuilegijs ordinum part. 2. tit. 4. de conseruatoribus cap. 7. vti late alio in loco ostendi lib. 1. de iurisdict. ord. in exempt. 38.*

Porro iuris est ordinarium à se iurisdictionem abdicare non posse. *l. legatum ff. de offic. præsid. cap. cum teneamur de appellat.* ne amittere iurisdictionem quam tamen amitteret delegatus. *VVames. cap. cum cessassent 60. numer. 4. de appell. Bald. l. Præses C. Quomodo & quando l. legatum ff. de officio præsidis,* proinde potest iurisdictio accedente præsertim partium consensu aut tollerantia ad eum reuolui, *Rota ibidem.* signanter vero quod conseruatores sint ex ea specie iudicium qui possunt per modum querelæ adiri. *Marant. de ord. iud. par. 6. art. 2. in decisorijs Franc. in disputatione petitorij d. 2. num. 17. & 18. vol. Ocean. fol. 107.* idem & in delegato prin-

principis speciali iure dispositum est cuius iurisdictio ante diffinitiuam sententiam non expirat nec per eam functus dicitur officio antequam ea sit debite executioni demandata, *cap. in litteris de officio deleg. cap. querenti eod tit. cap. si delegatus, cap. fin. eod. in 6. cap secundo de matrimonio contract. contra interdict. Eccles. cap. cum teneamur de appell.* Vt proinde non absque iurium autoritatibus Cumanus *in l. aduersus ff. si aduersus rem. iudicatam & Boerius dec. 6.* censuerit eiusmodi principis delegatum aduersus diffinitiuam à se latam posse in integrum restituere licet ei aduersetur Castrensis *l. aduersus C. si aduers. rem. iud. & Abbas in cap. causa restitutionis num. 7. de in integ. rest.* Temperans tamen id in delegato ad vniuersitatem

7 causarum. *late Fel. cap. qualiter de accusat.* qualis est conseruator vt & aduersus suã diffinitiuam sententiam possit reponere quemadmodum & in vicario seu officiali Episcopi alio in loco tradit Abbas *in cap. ex litteris num. 11. in fin. de in integ. rest.*

8 qua ratione officialis noster Leodiensis quotannis restitutiones concedit aduersus plusquam sexcentas sententias diffinitiuas à se latas nam & eiusmodi iudices potest iurisdictio quę fuerat abdicata reuolui, *Milis in Repert. verb. iudex deferendo Rota dec. 13. de offic. del. in nonis dec. 49. de appell. in nonis.*

Quid limita nisi iudex causam iurisdictionemue remiserit ad superiorem tunc

9 enim iurisdictionem quam à se ita abdicauit non potest sine noua commissione reassumere. *Rota dec. 14. num. 5. de offic. del. in nonis,* quia à priuatione ad habitum non datur regressus, *§. quod autem vti DD instit. de capitis dimunit. & l. homo liber. ff. de statu hominum.* Renuntiantique suis iuribus non est dandus ad ea regressus. *Caualcan. decis. 22. num. 70 part. 3.* Secus vero si ad collegam vt puta ratione

10 superuenientis impedimenti vel alia quadam iusta ratione causam remisisset licet enim cessante suo impedimento non possit causam quam remisit reassumere poterit tamen collega impedito vel ei remittente aut malitiosè nolente procedere aliaue ratione causam reassumere, *cap. cum in plures vbi Franc nu. 3. in fine de offic. deleg. in 6. Rota de. 14. de offic. deleg. in nonis.* vt & potest si collega nõ acceptet aut si post acceptationem remittat *Rota d. num. 5. à priuation.* enim ad habitum datur regressus quando prior status non fuit omnino extinctus sed relatus aut suspensus vt est iurisdictio suspensa ob impedimentum superueniens vel alia ex causa, *Prases loco à priuat. ad habitum in fine argum. l. 1. ff. de Regul. Iuris.*

11 Parergos hic propono quæstiunculam non infrequentem nuper mihi communicatam. Num delegatus nuntij Apostolici possit reuocare seu restituere in integrum appellantem aduersus hanc sententiam. Tollimus clausulam inhibitoriam remittentes pro vlteriore executione sententiæ partes ad iudicem à quo.

Videtur posse. Quia interlocutoria habens vim diffinitiue etiam per quam iudicis officium finitur potest si ab ea interponatur appellatio per iudicem qui

cam

eam tulit reuocari. *Felin. cap. significantibus n. 2. de offic. deleg. Abb. cap. cum cessante num. 12. de appellat.*

11 At vero hac in hepothesi censui non posse. Ratio est quia per hanc sententiam non modo finita fuit iurisdictio sed etiam remissa & reuoluta ad iudicem à quo pro vlteriore executione quo casu non potest iudex qui ita decreuit sententiam suam reuocare aut appellantem in pristinum statum reponere. *Abb. d. cap. cum cessante num. 15. DD. cap. cum appellationibus eod. in 6. Abb. cap significantibus de offic. deleg. Guido sing. 904.*

Ratio secunda est quia hæc sententia non modo habet vim diffinitiue. *Marant. de ord. iud. part. 6. in decisorijs actu 1 num. 42.* Sed etiam non sperat aut expectat aliam post se quo casu etiam reuocari non potest. *Marant. ibid. num. 46. l. iudex postquam l. cum queritur ff. de re iud.* 12

Idque non obstante quod eidem clausulæ adiecta sit inter locutoria sublationes clausulæ inhibitorie per quam non videtur omnia abdicata seu remissa iurisdictio sed reseruata quod ad punctum deuolutionis licet non quod punctum suspensionis. Tum quia interlocutoria commixta diffinitiue amittit naturam interlocutoriæ regulaturque ad instar diffinitiuæ. *Marant. d. loco n. 37.* & ideo quemadmodum diffinita reuocari non potest ita etiam nec eiusmodi interlocutoria diffinitiue commixta. *Mar. d. n. 37.* Tum quia concurrentibus duabus causis vel qualitatibus præualere solet ea quæ est potentior, *l. cum quaeritur vbi DD. ff. de stat. hom.* qualis est diffinitiua sententia cum commixta est interlocutorie, *DD. d. l. cũ quaeritur.* Temperandum quod prius dixi est in ordinario is enim iuxta theoriam Castrensis *l. aduersus n. 2. C. si aduersus rem iudicatur, & in l. quod iussit ff. de re iud. & in l. pater in fin. ff. si quis ius dicenti non obtemperan. Bald. l. preses C. quomodo & quando Castr. l. 1. n. 2. C. vbi & apud quem.* Potest etiam aduersus diffinitiuam à se latam restituere appellantem in integrum idque signanter ex officio eius nobili *Fel. c. qualiter n. 35. de accusat.* in hoc enim differ restitutio ab appellatione quod appellatio ad superiorem restitutio vero apud eundem qui grauauit possit interponi. *l. prefecti ff. de minorib.* velut à dormitante ad experrectum quemadmodum de Philippo Macedone refert Budeus *ad pandectas t. t. de offic. praefecti pratorio in hac verba.* Philippus Alexandri magni Pater cum causam Machete cognoscens dormitare videretur non satis animaduertere quæ ille pro suo iure diceret ad extremum Machetam damnauit quo vociferante ac prouocare se dictitante Philippus ita percitus ad quem tandem, inquit, Tum Machetas ad te ipsum, inquit, vbi fueris experrectus animumque aduertere volueris. 13 14 15 16

Estque hæc respondendi vsus signanter à sententijs vim diffinitiue habentib. non semel aut bis sed pluries valde frequens in Romana curia vti testatur eiusdem curiæ celebris pragmaticus Antonius Massa Galelius *ad formulam cameralis*

lis obligationis par. 3. tit. reliqua de processu n. 28. & seqq. Vestrius in praxi Rom. li. 8. c.
17 *4. n. 6. per c. si à iudice de appell. in 6. c. ex literis vbi de rest. in integrum.* Solentq; etiam ab omni hominum memoria ab officili Leodiensi non sexcentarum vel sex millenarum causarum iudice ordinario repositiones hæ aduersus sententias tam vim diffinitiue habentes quam in ære diffinitiuas peti atque obtineri, *per not. Abbat. c. ex litteris n. 11. in fine de Rest. in integrum.*

18 Temperandum secundo in executore gratiæ beneficialis qui licet se pronunciet non esse executorem poterit nihilominus eiusmodi decretum reuocare, *Fel. d. cap. significantibus n. 3. de offic. deleg.*

19 Temperandum tertio, Nisi delegatus parte tolerante reuocaret sententiam vim habentem diffinitiuè, *Fel. d. c. 3. vers. non obstat, Innoc. c. cũ dilectus de Rescriptis.* Multa enim partium taciturnitate tolerantur qui si ad iudicium reuocarentur corruerent vti plenissima manu variorum exemptorum genere ostendit, *Hieronimus Gonzales de mensibus & alternat. Episcoporum §. 56. nu. 48. vsque 108.*

20 Temperandum 4. nisi delegatus pronuntiasset contra formam rescripti nam tunc posset iterum cognoscere atque sententiam suam reuocare. *Felin. cap. in literis nu. 1. vers. tertio fallit de officio deleg. vbi etiam Abbas Cardin. Clem. 1. quæst. 10. de Re Iud. Bald. & Salicetus l. si vt proponis C. quomodo & quando iudex Angel. & imol. l. index post quam ff. de re iudic. castr. l. cum quærebatur ff. de re iudicata.*

Temperandum quinto dummode sententia habeat figuram sententiæ v. g. si condemnetur is qui nunquam fuit in iudicio nisi per procuratorem de cuius mandato non constat, *Fel. d. cap. in literis nu 2. vers. 6.* limita similiter si eius sententia non sit lata in scriptis. *Fel. d. loco.*

21 Temperandum sexto, in sententia absolutoria ab instantia vel obseruatione iudicij aut declarationis deserte appellationis nam ab eiusmodi sententijs etiam delegatus potest restituere, *Fel. d. cap. qualiter & quando nu. 34. de accusat spec. de officio iudicis §. deseruit vers. quod si opponens late Abb. cap. examinata nu. 22. de iudicijs Innoc. cap. consuluit in pr. de offic. del.*

Tũ quod eiusmodi sentẽtiæ vim tantũ habeãt interlocutoriæ, *glo. Barth. & DD. l. titia ff. de Accusat. late Ioannes Bapt. Marchesonus in tract. de differẽtijs sententiarũ.*

Tum quod perempta instantia iurisdictio delegata non pareat, *glo. l. 1. ff. de Iud. d. cap. qualiter nu. 34.* fuitque quampluries à sacro Romanæ rotæ auditoria decisum iudicem delegatum aduersus sententiam desertæ appellationis à se latã posse reponere licereq; ei de diligentijs ac appellationis nõ desertę doceri corã se possit in integrum restituere, *Rota dec. 12. de appel. in nouis dec. 42. de appell. in antiquis.*

22 Temperandum septimo, nisi delegatus sententiando errorem in facto commisisset, *Innoc. cap. 1. de Re iud. Abb. d. cap. qualiter & quando Barth. l. iudex post quam & cast. l. cum quærebatur ff. de Re. Iu.* quæ tamen restrictio, *Felino non placuit in d. cap. qualiter & quando n. 45. & in d. c. in litteris de offic. del.*

Quæ-

QVÆSTIO L.

An Conseruatores possint implorari ab ijs qui præscriptione exemptionem acquisiuerunt.

SVMMARIVM.

1. Præscriptio alia est actiua alia passiua.
2. Exemptio præscriptione acquisita potest per Conseruatores defendi.
3. Exempti possunt se tueri priuilegio Romanæ Ecclesiæ aduersus quam præscriptio minor quã centenaria non currit.

DVplicem hic formo præscriptionem.
Actiuam & Passiuam. 1
Actiuam præscriptionem intelligo per quam priuilegium exemptionis acquiri potest de qua *ego alio in loco lib.1.quæst.8.*

Passiuam vero per quam aduersus exemptos præscriptio induci potest de qua ego eodem libro *quæst.35.& lib 3.quæst.12.*

Itaque siue exempti præscriptione suam exemptionem acquisiuerunt siue 2
aduersus eos præscriptio subiectionis necdum complete inducatur poterint ij ad conseruatores quos habent recurrere & coram eis proponere exceptiones quas sigillatim locis iam dictis examinaui.

Nimirum sanctæ Sedi sese esse immediate subiectos aduersus quam nulla cur- 3
rit præscriptio breuior quam centenaria. De quo etiam varias extare Bullas Pontificas in fauorem quorundam ordinum exemptorum tam quo ad bona mobilia quam immobilia refert Ioannes Baptista Confettius *de priuilegijs omnium ordinum part.2.tit.12.de præscriptione actiua & passiua fol.376.*

QVÆSTIO LI.

Quid de exemptis qui in iure sepulturæ impediuntur.

SVMMARIVM.

1. Exempti impediti in iure funerandi recurrunt ad suos conseruatores.
2. Benedictio extrema est à Parocho recipienda.

Quam-

1 QVamuis sepulturæ ius scripto iure competere soleat Ecclesiæ Parochiali, *Cardinal. Sabarella Clem. dubium § huiusmodi nu. 2. de sepulturis*, sæpe tamen vsu venit vt aliæ Ecclesiæ præsertim ordines exempti priuilegium nacti sint funerandi.

2 Quæritur nunc an possint alienas Parochias solemniter funus ad suas Ecclesias ducendi gratia ingredi & si impediantur an possint ad asilum conseruatoris recurrere Oldradus *vno concilio*, censuit non posse, *cons. 82.* alio vero censuit posse *cons. 204.* ita tamen ne funus tollatur nisi vidente & autoritate Sacerdotis Parochialis vt ab eo accipiat præcationem extremam & requiem æternam & ita iure vsuque multis in locis inualuit teste Sabarella, *in Clem. dudum §. huiusmodi nu. 3.* proinde si qui hoc in Priuilegio interturbentur ambigi nequit quin conseruator imploratus possit sese interponere, *Ioannes Baptista Confettius de Priuileg. om. ord. par. 2. tit. 19. cap. 1. fol. 440.*

QVÆSTIO QVINQVAGESIMA SECVNDA.

Quid si exempti vocentur in ius coram ordinario pro quarta Parochiali an conseruator poterit inhibere.

SVMMARIVM.

1. Canonica Parochialis vnde introducta.
2. In quibus consistat.
3. Decisio quæstionis.
4. Iuris executio spectat ad ordinarium.
5. Responsio ad antinomias.

1 AFFINIS est hæc quæstio præcedenti pro cuius illustratione præmittendum exemptos quibus priuilegiario iure concessa est in suis Ecclesijs funeratio alienorum Parochianorum obligari Parochis ad Canonicam Parochialem quæ limitata est ad quartam funeralem introductam vti alio in loco scripsi, *lib. 4. de iurisdict. ord. in exemptos quæst. 6.* à similitudine, legitimæ patri aut patrono debitæ in bonis filij vel liberti similiter debitam Parochis in compensationem oneris spiritualis consistentis in imitatione Sacramentorū, vt qui spiritualia metiant, tēporalia metant *Petrus de Vbald. tract. de Canonica Episcop. par. 2. c. 6. n. 2. Innoc. c.*
2 *in nostro c. certificari de sepult.* Consistit hæc quarta in legatis ac alijs inobuentionibus quæ fiunt alienæ Ecclesiæ ratione in ea sepulturæ. Idque nisi Ecclesia cui priuilegium funerandi concessum est speciali etiam priuilegio ab eiusmodi canonica Parochiali exempta sit, *Vbald. d. par. 2. cap. 5. Ioannes Baptista Confettius de priuileg.*

uileg.ord.par.2.tit.19.de sepulturis vers.de candelis, aut nisi consuetudine aut præscriptione eandem exemptionem adepta sit, *Hostiensis summa de sepulturis §. an licitum vers.si consuetudo Vbald.d par.2.cap.5.nu.3.* Licet Abbas voluerit eiusmodi libertatem consuetudine in totum acquiri non posse, *cap.certificari de sepult.* quem merito refutauit, *Petrus de Vbaldus iam laudatus.*

Sed hæc paulo extra scopum cœtera examussim peti poterunt ex d. Petro de Vbaldis qui speciali ac docto tractatu totam istam Canonicæ Episcopalis & Parochialis materiam diligenter discussit nihilque intactum reliquit. Redeo itaque ad propositam quæstionem, num Ecclesiæ exemptæ quæ ad Canonicam Parochialem obligantur possint ab Ecclesia Parochiali illiusue Rectore conueniri coram ordinario.

Quæstio hæc vt pleræque aliæ in iure variæ est exagitata Guilielmus de Monte Landu *in Clem. dudum §. verum de sepulturis*, censuit posse conueniri coram ordinario. Ratio eius est per Clement. dudum de sepult. priuilegia exemptionū reuocantur, *d. Clem. dudum vers.neq; ad id, à quoquam.* Deinde Clementina dudū continet iuris dispositionē cuius executio cōpetit ordinario, *cap.si clericus in fin. de præb.in 6.* frustra enim lex editur nisi quispiam qui sit legis executor. *cap.vbi periculum §.præterea de elect.in 6.* verum opinionem istam explodunt alij melioris notæ, *Paulus de Leasaris d. Clem.dudum § verum super verb.elargiri Card.Sabarella ibid. Petrus de Vbaldis de Canonica Episcop. & Parochiali par.2.cap.4. num. 15. & seqq.* Nec obstant iam dictæ rationes in contrarium, etenim Clem. dudum non reuocat exemptiones sed Priuilegia per quæ ante illam clementinam Ecclesiæ non tenebantur Ecclesiæ Parochiali ad Canonicam Parochialem neq; hic deerit qui sit huius Clementi aduersus exemptos executio Papa enim aut legatus de latere iudex est exemptorum coram quo hæc & similes actiones aduersus exemptos poterunt intentari vti alio in loco ostendi, *lib. 2. quæst.2. Card. & Vbald. iam citati.* sit itaque conclusio exemptos si ratione quartæ Parochialis coram ordinario conueniantur ad eos posse quos habent conseruatores recurrere.

3 (beside "Quæstio hæc … Mon-"), 4 (beside "reuocantur …"), 5 (beside "seqq. Nec obstant …")

QVÆSTIO QVINQVAGESIMA TERTIA.

Conseruatores an habere dicantur territorium separatum.

SVMMARIVM.

1. *Territorium quid sit.*
2. *Conseruatores non habent territorium & quare.*
3. *Priuilegia eximunt à subiectione sed non*

non à situatione.

4. *Prelati inferiores non possunt prescribere territorium.*

5. *Iurisdictio respectu territorij habet se ad instar rei cuius quispiam est Dominus.*

6. *Idque proprie loquendo secus improprie.*

7. *Iurisdictio conseruatorum non ideo inefficax quod territorio careat.*

8. *Iurisdictioni nihil est commune cum territorio.*

9. *Ecclesiastici iudices bona immobilia non saisiunt.*

1 TErritorij diffinitionem tradit Pomponius, *l. Pupillus §. territorium ff. de verg. sig.* vt sit vniuersitas agrorum intra fines cuiusque ciuitatis ab eo dictum quod magistratus eius loci intra eos fines terrendi id est submonendi habeat facultatem; sunt autem eius prope significationis comitatus destrictus Diœcesis, *Alciat. d. § territorium de quorum analogia Felinus cap. Rodolphus nu. 15. & Ioannes Francisci de Pannus tract. de potest. can. sede vocante par. 2. quest. 20. nu. 41. & seqq.* Itaque huic quæstioni paucis respondeo negatiue.

Ratio est. Quia si concederemus conseruatores habere territorium separa-
2 tum sequeretur conseruatorias locaque eorum exempta non esse in aliqua Diœcesi seu territorio Episcopi (Diœcesis enim & territorium Episcopale simbolisant, *ca. si quis Episcoporum 16. quest. 2. & ca. omnes Basilica quest. 7. cap. cum Episcopus de offic. ord. in 6. Alberic. in dictionario verb. territorium*) sed constituere propriam Diœcesim seu territorium, *glo. Clem. 1. §. volumus verb. Diœcesanis vbi Card. nu. 2. de foro compet. Farinaceus dec. 324. par. 2. editionis Antuerpiensis anni 1620.* quod iuris ratio non admittit vt enim territorium separatum in Diœcesi solus Pontifex summus potest concedere ad quem solum spectat Diœceses separare, *Host. cap. cum contingat nu. 1. vbi Butrio nu. 11. Abbas nu. 18. de foro compet. Farinac. d. decis. 324. nu. 2.*

Ratio secunda. Quia Priuilegia eximunt duntaxat à subiectione non vero à
3 situatione seu denominatione id est per exemptiones desinunt quidem exempti esse de Diœces. sed non desinunt esse in Diœcesi, *Vitall. Clem. 1. num. 44. de priuileg. franc. cap. 2. §. statuto vers. sed aduerte de constit. in 6. Abbas cap. Apostolica nu. 3. de donat. plena Fel. Abb. DD. cap. graue de offic. ord.* Vnde iuris ratio non patitur exemptiones quæ sunt iuris odiosi *l. 1. quest. 3.* extendi atque ampliari à casu subiectionis ad casum situationis quæ apud Philosophos sunt cathegoriæ distinctæ ea enim omnia quæ per Priuilegia exemptionum Episcopo expresse non auferuntur censentur illi reseruata ac sub eius primœua iurisdictione remanere. *Anchar. cap. Pastoralis nu. 45. de foro compet. & d. cap. 2. nu. 10. vers. quando Prelatus de const. in 6. Farinac. d. decis. 324. nu. 5.* Quo fit & cum conseruatorie exemptionesque sint in diœcesi siue territorio non possint conseruatores dici habere territorium separatum quippe quod territorium seu Episcopatus

patus vnum sit corpus cuius caput est Episcopus si autem constituatur in eodem Episcopi territorio aliud territorium fiet vt inquit, *Hostiensis in d.cap.cum contingat nu.1.& in cap.quanto nu.13.cap.quoniam nu.2.de offic.ord.Farin.d.loco Abb.& DD.d.cap.cum contingat*, vnum corpus monstruosum plura habens capita. 3

Confirmatur ab identitate rationis, quia Prælati inferiores non possunt ne quidem præscribere territorium ita separatum ab Episcopo vt quasi aliud caput faciat in eadem Diœcesi, *Butrio cap.cum contingat nu.11.vbi Abb.nu.18.& 19. Bellamera nu.15.& 16.de foro compet.* essetque eiusmodi consuetudo aut præscriptio irrationabilis quæ ne quidem immemorali tempore præscribi posset, *Farin. d. dec.324.nu.11.* idq; vt dixi ne eiusdem mystici corporis plura capita supponamus nec obstat quod vtraq; lex scilicet iurisdictionis & Diœcesanæ ac consequenter territorium præscribi ita possit vt nequidem Episcopus in eo possit constituere Officialem, *Rota dec.12.de præscriptionib.in nouis Abb. d.nu.11.& 18.* Quia hoc intelligendum est vti explicat idem Abbas *d.nu.11.& 18.* & Doctores hactenus laudati in præscriptione iurisdictionis quasi Episcopalis & Episcopo inferioris non vero in præscriptione territorij separati, præscribentes enim territorium separatum qui præscripsissent non amplius essent in Diœcesi sed ipsimet essent Diœcesani & separatum territorium constituerent & ita in vna constantiensis iurisdictionis per sacrum rotæ auditorium decisum, *Anno 1611.Maij.18.refert Farinaceus d.dec.324.nu.13.* quod notandum pro Archidiaconis cuiusdam Diœcesis qui finitrias suas ac philacteria dilatando parem æqualemque cum Episcopo iurisdictionem sibi adeo attribuunt vt non modo præuentioni locum esse existiment sed & ab eorum sententijs ad Episcopum veluti eis coequalem appellari posse non putent. 4

Confirmatur secundo, quia iurisdictio respectu territorij habet se ad instar rei cuius quispiam habet dominium *eleg.Barth.l.1.nu.15.vers.sicut ergo dominium coheret personæ dominij tamen est in re ita iurisdictio coheret officio personæ eius qui habet officium tamen est in territorio & sic non est qualitas territorij sed magis personæ ff. de iurisd.om.iud.glo.marg.& l.qui furere ff.de stat.hom.* sicuti autem idem dominium aut ius non potest esse insolidum apud plures, *l.si vtero §.si duobus ff. de commod.l.2.§.ex contrario ff.de acq.poss.Socin.in Fallen.Reg.99.* ita & eiusdem territorij iurisdictio competens episcopo conseruatori non potest eodem in territorio competere. Hactenus dicta proprie loquendo procedunt non vero improprie loquendo plerisque enim placuit loca exempta & consequenter conseruatorias constituere seu habere territorium, *late Roland.cons.32.nu.44.par.3.Fel.cap.graue nu.2.in fin.de offic.ord.* idque quo ad certos tantum casus & effectus per modum similitudinis, *Farin.dec.324.num.9.* Porro conseruatorum iurisdictio non ideo minus erit efficax quod territorio careat vt nec minus efficax est iurisdictio 5 6 7

ordi-

ordinaria quæ potest esse sine territorio dummodo habeat personas in quas iurisdictionem possit exercere, *Alex. l. solent in fine ff. de iurisdict. om. iud. Fel. d. cap.*
8 *Rodolphus nu. 15.* Iurisdictioni enim signanter speciali nihil esse cum territorio commune traditum est, *cap. 1. de religios. domibus Fel. cap. cum causam nu. 12. vers. secundo de probat. Farinac. d. del. 324. num. 10. glo. cap. 1. in verb. diuisis dist. 10. & in Clem. nu. Romani verb. Diœcesis de elect. Anton. & Hostiens. cap. querimoniam de iure patronat.* indeque est quod Rebuffus, *d. l. Pupullus §. territorium ff. de verb. sig.*
9 tradidit Episcopos ordinariosue iurisdictionem Ecclesiasticam habentes saisire vel sequestrare non posse bona immobilia quæ territorium respiciunt, *idem Rebuff. ad concordata tit. de nominationibus Regijs § 1. verb. maritus.* vt nec Apostolici seu Ecclesiastici notarij instrumenta conficere quæ rem ipsam realiter efficiant & hypothecam realem inducant, *Pirichus ad cons. Aurel. tit. 12. § 1. glo. in littera D. E.* Nam diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet. Quæ omnia velut ex copia coram examinantur & resoluuntur à Nauarro, *in Repert. cap. nouit de iudicijs.*

QVÆSTIO QVINQVAGESIMA QVARTA.

An Conc. Trid. constitutionesque Pontificum illius confirmatorie censeantur derogare exemptionibus earumue conseruatorijs.

SVMMARIVM.

1. *Consil. Trid. derogat multis in casibus exemptionibus.*
2. *Non tamen indistincte.*
3. *Quid si Conc. Trid. non sit receptum.*
4. *Item quid si Papa Conc. Trid. derogauerit.*
5. *An opus sit vt Papa specifice Conc. Trid. deroget.*
6. *Dispositio Principis interpretationem sumit à iure communi.*
7. *Constitutio confirmans interpretationem sumit à confirmata.*
8. *Cessante causa confirmationis cessat confirmatio priuilegij.*
9. *Explicatio Conc. Trid. cap. 22. sess. 25. de Regul.*
10. *Dispositio intelligenda est secundum conditionem personarum ad quas dirigitur.*
11. *Conc. Trid. non reuocauit conseruatorias vniuersitatum collegiorum aut Regularium.*

1 ITa videtur. Nam non modo Concilium Tridentinum passim sed etiam constitutiones Pij 4. derogant mari magno ac quibuscumq; Priuilegijs exemptionibusque

nibúsque etiamsi de eis verbatim facienda esset mentio Deinde Concilium Trid. *sess.25.cap.22.de Ref.* cum magna verborum emphasi sanciuit obseruandos suos canones cum clausula irritante quorumcumque exemptionum aduersantium, verum cum Emanuele Roderico distinguendum est inter Concilij Tridentini 2 canones quibus sigillatim apposite sunt clausulæ derogatoriæ exemptionum & alios canones quibus eiusmodi clausulæ non sunt appositæ. *Emanuel Roderic quæst.regul.tom.1.quæst.8.art. 6.*v.g. canon Concilij quid simpliciter sancit nec vltra procedit ad irritationem priuilegiorum contrariantium & hoc casu Concilium Trid. non censebitur exemptionibus derogasse aut vero canon vlterius 3 procedit cum clausula derogatoria & tunc censebitur derogasse, *Emanuel Roderic.d.loco.* quæ tamen adhuc cum mica salis intelligenda sunt nisi Concil. Trid. non sit receptum qua de re plenæ scripsi alio in loco, *lib.1 quæst. 50.* aut si eidem 4 Concil. Trident. Papa postea derogauerit in fauorem quorundam ordinum vti factum in fauorẽ Societatis Iesu Cisterciensium minorum constat *ex Greg.XIII.* 5 *& XIV. PP. ac Sixti V. qua de re Emanuel d.quæst.8.art.8.in fine.* nec opus est vt nominatim specifice Concilio Trid. per Papam derogetur sed sufficit generali clausula, non obstantiarum, per quam Pontifex Concil. Trid. derogare voluisse censendus est vti ex mente sacræ congregationis Concil. Trid. interpretum concludit & ex iure probat Emanuel Roderic.*quæst.reg.tom.3 quæst.39 art.4.col.3.& 6.fol.119.Anastasius Germonius de sacr.immunit.lib.2.cap.11.nu. 52.* reprehendens alios qui in aliam iuerunt sententiam, neque obstat constitutio Pij *IV.* confirma- 6 toria Concil. Trid. cum ampla derogatione quorumcumq; priuilegiorum, quia Principis dispositio interpretationem sumit à iure communi quæ præsumitur fuisse talis qualis de iure esse debet. *Bald.l.ex facto not.4.ff.de vulg.& pup.vti etiam Alex.Ias.in l.beneficiũ n 35.ff.de const.princ.Emanuel Roder.d.tom.1 quæst.8.art.3 in fin.* De iure autem constitutio quæ fit ad confirmationem alterius constitutionis 7 intellig. debet secundum terminos constitutionis confirmatæ, *Fel.cap.1.num. 57.de Iureiur.glo cap.statutum verb.consuetudine de elect. vbi Card. & DD.* nimirum vt constitutio confirmans non censeatur derogasse priuilegijs nisi & in canonibus Concil. Trid. speciatim sit priuilegijs derogatum.

Deinde finis constitutionis confirmatoriæ est vt decreta Concil. Trid. obseruentur inquam tacite influit clausula nisi aliquod priuilegium cui per Concil. Trid. non fuerit derogatum allegetur, *Emanuel Roder.d.art.6.col.3.& 4.* ideoque 8 cessante causa finali constitutionis confirmantis cessat illius constitutio, *l. adigere §.quamuis ff.de Iure patr.cap.cum cessante de appell.*

Sed nec obstat *d.cap.22.Concilij Trid.* Quia capitulum illud 22 derogat tan- 9 tum Priuilegijs regularium aduersantibus canonibus in sessione 25.comprehensis, non vero alijs Canonibus qui sparsim sub cathegoria aliarum sessionum de-

10 scribuntur *Emanuel Roder. d. art. 6. col. 2.* omnis vero dispositio intelligenda est
11 secundum conditionem personarum ad quas deriguntur, *glos. l. si quando ff. de Iur. offic. test. l. plenum §. equitius ff. de vsufruct. Barth. l. ex Militari §. sed vtrum ff. de Milit test.* Deinde Concil. Trid. non reuocasse conseruatorias vniuersitatum aut regularium similesue sacra congregatio Concilij Trid. interpres resoluit, *teste Farinaceo par. 4. ad cap. 5. sess. 14. de reform.*

QVÆSTIO QVINQVAGESIMA QVINTA.

Vtrum constitutio Concilij Lateranensis modificans conseruatorias exemptionesque sit in viridi obseruantia.

SVMMARIVM.

1. *Constitutio Lateranensis est in viridi obseruantia nisi Pontifex illi deroget.*
2. *Variæ Bullæ derogant huic constitutioni.*

Respondetur esse, *cap. de constit. & Nauar. cons. 1. de constit.* idq; nisi posteriore
1 aliqua constitutione sit reuocata in totum vel pro parte *l. abrogare l. derogare ff. de verb. sig.* aut etiam nisi summus Pontifex viuæ vocis oraculo ei-
2 dem constitutioni derogauerit quod & fecisse Leonem X. Anno 1519. in vigilia Visitationis B. Mariæ qui eiusdem Concil. Lateranensis autor fuit in fauorem ordinis Minorum obseruantiæ testatur Emanuel Roderic. *Reg quæst. tom 1. quæst. 8. art. 9.* refertque eadem quæstione *art. 10.* extare Bullam Pauli Papæ IV. anni 1549. mensis Martij die 10. specifice reuocatoriam dicti Concil. Lateranensis in fauorem quorundam ordinum.

QVÆSTIO QVINQVAGESIMA SEXTA.

Quæ Priuilegia sint à Concilio Tridentino reuocata.

SVMMARIVM.

1. *Conc. Trid. multis casibus derogat exemptionibus.*
2. *Conc. Trid. non derogat iurisdictioni conseruatorum vniuersitatum aut collegiorum.*
3. *Priuilegia quibus non est derogatum manent*

manent sarta tecto.
4. A Iure antiquo non est recedendum nisi quatenus nouo iure exprimitur.

Respondetur omnia illa priuilegia quæ disertis verbis à Concilio Tridentino abrogantur. *Emanuel Roder regul. quæst. tom 1. art. 7.* 1

Inter quæ recensetur correctio concionatorum qui concionandi munere abutuntur, *Conc. Trid. sess. 5 cap. 2. de Refor.*

Secundo vt nequeant concionari sine licentia episcopi. *sess. 25. cap. 4. de refor.*

Tertio vt subdiaconus ordo ante vigesimum secundum annum, Diaconatus ante vigesimum tertium presbiteratus ante vigesimum quartum non conferatur, *sess. 23. cap. 12 de refor.*

Quarto ne eodem die duo ordines sacri conferantur, *sess. 23. cap. 13. de refor.*

Quinto ne quispiam confessiones sacramentales audiat antequam ad hoc munus fuerit à Diœcesano iudicatus idoneus. *sess. 23. & 15. de refor.*

Sexto omnia decreta sessionis 25. de Regul. quæ compendij gratia hic non referuntur obseruanda sunt exemptionibus non obstantibus, *Emanuel Roder. regul. quæst. tom. 1 quæst. 8 art. 7. vers. 10.* id quod tamen est intelligendum adhibita salis mica, *quæst. 50. lib. 1. de Iurisdict. ord. in exemptos.* sed an conseruatorum iurisdictio censeatur reuocata. Respondeo conseruatores ad vniuersitatem causarum deputatos non esse reuocatos, *Greg. Sayrus in flor. decis. lib. 1. Tit. 17. de offic. del. dec. 1. qua de re vide etiam infra quæst. 96.* sit itaq; conclusio sarta tecta manere priuilegia quæ Posterioribus Pontificum constitutionibus non inueniuntur Canonice reuocata quia à iure antiquo non est recedendum nisi quatenus exprimitur in nouo, *l. præcepimus C. de appellat. Nauar. cons. 17. nu. 4. de sponsali. 6.*

(Right margin: 2 beside "referuntur"; 3 beside "ctio censeatur"; 4 beside "vocata quia".)

QVÆSTIO QVINQVAGESIMA SEPTIMA.

Quid si confirmationi Priuilegiorum adijciatur clausula quatenus sunt in vsu.

SVMMARIVM.

1. *Priuilegia an per non vsum amittantur.*
2. *Ordini Benedictino minor præscriptio non obstat quam 60. annorum.*
3. *Iure participationis id extendi potest ad quosdam alios ordines.*
4. *Intelligentia clausula quatenus sunt in vsu.*
5. *Confirmatio nouum ius non tribuit sed ante constitutum stabilit. & nu. 7.*

Cc 2 6. Secun

6. Secus si confirmetur quod nullum est aut imperfectum.
8. Clausula non obstantibus constitutionibus Apostolicis quid operetur.
9. Clausula ex certa scientia effectus.

GRegorius XIII. in Bulla confirmatoria priuilegiorum quorundam ordinum adiecit clausulam. *quatenus sunt in vsu*, itaque breuiter huius clausulæ interpretatio est inuestiganda ad cuius explicationem prius quam descendam præmitto quæstiunculam ab Abbate *in cap. cum accessissent de constit.*
1 & à me alio in loco. *de iurisdict. ord. in exempt. lib. 4. quæst. 21.* examinatam. An priuilegia per non vsum amittantur in qua solet ita distingui, aut priuilegium concessum est personæ particulari aut alicui ordini communitati vel Ecclesiæ primo casu perditur per contrauersionem seu vsum directo contrarium non vero in secundo, *Abb. d. loco DD. l. voluntario C. de executor. siluester. verb. priuilegium nu. 2. & 3. Emanuel Roder. quæst. reg. tom. 1. quæst. 8. art 3. vbi id explicat Card. Saraphinus dec. 951. nu. 1.* causa enim vniuersalis potius consideranda est quam exercitium ipsius actus, *Bald. l. 2. nu. 2. C. de Emanc. liberor. Far. d. decis. 951. nu. 2.*

Secundo vero casu non amittitur nisi legitimo tempore præscriptum sit non quidem cursu annorum 30. vti innuere videtur, *Alex. III. in c. si de terra de priui-*
2 *leg.* sed annorum 40. *cap. accedentibus de priuileg.* excepto tamen inter alios ordine S. Benedicti cui Eugenius Papa IV. Anno 1434. septimo Kalendas Martij cōcessit Priuilegium ne contra eum currat minor præscripto annorum 60. quod
3 quidem priuilegium iure participationis etiā ad alios quosdam extendi potest id quod ex Priuilegiorum origine & concessione dependit vti de origine mendicantium testatur. *Emanuel Roderic. d. art. 3. fol. 36. Col. 1.* Itaque vt quæstioni propositæ responderē, dico quod Greg. XIII. confirmando priuilegia cum hac modi-
4 ficatione, *quatenus sunt in vsu*, censetur tantum confirmare priuilegia quæ valida sunt hoc est quæ præscriptione annorum 40. secundum ius commune vel 60. iuxta d. Eugenianam non sunt cassa & obliterata, *Emanuel. d. art. 3.*
5 Ratio est. Quia confirmatio nouum ius non tribuit sed ante constitutum stabilit & confirmat. *cap. cum dilecta de confir. vtili & inutili. Gaill. lib. 2.*
6 *obs. 1. cap. quia diuersitatem de conceff. preb.* quod secus esset si id quod ipso iure nullum est, *l. legata inutiliter ff. de adopt.* aut quod imperfectum est confirmatur nam tunc rem nouam concedere censeretur, *Barth. l. & quia ff. de iurisdict. om. iud. auth. de defensorib. §. interim. col. 3.*
7 Ratio secunda. Quia Greg. XIII. non tantum confirmat Priuilegia sed etiā eadem innouat seu de nouo concedit innouatio autem Priuilegiorum nouum ius non tribuit sed antiquum duntaxat conseruat. *cap. ex parte de priuileg.* idque nisi confirmationi seu innouationi Priuilegiorum adijciatur clausula non obstantibus

tibus reuocationibus Apostolicis nam tunc Priuilegia quæ cassa irritaque fuerunt per non vsum vel præscriptionem vel aliter viuificarentur atque à nouo re- 8
staurarentur, *Abb. cap. cum super de causa poss & propriet. late Rosella. in sua Sena. tit. absoluto 1. num. 122. 123. Emanuel. d. loco*, prout & si confirmationi adijciatur clausula ex certa scientia per eam enim etiam confirmantur priuilegia abroga- 9
ta per contrarium vsum, præscriptionem vel aliter, *late Emanuel Roderic. d. quæst. 8. art. 4. fol. 37. col. 1. & d. cap. quia diuersitatem glo. cap. ad hoc vbi Ab. 6. num. 7. de Rescriptis in 6. cap. nonnulli col. 1. eod. tit. Dec. l. testam. num. 13. de milit. test.*

QVÆSTIO QVINQVAGESIMA OCTAVA.

Quid si Priuilegia confirmentur cum clausula quatenus decretis Concilij Tridentini & sacris Canonibus aduersentur.

SVMMARIVM.

1. *Confirmatio Priuilegiorum Societatis Iesu est amplissima.*
2. *Particulæ & sacris Canonibus explicatio.*
3. *Confirmatio Priuilegiorum latissime interpretanda in praiudicium confirmantis.*

AD huius clausulæ explicationem quædam notaui alio in loco, *lib. 4. quæst. 21 d. Iurisd. ord. in exempt.* à quo tempore incidi in Emanuelem Roderic. qui eodem prope sermone in eiusdem clausulæ enucleationem conuenit, *quæst. Reg. tom. 1. quæst. 8. art. 8.* subiungitq; in confirmationibus Priuilegiorũ ordinis minorum per Sixtum V. verba illa sacris Canonibus non inesse prout nec in confirmatione Priuilegiorũ ordinis Cisterciensis per Greg. XIV. At vero con- 1
firmatoria Priuilegiorum Societatis Iesu pura puta est atque amplissima nullis restrictiuarum clausularum vinclis coarctata. Itaque si quorum ordinum Priuilegia post Conc. Trid. publicationem confirmata fuerunt cum hac clausula quatenus sint in vsu & decretis Conc. Trid. & sacris Canonibus non contradicant 2
particula illa & sacris Canonibus non ponetur copulatione vt sæpe solet, *l sæpe ff. de verb. sig. Albertus de Pergamo de probationibus vers. et.* Sed expositiue, *l si in venditione vbi glo. ff. de euictionibus.* Cũ enim Conc. Trid. scateat sacris canonibus fit vt copula illa proposita inter duo quorum vnum sequitur ad aliud resoluatur in expositiuam, *Abb. cap. monasteria nu. 4. de vita & hon. cler.* veluti si Pontifex

diceret quatenus decretis Conc. Trid. id est, sacris canonibus Concilio Tridentino insertis non contradicant nisi enim ita interpretamur nulla certe aut paucissi-
3 ma remanerent priuilegia per Pontificem confirmata, *Emanuel d. art. 1.* debent autem priuilegia eorumque confirmationes in dubio latissime in praeiudicium concedentis interpretari *l. beneficium vbi DD. ff. de const. principum.*

QVÆSTIO QVINQVAGESIMA NONA.

An generalis confirmatio priuilegiorum se extendat ad ea quae sunt contra ius.

SVMMARIVM.

1. *Confirmatio generalis non se extendit ad ea quae sunt contra ius idque nisi excipiatur casus vnus qui sit contra ius.*
2. *Princeps non censetur velle praeiudicare tertio.*
3. *Idque nisi vnum casum excipiat in quo declaret se nolle tertio praeiudicare.*

1 MInimè; nisi post confirmationem generalem excipiatur casus vnus qui sit contra ius: talis enim exceptio huius est energiae vt Papa censeatur etiam confirmare omnia alia priuilegia quae sunt contra ius. *Bald. c. a. fin. num. 2. per quos fiat inuestitura, & in l. 1. in fin. de ferijs, Ias. l. fin. in fin. ff. quod quisque iuris Ruin. cons. 100. vol 3. Mandos. ad Reg. Cancell. 13. quaest 8. num. 5. Emanuel. Roder. quaest. tom. 1. quaest. 8. art. 9. in fin.* quippe quod haec exceptio ex ea specie sit quae
2 regulam solet ampliare. *Dec. l. 1. num. 3. & seqq. ff. de Reg. iur.* hincque est quod licet princeps non censeatur velle tertio praeiudicare. *L. 1. & seqq. C. si contra ius vel vti-*
3 *lit.* attamen si vnum casum excipiat in quo nolit tertio praeiudicare censebitur in alijs omnibus casibus tertio praeiudicare voluisse. *Dec. d. l. 1. & num 32.* idque nisi verba regulae repugnent nam tunc exceptio facta de eo quod in regula non comprehenditur non ampliat regulam sed vitiatur, *Dec. d. l. 1. num. 35. & 40.*

QVÆSTIO SEXAGESIMA.

Ordines an sibi inuicem propria priuilegia communicent.

SVM-

SVMMARIVM.

1. *Priuilegia concessa religiosis non extenduntur ad religiosas eiusdem ordinis.*
2. *Nisi specialiter ita disponatur.*
3. *Participatio priuilegiorum an & quatenus se extendat.*
4. *Quid si obseruantia religionis repugnent aut ordo non vtatur, num. 2. in fin.*

DE hoc articulo succinctim tractaui alio in loco, *de iurisdict. ordin. in exemptos lib. 1. quæst. 17. num. 17.* fuseque & late hanc materiam pertractatam reliquit Emanuel Roderic. *Reg. quæst. tom. 1. quæst. 55. per tot.* explicans quæ & qualia priuilegia singuli ordines sibi inuicem communicent quæ cum in facto consistant non persequor, solum hic inquiro an priuilegia concessa religiosis vnius ordinis extendãtur ad religiosas eiusdẽ ordinis, Respondi de iure nõ extendi, *lib. 1. de iurisdict. ord. in exemptos quæst. 17. num. 17.* quia in odiosis masculinum 1 non concipit Fœmininum, *l. quisquis C. ad l. Iul. Maiest. l. 1. §. quare ff. de ventre in poss. mittendo. Alciat. & DD. l. verbum hoc si quis ff. de verb. sig.* nisi specialiter ita sit dispositum vti de sororibus S. Claræ quas Emanuel Roder. *d. quæst. 55. art. 13.* speciali priuilegio docet priuilegio minorum gaudere & de monialibus ordinis S. 2 Dominici priuilegijs ordinis Dominicanorum idque etiamsi ordo cuius priuilegia alteri communicantur è priuilegio non vtatur, *Abb. cap. cum accessissent nu. fin. de const. vbi Innoc. Siluester verb. priuilegium §. 11. Emanuel d. quæst. 55. artic. 19.* quod exaudiendum cum communicatio priuilegiorum fit independenter. Secus 3 vero si dependenter. *Emanuel. d. quæst. 55. art. 19. & 21. & late eod. tom. quæst. 8. art. 4.* Declarandum tamen ita demum hanc priuilegiorum communicationem pro- 4 cedere dummodo obseruantiæ religionis quæ alteri in priuilegio participat non aduersentur alioquin enim ea participatio non ad stabiliendam religionem sed ad illam discipandam destruendamque tenderet. *Emanuel d. quæst. art. 22.* Inducta autem ad augmentum religionis diminutionem illius parere non debent. *arg. l. si mancipia in pr. ff. de fundo instr. legato l. si circa C. de propos. agent. in reb. lib. 12. Albertus Brunus tract. de diminutione concl. 6.* Inductaque in fauorem religionis non debent in illius odium & dissipationem redundare, *cap. quod ob gratiam de Reg. Iur. in 6.*

✠

QVÆST.

QVÆSTIO SEXAGESIMA PRIMA.

Quid si tollantur priuilegia vnius ordinis an censebuntur sublata respectu eorum qui habebant ius participandi in priuilegijs illius ordinis.

SVMMARIVM.

1. Interest an participatio competat dependenter vel independenter.

DIstinxi alio in loco *lib. 1. de iurisdict. ord. in exemptos quæst. 17.* vtrum eiusmodi participatio concessa fuerit, independenter vel dependenter primo casu non censebuntur sublata secundo cēsebuntur qua de re plenius *Emanuel. Roderic. quæst. Reg. tom. 1. quæst. 8. art. 4. quæst. 9. art. 9. & quæst. 55. artic. 19. & 21. eiusdem tomi.*

QVÆSTIO SEXAGESIMA SECVNDA.

Conseruatores an clientum suorum gratia possint à iure scripto discedere.

SVMMARIVM.

1. Philosophi quidam censuerunt amicitiæ causa à iure recedi posse.
2. Auli gellij hac de re refertur sententia.
3. Quid Cicero & posterioris æui iurisconsulti censuerunt.
4. In dubio an pro amico iudicandum.
5. Axioma illud Glossæ pro amico refellitur & num. 7.
6. Iudices gerunt vicem Dei apud quem acceptatio non est personarum.
7. Amici causa ne latum quidem vnguem à iure est discedendum.
8. Glossæ magna est autoritas.
9. Amicitiæ causa pœnæ quandoque molliuntur.

3 NOn contemnenda est hæc quæstio, sicuti enim non pauci Philosophiæ sectatores vti eleganter refert Aulus Gellius *noctium atticarum lib. 1. ca. 3.* amicitiæ gratia à rationis tramite nonnihil declinare posse censuerunt ita & conseruatoribus clientum suorum causa id videbatur indulgendum si amicitiam necessitudinemque inter eos & clientes intercedentem consideremus.

Aul.

Aul. Gell. noctium atticarum lib. 5. cap. 13. quæ est ad instar amicitiæ officijque patronorum in libertos *tot. tit. ff. de obsequijs parent. & patr.* aut superiorum in subditos; *Ioannes de Signano tract. de amicitia dominorum in seruos & e contra.* Vt proinde esse videatur quatenus amicitiæ venia dari possit præsertim cum amici vtilitas nimio est amplior honestatis autem nostræ in re non graui leuis iactura est tum enim quod vtile amico est id primum illo quod honestum nobis est fit plenius sicut magnum pondus æris parua lamina auri fit preciosius vti tradit Aulus Gellius cuius verba hic referre non piguit apud eum itaque sic habetur. *d. libr. 1. cap. 3.*

Chilo præstabilis homo sapientiæ, quonam vsque debuerit contra legem, contraque ius pro amico progredi, dubitauit. Eaque res in fine quoque vitæ ipso animum eius anxit. Et alij deinceps multi Philosophæ sectatores, (*vt in libris eorum scriptum est*) satis inquit, scite satisq; solicite quæsierunt vt verbis: quæ scripta sunt, ipsis vtar εἰ δεῖ βοηθεῖν τῷ φίλῳ παρὰ τὸ δίκαιον, καὶ μέχρι πόσου ϗ ποῖα. Ea verba significant: quæsisse eos, an contra ius, contraue morem faciendum pro amico sit, & in qualibus, & in quibus causis, & quenam ad vsq; modum. Super hac quæstione tum ab alijs, (sicuti dixi,) multis, tum vel diligentissime à Theophrasto disputatur, viro in Philosophia peripatetica modestissimo, doctissimoque. Eaque disputatio scripta est, (si recte meminimus) in libro eius de amicitia primo. Eum librum M. Cic. videtur legisse: cum ipse quoque librum de amicitia componeret. & cætera quidem quæ sumenda à Theophrasto existimauit(vt ingenium, facundiaque eius fuit) sumpsit & transposuit commodissime aptissimeque. Hunc autem locum, (de quo satis quæsitum esse dixi;)omnium rerum aliarum difficillimũ strictim, atque cursim transgressus est. Neque ea quæ è Theophrasto pensiculate atq; enucleate scripta sunt executus est sed anxietate illa & quasi morositate disputationis prætermissæ genus ipsum rei tãtum paucis verbis notauit ea verba Cicer. (si recẽsere quis vellet: apposui.)His igitur finibus vtendũ esse arbitror vt cũ emendati mores amicorum sunt: tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum, voluntatum, sine vlla exceptione communitas vt etiam si qua fortuna acciderit vt minus iustæ voluntates amicorum adiuuandæ sint: in quibus eorum aut caput agatur, aut fama declinandum sit de via, modo ne summa turpitudo sequatur. Est enim quatenus amicitiæ venia dari possit, cum agetur, inquit aut caput amici, aut fama, declinandum est de via: vt etiam nonnunquam voluntatẽ illius adiuuemus sed cuiusmodi declinatio ista esse debeat, qualisque adiuuandum digressio, & in quanta voluntatis amici iniquitate, non dicit. Quid autem refert scire me in huiusmodi periculis amicorum si non magna me turpitudo secutura est, de via recta esse declinandum, nisi id quoque me docuerit quam putet magnam turpitudinẽ? & cum decessero de via quousque digredi debeam? est enim inquit quatenus da-

ri amicitiæ venia possit. Hoc immo ipsũ est, quod maxime discendũ est quodque ab ijs qui doceant minime dicitur quatenus, quaque fini amicitiæ venia debeat. Chilo ille sapiens (de quo paulo ante dixi) conseruandi amici causa, de via declinauit. Sed video quousq; progressus est. falsum enim pro amici salute consiliũ dedit. id ipsum tamen in fine quoque vitæ, an iure posset reprehendi, culparique dubitauit. contra patriam, inquit Cicero, arma pro amico sumenda nõ sunt. Hoc profecto nemo ignorat, & priusquã Theognis, vt Lucilius ait, nasceretur. sed id quæro, id desidero: cum pro amico contra ius, & contra quã licet, salua, tamen libertate & pace, faciendum est: & cum de via (sicut ipse ait) declinandum est: quid & quantum & in quali causa, & quonam vsque fieri debeat? Pericles ille Atheniensis egregius vir ingenio bonisq; omnibus disciplinis ornatus, in vna quidem specie, sed planius tamen, quid existimaret, professus est. Nam cum amicus eum rogaret, vt pro re, causaq; eius falsum deieraret: his ad eum verbis vsus est. δεῖ μὲν συμπράττειν τοῖς φίλοις ἀλλὰ μέχρι θεῶν. Theophrastus in eo quem dixi libro inquisitius quidem super hac re ipsa & exactius, pressiusq; quàm Cicero disseruit. Sed is quoque in docendo, non de vnoquoque facto singillatim æstimat, neqꝫ certis exemplorum documentis, sed generibus rerum summatim, vniuersimque vtitur, ad hunc fermè modum. Parua inquit & tenuis vel turpitudo, vel infamia subeunda est: si ea re magna vtilitas amico quæri potest. Rependitur quippe, & compensatur leue damnum delibatæ honestatis maiore alia, grauioreq; in adiuuando amico, honestate. Minimaq; illa labes, & quasi lacuna famæ imminentis, partarum amico vtilitatum ratione solidatur. Neque nominibus inquit, moueri nos oportet: quod paria genere ipso non sunt, honestas meæ famæ, & rei amici vtilitas, Ponderibus hæc enim, potestatibusque præsentibus, non vocabulorum appellationibus: neque dignitatibus generum dijudicanda sunt. Nam cum in rebus aut paribus, aut non longe secus, vtilitas amici, & honestas nostra consistit: honestas proculdubio præponderat. Cum vero amici vtilitas nimio est amplior: honestatis autem nostræ in re non graui leuis iactura est: tunc quod vtile amico est, id primum illo quod honestum nobis est. fit plenius sicuti magnum pondus æris, parua lamina auri fit pretiosus. Verba adeo ipsa Theophrasti super ea re adscripsi. οὐκ οἶδ' εἴπου τούτῳ τῷ γένει, τιμιώτερον ἤδη, καὶ, ὅτι δυνατὴ μέρος τούτου πρὸς τὸ τηλίκον θατέρου συγκρινόμενον αἱρετὸν ἔσται. λέγω δ' οἷον, οὐ καὶ χρύσιον τιμιώτερον χαλκοῦ, καὶ τηλικὸν τοῦ χρυσίου πρὸς τὸ τηλικὸν χαλκοῦ μέγεθος ἀντιπαραβαλλόμενον πλέον δόξει, ἀλλὰ ποιήσει τινὰ ῥοπὴν καὶ τὸ πλῆθος καὶ τὸ μέγεθος.

Phauorinus quoque Philosophus huiuscemodi indulgentiam gratiæ, tempestiuius laxato paulum, permissoque subtili iustitiæ examine, his verbis definiuit. ἡ καλουμένη χάρις παρὰ τοῖς ἀνθρώποις τοῦτο ἐστὶν ὕφεσις ἀκριβείας ἐν δέοντι. Post deinde idem Theophrastus ad hanc fermè sententiam disseruit. Has tamen inquit

inquit & paruitates rerum,& magnitudines,atq; has omneis officiorum æstimationes,alia nonnunquam momenta extrinsecus,atq; alia quasi appendices personarum,& causarum,& temporum: & circumstantiæ ipsius necessitates: quas includere in præcepta difficile est:moderantur,& regunt,& quasi gubernant:&nũc ratas efficiunt;nunc irritas. Hæc talia quæ Theophrastus satis caute, & solicite, & religiose,causa differẽdi magis,disputandiq; diligentia,quã cũ decernendi sentẽtia,atq; fiducia disseruit. Profectò causas scientiæ corporũ varietates, dissertationũq; ,& differẽtiarũ ignorantes,directũ atq; perpetuũ distinctũq; in rebus singulis præceptũ,quod ego in prima tractatus istius parte desyderare dixerã; nõ capiunt.

Fuit & huius sectæ non modo Cicero oratorum coriphæus vti iam retulit 3
Aulus Gellius, sed & posterioris æui alij non pauci.*gloss.cap.nisi de officio legati vbi Innocent.Vbertus de Bonocurso in sua praxi tit.de Recusatione vers.quia secundum mart.in apost.verb.gratificari per l. non quicquid ff. de iudicijs.* sentientes in biuio 4
consilij pro amico iudicandum, Imo glossę opinionem si sit singularis alijs præferendam iuxta pragmaticorum quorundam mineruę pinguioris prouerbium 5
Glossa pro amico verum ij toto cœlo aberrarunt conseruatores enim & alij quiuis iudices Dei partes gerunt, *eleganter Innocentius IV. cap. 1. de re indicata in 6.* 6
apud quem sicut nulla est acceptatio personarum,*cap.in iudicijs de Reg. Iur. in. 6.* ita neque apud iudices esse debet qui Dei vniuersalis iudicis cuius personam repræsentant debent esse imitatores, *d.c.1.de Re iudic.in 6.* vt proinde negligendæ imò respuendæ sint eæ chilonis aliorumq; Philosophorum quæstiones. An contra ius contraq; mẽtem faciendum pro amico sit & in qualibus quibusq; causis ac quemnam adusq; modum,ij enim veram iustitiam veritatemq; non agnouerunt quam si cognoscere voluissent ad eam (vt cum D. Augustino loquar) ciuitatem peruenissent cuius Rex est veritas cuius lex est charitas cuius modus est æternitas ac religiose magis pensiculate solicite enucleate ac religiose Matthæus Mathesilanus, *tract. de electione verioris opinionis*,& Martinus Nauar. *in Manuali confessar.cap.27. Miscell.5.* cœterique omnes meliores notæ scriptores ne latum quidem vnguem à iustitiæ tramite amicitiæ tramite amici causa seu pro amico declinandnm esse voluerunt simulque explodunt iniustum illud axioma ecce Glossa pro amico. Nam vt inquit Nauar. *in cap. si quis autem nuumer. 134. de pœnit. dist. 7.* Iura non iubent in dubio iudicari pro amico quod iubent pro dote aut pia causa & ideo qui in dubio pro amico iudicare voluerit prius certo credere debet ius illi esse vel saltem secundum causæ acta sic esse credendum ab eo qui nesciret animum esse si peccatum vitare voluerit quod si credere id nequit neq; profectò iudicare iuste poterit pro amico quod multos parum animaduertere & ideo de iure male mereri dolet interioris fori apprime peritus Martinus Nauar. *loco iam laudato*, cui etiam late inuehentes in impium illud axioma Glossa

Dd 2 pro

pro amico assentiuntur Baldus *cons.420.li.1.* atque Menochius *de Ret.poss. Rom.3. nu.797. & de arb.iud.lib.3.casu.330.num.22.* Quin vero ipsemet Cicero rectius, *in libro de amicitia*, sentiente voluit *lib.3.offic.* amici personam deponere eum qui induit iudicis quod et late eleganterque comprobatur apud D. Ambrosium *lib. 3. officiorum.* Idque etiamsi pro amico stet Glossa. Licet enim Glossæ magna sit au-
8 toritas, *Antonius Corselius tract.de autoritate Glossæ*, in eiusque verba quidam iurasse videantur, *Antonius Burgos Hispanus cap. quod hoc nu.46.in fine de empt. & vendit.* non tamen mihi tanta est quin cedere debeat & herbam dare meliori opinioni de cuius electione post Mathesilanum metodice scripsit Nauar. *d. cap. 27.*

9 Denique non obstat quod iuris Canonici Glossographus *d. cap. nisi* scripserit amicitiæ causa pœnas quandoque remitti aut minui posse id enim in principibus qui ex leges sunt obtinet, *Peckius in cap.in iudicijs de regul.iuris in 6.* non vero in iudicibus inferioribus, *v. Abb.d.cap.nisi nu.6.& Tiraq. de pœnis temperandis causa 26.* Itaque amicitiæ quidem indulgendum sed ita ne iustitiæ veritatique quam legislatores amicitiæ anteposuerunt fiat iniuria, *Io. de Lignano tract.de amicitia tit. de legislatoris intentione*, hoc est vti in prouerbio vsque ad aras quod & fecit Aristoteles in Ethicis dum renuens descendere in sententiam Platonis sui magistri amicique, respondit amicus Plato amicus Socrates amica magis veritas. Concludo ergo conseruatores ne latum quidem vnguem posse in gratiam clientum à iustitię tramite declinari. Quod nec facient si iudicium suum non suum sed Dei quem imitari debent & cui rationem reddituri sunt existiment vti olim quem viuum colui piæ Memoriæ reuerendus ac omniscius Martinus Delrio, *è Societate Iesu disquisit magic. li. 5.cap.1. versiculus hisce antiquis sed veris* delineauit.

Iudicabit iudices Iudex generalis.
Neque quicquam poterit dignitas Papalis.
Siue sit Episcopus siue Cardinalis.
Reus condemnabitur nec dicetur qualis.
Illi nihil proderit quicquam allegare.
Neque quid excipere neque replicare.
Neque ad Apostolicam sedem appellare.
Neque codicillos Cæsaris citare.
Reus condemnabitur nec dicetur quare.
Cogitate miseri quid & quales estis.
Quid in hoc iudicio dicere potestis.
Hic non erit codici locus nec digestis.
Idem erit Dominus Iudex actor testis.

QVÆ-

QVÆSTIO SEXAGESIMA TERTIA.

Quid si exemptus eodem tempore vocetur in ius coram conseruatore & coram alio iudice, coram vtro, comparebit.

HAnc quæstionem proposui alio in loco, *lib. 4. cap. 107. de iurisdict. ord. in exemptos*, vnde ne actum agam illius decisio hauriri poterit.

QVÆSTIO SEXAGESIMA QVARTA.

Quid si capitulum vsurpet iurisdictionem in singularem personam capituli, an recurrere possit ad conseruatorem.

SVMMARIVM.

1. *Aliud est capitulum aliud singuli de capitulo.*
2. *Iurisdictio ordinaria non competit capitulo in singulos de capitulo.*
3. *Secus nisi de consuetudine.*
4. *Capitula cleri secundarij iurisdictionem exercent in singulos de capitulo.*

ALiud esse capitulum, aliud singulos de capitulo & proinde capitulo exempto singulos non esse exemptos nec à contra alio loco ostendi, *de Iuris ord in exemp. lib. 2. quæst. 23.* quid itaque iuris si singuli de capitulo sint exempti an capitulum poterit exercere in eos iurisdictionem. Neutiquam, tum quia per exemptionem eripitur quispiam à iurisdictione omnium subijcitur sanctæ sedi, *scripsi lib. 2. quæst. 2. nu. 13.* Tum quia de iure communi iurisdictio ordina- 2
ria non competit capitulo in singulos de capitulo. *Abbas cap. ex parte Decani nu. 2. de rescriptis & in cap. cum causa nu. 7. de officio deleg.* Dixi de iure communi, 3
quia secus si capitulum de consuetudine (quemadmodum potest) iurisdictionem acquisiuerit, *Abb. d. cap. ex parte Decani nu. 2. & d. cap cum causa nu. 7.*

Vigore quidem eiusmodi consuetudinis existimo capitula Ecclesiarum ca- 4
nonicalium cleri secundarij Diœcesis Leodiensis iurisdictionem sibi vsurpasse in singulos de eorum capitulo seu membra capitulo earundem Ecclesiarum supposita adieci ordinaria propter particulares quosdam iurisdictionem actus quos

Capitula etiam de iure communi possunt exercere in singulos de Capitulo de quibus in tractatu iam citato satis superque disserui, *lib. 2. quaest. 47.* Itaque vt quaestioni huic coronidem imponam si singularis de Capitulo à suo Capitulo in casu vetito inquietetur poterit ad suum conseruatorem velut ad asylum recurrere molestia enim esset non iuris sed facti quae à conseruatore coerceri posset vti hoc eodem tractatu ex iure comprobaui. *infra quaest. 6.*

QVÆSTIO SEXAGESIMA QVINTA.

An non obstante iudicij prorogatione possit haberi recursus ad conseruatorem.

SVMMARIVM.

1. Exempti possunt non obstante prorogatione recurrere ad suum conseruatorem.

2. Inferiores non possunt iuri superiorum praeiudicare.

1 EXempti an possint ordinarij iurisdictionem prorogare ostendi alio in loco, *de iurisdict. ord. in exempt. lib. 2. quaest. 7.* hoc in loco paucis ostendo exemptos qui alieno iurisdictioni cum non possint acquiescunt posse nihilominus ad suum conseruatorem recurrere.

2 Ratio prima quia factum subditorum non potest praeiudicium generare superioribus & conseruatoribus eorum iurium, *Ioannes Monoch cap. non putamus de consuet, Iacob. de Bellonisu in Rep. cap. Romana §. contrahentes nu. 101. & seqq. de for. comp. in 6.* nec possunt subditi in praeiudicium iurisdictionis superiorum coram alienis iudicibus litigare *Bald. de prohibit. feudi alien. per Feder. §. im Barth. l. 1. §. & post operis ff. de noui operis nuntiat. Iacob. de Bellonisu d. §. contrahentes num. 102.*

QVÆSTIO SEXAGESIMA SEXTA.

An collega, qui collegam, coram collegio in ius traxit, possit per eundem suum collegam, ratione eiusdem rei, coram conseruatore reconueniri.

SVM-

SVMMARIVM.

1. *Hypothesis huius quæstionis.*
2. *Capitula exercent iurisdictionem in capitulares.*
3. *Conseruator est primus post Pontificem iudex.*
4. *Vna iurisdictio debet per aliam adiuuari.*
5. *Conseruator adiri potest per viam appellationis & etiam quærela in prima instantia.*
6. *Retentio censetur vis inferri.*
7. *Conseruator cognoscit de quibusuis exemptorum causis.*
8. *Contumax non potest excipere de præuentione iudicij.*
9. *Electio vnius fori non excludit aliud & nu. 10.*

NVper M. Andreas Foumalle curiæ Episcopalis Leodiensis procurator, in re forensi tam peritus quam strenuus causarum defensor, hanc mihi hypothesim proposuit, Dominus Ioannes Peumanus Ecclesiæ Tongrensis Canonicus, Domin. Guilielmũ Restium eiusdem Ecclesiæ Canonicum actione ciuili, coram eiusdem Ecclesiæ capitulo conuenit contumacemque conuicit cõuictumque iudicio, alio pulsauit coram Abbate S. Laurentij Priuilegiorum cleri secundarij Diœcesis Leodiensis conseruatore, Dominus Guilielmus coram conseruatore excipit non posse propter præuentionem at vero Dominus Ioannes posse, Quæstio hac in iudicium deducta actisque desuper agitatis rite perpensis. Respondi pro Domino Ioanne Abbasque causa hac ad æquilibrium iuris reducta ex voto nostro decreuit dicto Domino Ioanni autoritate sua conseruatoriali in subsidium vlteriorem executionem. Concilij porro nostri ea in causa series fuit talis. 1

Reuerende Domine Abbas S. Laurentij cleri secundarij Diœcesis Leodiensis conseruator.

DVplex hac in causa versatur inspectio.

Prior, num processus autoritate capituli Tongrensis ad instantiam Domini Ioannis Peumans aduersus Dominum Guilielmum Rethium subsistat.

Posterior, num mandatum à Dominatione vestra vti conseruatore Priuilegiorum cleri secundarij huius Diœcesis Leodiensis cuius vterque collitigans membrum est valeat.

Priori quæstioni respondeo processum illum coram Capitulo Tongrensi fabricatum subsistere.

Ratio

Ratio est quia huius causæ tam actor quam reus notorie est à iurisdictione or-
2 dinaria exemptus. Quo fit vt cum eiusmodi Ecclesiastica capitula sint à Iure Canonico approbata possint ea in singulos de Capitulo signanter vero in contumaces iurisdictionem exercere, *Gregorius Sayrus in Thesau.17. Theol. Moralis lib.1. cap.6.nu.17. Bellamera concl.244. Mohedanus dec. Rota 2. de foro compet.* quod ego plenius eo in tractatu quem de iurisdictione ordinarij in exemptos in lucem emisi comprobaui.

Quare cum Dominus Guilielmus Retius coram dicto capitulo Tongrensi eremodicium contraxerit hoc est contumax fuerit toties citatus non comparens, *Gaill.lib.1.obs.132. nu. 6. l. contumacia ff. de Re.* hinc est quod aduersus eum non modo pro toto litis damno eiusue quod interest, *d l.contumacia ff. de Re Iud.* sed per executoriales excommunicationumque censuras iure procedi potuerit, *Mohedan.d. dec.2. Abb.cap.cum contingat de foro compet. Guymer.pragm. sanctionem Tit.de concubinarijs §.quod si in glo. verb.pertinet.*

Hinc paucis descendo ad secundam inspectionem dicoque conseruatori cleri secundarij dubio procul hac in causa iurisdictionem competere multis etiam ex causis è quibus paucas has recenseo.

Prima, Quia Domin. Guilielm. Restius huius causæ opponens autoritate capituli Tongrens. conuictus & tanquã contumax tribus edictis citatus, *d. l. contuma-*
3 *cia § 1.* excommunicatus est proinde licuit Domino Ioanni Peumans huius causæ impetranti ad conseruatorem iudicem omnibus alijs maiorem ac à Pontifice summo primum *Petrus de Acharano cons.131.nu.4. Mandos. de signat. gratia tit. de conseruator.* recurrere, vna enim iurisdictio debet per aliam adiuuari, *cap. quo-*
4 *niam de officio ord. Gaill.lib.1.obs.115.num.2.*

Secunda. Conseruator cleri secundarij non modo in secunda instantia per
5 viam appellationis adiri potest, sed etiam in prima instantia per modum querelę aliaque quauis via exemptis compendiosiore & vtiliore adiri potest vti respondit Nauar. *cons.3. de offic.del* & etiam ostendi prædicto meo in tractatu, *lib.1.quaest. 39.n.30.* quo conseruatorium diploma Abbatis S. Laurentij ad longum descripsi.

Tertia Dominus Guilielmus Restius retinendo supellectilem ad Dominum Ioannem Peumans huius causæ impetrantem spectantem vim ei inferre cense-
6 tur, *l. vim facit qui de vi & vi arm. Amanellus de claris aquis sing. incipiente nota quod si promisi.* proindeque licet ei cui eiusmodi violentia infertur ad suum conseruatorem recurrere. *Ioannes de Amanellus de claris aquis sing. incip. nota quod si promisi.*

Ioannes Guiterus Hispanus pract. quaest. lib.3. quaest. 9. Didacus Perres lib. 1. ordin. nu.69. vers. conseruatores autem Emanuel Roderiques quaestionum regularium 65. art. 12. quippe quod per retentionem debiti iniuria etiam creditori inferri censeatur,

specul.

Specul. de instit. edit. § nunc vero aliqua de vlt. volunt exec. nu. 69. de quibus quidem iniurijs etiamsi non sint notoriæ speciali Priuilegio quod supra recensui cognoscit repugnante nihilominus constitutione Bonifacij, *in c. 1. & fin. de offic. del. in 6.* noster conseruator vti ex illius serie videre est quæ dictæ constitutionis Bonifacij derogat;

Quarta, Cognoscit idem conseruator de quibuscumque actionibus exemptorum etiam alia quauis ex causa quam beneficiali vti compertum est ex Sixtina constitutione Anni 1475. sep. Kal. Nouemb. quam ego iam dicto in tractatu inserui. 7

Nec obstat allegata ex aduerso iudicij præuentio coram Capitulo Tongrensi. Tum quia contumax de præuentione iurisdictionis quam spreuit accipere non potest, *Lancelot. 18. Menochi de arbitr. Iud. casu 371. nu. 22. Mindanus tract. de continentia causæ tit. 5. art. 22. l. 1. in fin. vbi glo. & DD. C. de assert. toll. l. quamuis vbi Barth. & DD. ff. de damno infecto*, idque opinione nonnullorum etiamsi contumaciam purgare vellet, *Antonius de Tremolis in additione ad vbertum de Bon. cursu in praxi tit. de impedimentis & exceptionibus rescripsi §. item si per vers. secundo fol. 50. col. 2.* Tum quia Ioannes Peumans variare potuit atque pœnitendo nunc potest Dominum Guilielmum conuenire coram conseruatore vti respondit Socinus, *Cons. 94. vol. 3. laudatus à Borginno Caualcano in suo repertorio consiliorum par. 1. verb. foros plures.* 8 9

Quare vt omnia in pauca conferam opponens iurisdictionem hanc conseruatoris cleri secundarij in dubium reuocare satagens nodum (vt dicitur) inscripto quærit proinde aduersus eum qui iam antea autoritate capituli Tongrensis conuictus est censeo autoritate vestra vlteriorem literarum cursum decernendum, *d. l. contumacia*, quia vt dixi vna iurisdictio debet per aliam ordinari licetque ab vna iurisdictione ad aliam pinguiorem vtilioremque conuolare vti eodem in tractatu ostendi, *lib. 4. quæst. 51. n. 4. 5. 6, 7.* 10

Et ita si quid mei iudicij est quæstioni huic coronidem impono.

QVÆSTIO SEXAGESIMA SEPTIMA.

Exemptiones conseruatoriasque vtrum Pontifex possit reuocare.

SVMMARIVM.

1. *Ioann. Lamede censuit reuocare non posse.*
2. *Pontifex sibi manus ligare non potest.*

3. Pontifex an tollere ius quæsitum censeatur.
4. Pontifex iurisdictionem à se abdicare non potest.

INcidi nuper fortuito in Ioannem Lamede aduocatum Parisiensem multæ lectionis virum qui Anno hoc currente 1621. libellum Parisijs edidit de exemptione Canonica decem duntaxat quæstionibus materiam hanc exemptionum complectentem. Inter quas hæc vna est vtrum Pontifex hasce exemptiones possit pro suo libitu & voluntatis arbitrio reuocare. Is censuit non posse hac nixus ratione quod Pontifex ius alteri quæsitum reuocare non possit. At ego in eius sententiam ire non possum, quippe quod Pontifex manus sibi ligare non
2 possit, *cap. fin. vbi glo de rescript. in 6. cap. innotuit de elect. glo. cap. fin. de sent. excom. in 6. Fel. in repert. sua lectura verb. Priuilegium an reuocatur fol. 100.* etiamsi exemptiones reborarentur præscriptione, *Barth. & Ias. l. imperium ff. de iurisdict. om. iud. Bald. cap. sicut col. 3. de iureiurando Restaurus tract. de imperatore quæst. 55. nu. 2.* & etiamsi exemptiones concessæ sint in vim contractus aut pacti iustis enim ex causis Pontifex pactis suis contrauenire potest, *Bald. l. fin. ff. de Senatorib. Imola. & Anton. de Butrio cap. cum M. de constit. Fel. cap. 1 nu. 6. de probat Nauar. de spolijs clericorum § 18 nu 2.* etiamsi exemptiones in remunerationem & compensationem meritorum, *Innoc. Abbas & DD. cap. nouit. de iudicijs Nauar. d. § 18. num. 2.* aut intercedente aliquo pretio essent concessæ. *Nauar. de Iubileo not. 28. num. 7.* Nec mouet quod obijcitur Papam non censeri tollere ius quæsitum, *per Reg. Cancell. 16. de non tollendo ius quæsitum quam late explicat Ioannes à Chockier frater meus in suo ad Reg. Cancell. commentario.*

3 Licet enim in dubio non censeatur velle ius alteri quæsitum tollere, *l. 1. §. si quid à Principe ff. ne quid in loco l. nec anus C. de emancipat. liber. cap. quamuis de Refor. in 6.* Secus tamen est cum de enixa eius voluntate liquet reuocatque ius alteri ex lege aut concessione sua vel Priuilegio quæsitum, *Castrensis cons. 216. incipit quomodo Fel. cap. nouit. nu. 9. de iudicijs Gomes. ad Reg. Cancell. 16. de non tollendo iure quæsito quæst. 16. Felin. late in cap. quæ in Ecclesiarum nu 51. de constitut. & Frater meus ad d. Reg. 16. nu. 17.* Ideoque Papam ne quidem posse iurisdictionem à se
4 ita abdicare, *Nauar. cons. 2. de Relig. dom.* quin exemptiones à se concessas reuocare pro re nata possit ostendi locis iam citatis, *tract. de iurisdict. ord. in exempt. quibus adde fusissime Card. Tuschum Com. Concl. tom. 3. Concl. 570.*

QVÆST.

QVÆSTIO SEXAGESIMA OCTAVA.

An si Decani collegiorum iurisdictionem exerceant in collegas, liceat collegis ad conseruatorem recurrere.

QVæstio hæc pendet ab alia. Num decani iurisdictionem habeant in Collegas, quam licet alio in libro examinauerim, libuit tamen hoc in loco nonnihil exactius eandem quæstionem repetere, & pleniore quod aiunt manu illius resolutionem & Concilio Cardinalis Sabarellæ ponere. Itaque Francisci Cardinalis Sabarellæ Thema & consilium 62. tale est.

THEMA.

IN Ecclesia Bellunensi, post dignitatem Episcopalem immediate constituta est dignitas Decanatus, quæ est maior dignitas post Episcopum, in ipsa Ecclesia, solita conferri per electionem Canonicorum Bellun. & per Episcopum confirmari & post dictum Episcopum Prælatus immediatus est ipse Decanus qui principalior & caput est, post dictum Episcopum, canonicorum & totius cleri dictæ Ecclesiæ, ad quem Decanum de iure & antiqua consuetudine pertinet citatio canonicorum, & omnium ipsius Ecclesiæ clericorum, & ipsi Ecclesiæ diuina officia ordinare &c. In qua Bellun. Ecclesia constitutæ sunt nouem præbendæ Canonicales, ad quas dum vacant, eliguntur Canonici per Decanum & Canonicos dictæ Ecclesiæ & per Episcopum confirmantur. Item in ipsa Ecclesia sunt duo Sacristæ & quinque Capellani, quorum officia & beneficia dum vacant conferuntur duntaxat per præfatos Decanum & Canonicos. Ad huc in eadem Ecclesia sunt aliqua alia constituta, quorum quædam pertinent ad collationem Episcopi tantum, & quædam ad collationem dictorum Decani & Canonic. horum tantum. Alia autem officia dignitates & beneficia non sunt in dicta Bellun. Ecclesia constituta nisi vt supra narratum est. Modo sunt anni quatuor & vltra quibus Decanus Bellun. qui nunc ipsam dignitatem Decanatus adeptus est, per permutationem iuridicam, omnibus canonicis consentientibus, cuius dignitatis possessionem & tenutam pacifice possidet & quiete. Post hoc vocauerunt tres præbendæ Canonicales tria Altaria, quorum duo ad collationem dictorum Decani & Canonicorum, & vnum ad collationem Episcopi spectat & bina vice vacauit vna & eadem Capella cuius collatio vt supra spectat ad collationem dictorum Decani & Canonicorum & omnia beneficia prædicta numero octo collata

 fuerunt

fuerunt iuridice, per eos ad quos pertinet collatio. Post quorum beneficiorum collationes, beneficiati prædicti de nouo à præfato tempore citra ipsorum beneficiorum tenuras & corporales possessiones, successiue habuerunt à præfato Decano Bellun. duntaxat libere pacifice & quiete nemine Canonicorum contradicente excepta vltima vacatione prædictæ Capellæ, super cuius tenuta facta per præfatos Decanum & Canonicos collationes prædictæ Capellæ secundario & vltimo vacantis, opponitur ipsi Decano per præfatos Canonicos quod ad ipsum Decanum solum non spectat, huiusmodi tenuta & possessio corporalis & similiter asseritur per ipsos Canonicos detenutis aliorum beneficiorum Bellun. vt supra narratum est, dicētes quod ad totum Cap. similiter secundum dispositionem ipsius Capituli seu maioris partis hæc pertinent Decano. E contra negante quod ad ipsum solum duntaxat hæc spectant de iure communi & consuetudine, ipsum ius ratificante, asserens se septem vicibus, & tempore prædicto, quo fuit Decanus quiete, pacifice, libere & nemine Canonicorum contradicente, præfatos actus exercuisse, & esse in pacifica possessione actuum ipsorum vt supra narratum est, ac inuenisse suum prædecessorem Decanum immediatum in huiusmodi quasi possessione pacifica, Propter quod hinc inde multis dictis & narratis præfati Decanus venerunt & Canonici ad compositionem videlicet, quod saluo impostetum iure Capituli & ipsorum Canonicorum ipse Decanus solus duntaxat sicut solitus est ponat in tenutam & corporalem possessionem dictæ Capellæ ipsius Capellanum, & de hoc facta fuit per Canonicos protestatio, ipso Decano dicente & approbante, dictam protestationem in casu quo sit iuridice facta & eidem non noceat, affirmans semper quod ad ipsum solum duntaxat, hæc pertinent, vt supra narratum est, & cum fustibus in arenis defendet suum ius, & solus duntaxat sicut solitus est dabit huiusmodi tenutam, de quibus narratis, rogatus est notarius facere publica instrumenta cum consilio sapientis. Post quæ ipse Decanus solus duntaxat nemine cōtradicente & instante præsente massario & Syndico Capituli qui est Canonicus nihil omnino contradicente seu opponente posuit in tenutam & corporalem possessionem, præfatæ Capellæ ipsius capellanum nomine suo proprio ad quem prædicta de iure pertinent & spectant de quibus factum est publicum instrumentum. Ex præmissis modo sic supra narratis oriuntur ad præsens aliqua dubia super quibus petitur consilium sapientis.

Et primo nunquid Decanus de quo supra in themate, succedat in dicta Ecclesia Bellun. in locum Archidiaconi vel Archipresbyteri an vtriusque cum in præfata Ecclesia non sit, Archidiaconus seu Archipresbyter vel alia dignitas vt supra in themate nisi solum dicta dignitas Decanatus, &c.

Secundo, casu quod Decanus præfatus habeatur loco Archi. &c. An ad ipsum Decanum duntaxat pertineant & spectent, prædictæ tenutæ & corporales possessiones

ſeſſiones de quibus in themate. Et an de iure communi vel conſuetudine vel ſimul de iure communi & conſuetudine habita diſtinctione inter tenutas præbendarum Canonicalium & aliorum beneficiorum de quibus in themate ſi eſt habendi, &c.

Tertio, an Decanus præfatus gaudeat eodem iure in omnibus, & per omnia ac ſi eſſet electus per Canonicos ad ipſam dignitatem, cum ipſam habuerit per permutationem factam in manibus ordinarij Canonicis ex poſt facto conſentientibus vt in themate dicitur, &c.

Quarto, an idem Decanus de iure communi quia de conſuetudine non eſt dubium habeat qualem qualem iuriſdictionem ſuper Canonicos & clericos præfatæ Eccleſiæ Bellun. maxime circa officium diuinum & alia intra Eccleſiam incumbentia cum ſæpe clametur per ipſos Canonicos quod Decanus non eſt eorum ſuperior habita diſtinctione ſi eſt habenda inter Canonicos & alios clericos Bellunen. vt ſupra in themate & 7. & qualem & quantam ſuper eos habeat iuriſdictionem cum ipſi Canonici dicant quod Decanus nihil ſecum agere habet, &c.

Quinto an ex ſeptima vice temporis de quo in themate inducatur qualis qualis conſuetudo ſuper qua ipſe Decanus per ſuperiorem tueri debeat proprietate per aduerſarium non oppoſita ſeu probata & ſi oppoſita ſit, &c,

Sexto & vltimo, an proteſtatio & conuentio de quibus in themate, noceant ipſi Decano attentis quæ poſt ipſas conuentationem & proteſtationem narrata & facta ſunt per ipſum Decanum vt in themate præſupponitur.

SVMMARIVM.

1. *Conſuetudo in officijs & dignitatibus Eccleſiarum eſt attendenda.*
2. *Decanus quandoque fungi poteſt duplici officio.*
3. *Nominis habenda non eſt ratio ſed effectus.*
4. *Prælatura indicanda eſt ex conſuetudine.*
5. *Signa Prælaturæ & maioritatis quæ ſint.*
6. *Ad Decanum de conſuetudine quandoque ſpectat inſtallatio.*
7. *Poſſeſſionis datio ſpectat ad Archidiaconum.*
8. *Decanus creatus ex collatione eodem iure vtitur quo creatus ex electione.*
9. *Conſenſus ſuperueniens ſufficit.*
10. *Prælatus collegij quam iuriſdictionem habeat in collegas.*
11. *An & quando vnico actu inducatur conſuetudo.*
12. *Proteſtatio an interrumpat conſuetudinem.*

CONSILIVM:

Singillatim ad præmissa dubia respondeo.

1 AD primum respondeo, quod officia vel dignitates Ecclesiarum citra Episcopum respectu eorum quæ ad ipsas pertineant magis attenduntur penes consuetudines varias locorum quam secundum ius de excom. Præla. ad hæ vbi hoc dicit. *gloss. de Archidiacono & idem dicit gloss. de alijs de offic. Archi. cap. 2. de officio primicerij cap. vno & de officio sacristæ cap. vno & ibidem &* expressius tenet. *Inno. de officio Archidiaconi cap. 1. & Hostiens. in sum. illius tit. §. quod sit eius officium,* ibi tertij dicunt. Et sic in casu præmisso cum Decanus exerceat officia quæ partim spectare solent ad archidiaconum partim ad Archipresbyterum vt patet,
2 *in tit. de officio presbyteri,* nec in Ecclesia sit Archid. nec Archipresbyteri nec alius qui ipsorum officia exerceat nisi solus Decanus potest dici quod succedit loco
3 vtriusque. Pro hoc quia de nomine non est curandum sed de effectu de procura petitio. Et cum quæritur de talibus officijs quod non sit curandum de nominibus tenet. *Hostien. in summa de offic. Archidia. §. & vnde dicatur.* Hinc etiam ad sciendum quæ dignitas sit maior post Episcopum, in Ecclesia cathedrali attendi-
4 mus maioritatem prælationis secundum consuetudinem de offic. de leg. *C. fin. lib. 6. vbi hoc. not. glo. in vers. electionis in fin. quod secundum Ioan. And. in nouella.* ibi attenditur de maioritate quæ est in actu & non habitu tantum quamuis per casum possit deduci ad actum quod prosequitur ibi declinando super gloss. præ al-
5 legata vbi etiam posuit plura signa maioritatis quæ concurrunt in casu nostro in decano. Vnde saltem in his in quibus de consuetudine exercuit & exercet Decanus negari non potest quin gerat vices prædictorum.

Ad secundum respondeo quod ex quo reperitur Decanum esse in possessione
6 dandi corporales possessiones datio prædictarum possessionum ad ipsum spectat loco Archidiaconi adeo quod Canonicis dicentibus ad se spectare incumbit onus probandi consuetudinem contrariam; quam si probarent obtinerent quia vt dictum est in præsenti dubio in talibus attenduntur consuetudines. Sed ipsis non probantibus Decanus ex sola possessione obtinebit etiamsi nihil aliud probet quia pro ipsis Canonicis nullum ius est. Pro Decano autem sic cum in alijs succedat in locum Archidiaconi & exerceat spectantia ad Archidiaconum. Et
7 datio possessionis corporalis spectat ad Archidiaconum, *de officio Archi. & nostrum.* Quod enim ibi dicit de Abbatis & Abbatissis. Idem est de omnibus Prælatis eadem ratione & idem de omnibus alijs beneficijs in quibus est consuetudo quod installentur quia non subest ratio diuersitatis. Ad tertium respondeo quod

per

per omnia gaudet Decanus idem priuilegio quo gauderet si esset à Canonicis 8
electus nam collatio habet vim electionis & confirmationis, *de causa pos.* cum olim iuncto eo quod ibi *not. Inno. in princ.* Hinc surgit quod superior ad quem negligentibus electoribus fit deuolutio potest vnico actu collationis se expedire quod probatur, *de elect. si postquam in fine lib. 6. & not de elect. ne pro defectu pro hoc quod no. de elect. & circa in glo. 2. lib. 6.* sed in permutatione fit collatio præmissa renuntiatione, *de prabend. inter cætera de rerum permutatione cap. vnico lib. 6. & in Clem vni eodem titu.* Igitur Decanus prædictus habet omnia iura decanatus ac si fuisset electus & confirmatus. In eo autem quod dicitur in hoc dubio quod Canonici consenserunt permutationi, ex post posset instari quasi non sufficeret consensus superueniens cum debuerint Canonici requiri in ipsa permutatione ex quo ad eos spectat eligere Decanum, *vt not de re permuta. cap. vnico lib. 6. in glos.* 9
Dico tamen quod sufficit quod ex post facto consenserint, quia de natura consensus in actu requisiti, est quod sufficiat, etiamsi ex post facto consentiatur, dum tamen actus non sit, ab initio nullus, *de elect. quod sicut quod no. Im. de consue.* cum consuetudinis huius dicimus quod si patrono non vocato habens instituere contulit beneficium licet si Patronus contradiceret collatio sit irrita, *16. q. 7. decernimus* tamen si consensit ex post facto tenet collatio, quod tenet *Hostien. in summa de iure patronatus § fi. versic quod si Ecclesia & de iure patro. per nostras & idem ibi tenet Ioan. And.* sic ergo in casu isto sufficit consensus Canonicorum accedens postea quia nec à Canonicis debuit acquiri titulus aliquis, sed ratio quare eorum consensus requiritur est ne videantur contemni cum ad ipsos spectet eligere, si itaq; postea consentierunt cessat ratio de contemptu & actus tenet & hoc approbat, *Late Abbas in quadam additione super tractatu permutationum sede. de seu insi.* quod probat *Hostien. vbi supra.* pluribus rationibus, quod omitto.

Ad quartum dico quod licet sit magna varietas in discernendo quam iurisdi- 10
ctionem habebat Prælatus collegij in illos de collegio de quo *tot. in cap. cum ab Ecclesiarum de offic. ord.* dico tamen quod quilibet qui præest collegio licito, habet iurisdictionem etiam fori contentiosi in illos de collegio, adeo quod singuli de collegio possent coram eo conueniri, *C. de iurisdict. om. iud. l. fin. tenet Innocent. in d. cap. cum ab Ecclesiarum & eodem tit. quanto & glo. in d. cap. cum ab Ecclesiarum.* Item si est Ecclesiasticum collegium præsidens collegio habet in singulos de collegio curam fori pœnitentialis, *quod tenet Pau in Clem. ne in agro §. cæterum de statu mona.* Quæ autem spectent ad curam fori pœnitentialis & quæ ad curam fori contentiosi de iure clarum est & quædam spectantia ad curam fori contentiosi enumerantur, *de elect. dudum 2. vers. sed cum in iure pro hoc quod not. ibi Imi. in verbo suspendit & de offic. Archi. & cum satis & ibi & de hoc plenius per Ioan. And. post. Host.*

Ad

Ad quintam dico quod frequentatio septem vicium veri similiter detegit animum Decani quod hoc, fecerit omnino consuetudinem adducendi & præscribendi & in hoc non potest dari certa doctrina quia etiam pauciores vices quandoque sufficiunt, nam & vnus actus quandoque sufficit. *de prebend. cum de beneficio lib. 6.* Sicut etiam dicitur de vnica electione postquam transiuerint anni 40. quod notatur de causa possessionis cum *Clem. in glo in verb.* breuitatem temporis & quod vnus actus possit sufficere tenet, *glo. ff. de leg. 1. l. quibus & Ioannes Andreas de consuet. cap. in fin. in tertio principali membro.* licet alij vt ibi refert teneant contrarium. Sed omnes conueniunt in hoc quod si requirantur plures actus, tamen quod actus requirantur est arbitrariũ cum non sit iure expressum ad hoc, *ff. de iure delib. lib. 1. de offi. de leg. de causis de quo not. in dicto cap. fin. & C. quæ sit long. consuetudo l. 2.* In casu igitur proposito tot actus facti scientibus illis de capitulo & non contradicentibus sufficienter detegunt animum Decani quod hoc fecit animo vtendi iure suo & inducendi consuetudinem si expediret cum hoc casu si saltem sit vera opinio prædicta quæ vult vnum actum sufficere quia talis institutio conseruatur semper in memoria & in visu canonicorum eo ipso quo superueniunt instituti licet si actus esset omnino momentaneus secus foret quia tunc æquior & verior est, alia opinio quæ requirit actuum frequentiam prout dicit *l. 2. C. quæ sit long. consuetu.* Et ipse Decanus in præscribenda hac consuetudine est bonæ fidei cum inuenerit suum prædecessorem in hac quasi possessione, quia qui in ius succedit alterius iustam habet ignorantiæ causam, *digestis de regulis iuris cum quis in ius lib. 6. quod tenet glo. de iure patronatus cura in verbo legitima in fin.* sed an fuerit interrupta præscriptio per contradictionem Capituli & protestationem & conuentionem factam inter Decanum & Capitulum dicitur in sequenti dubio.

Ad sextum dico, quod protestatio & conuentio prædictæ in nullo nocuissent Decano si Decanus non consensisset non enim per eas fuisset interrupta præscriptio cum aliud requiratur *C. de præscriptionib. 30. annorum l. sicut.* sed quia Decanus consensit quod saluum esset inposterum ius Capituli per consequens consensit vt ex futuro euentu per præscriptionem non acquirat aliud ius quam prius haberet. Tenet autem protestatio & præiudicat quando vestita est consensu aduersarij, *de elect. C. communa & quod ibi no.* tamen quia Decanus non sic omnino consensit dictæ protestationi imo nisi in quantum sibi non noceret verius puto primum quod licet ex datione corporalis possessionis facta vltimo videatur non potuisse acquiri ius Decano tamen ex quo habeat ius ex institutionibus prius factis quibus noluit præiudicare præscriptio iam inchoata & non interrupta currit & tempore legitimo compleri poterit efficaciter. Et proposito ad præscribendum respectu excludendæ contradictionis Capituli non ostendentis

aliud

aliud ius sufficit spacio decem annorum cum hæc præscriptio sit, non contra ius, sed præter ius pro hoc quód notatur, *c. de consuetu. l. fin. lib. 6. in verb. consuetudo vbi est glo. notabilis & singularis*

Hactenus Cardinalis Sabarel. cui & loco coronidis, adijcio ea quæ ille idem alio in loco ad hanc quæstionem spectantia adfert. *in Clem. graui §. ne igitur nu. 9. de celebr. missarum*, ad quem vt & ad ea quæ etiam hac in eadem materia alibi scripsi lectorem cum vsus erit relego.

QVÆSTIO SEXAGESIMA NONA.

Clerus vnius Diœcesis exemptus si transferatur ad aliam Diœcesim an retinebit suas exemptiones & conseruatorias.

SVMMARIVM.

1. *Hypothesis huius quæstionis.*
2. *Clerus translatus in aliam Diœcesim videtur mutare statum.*
3. *Collegiata Ecclesia commutata in cathedralem amittit suas exemptiones.*
4. *Priuilegijs inest tacite clausula Rebus sic stantibus.*
5. *Translatio fieri solet saluis Priuilegiis.*
6. *Ecclesia autoritate Pontificis translata in aliam Diœcesim retinet suas exemptiones.*
7. *Conseruatoria exemptionibus annexa eiusdem sunt natura & iuris quo exemptiones.*
8. *Manente dispositione principali manent etiam dependentes.*
9. *Per mutationem non extinguitur Priuilegium quod est compatibile cum statu immutato.*
10. *Inducta in gratiam conuerti non debet in pernitiem.*
11. *Exemptionum causa finalis est quies exemptorum.*
12. *Causa finalis exemptionum durat in clero translato in aliam Diœcesim.*

CLerus Mechliniensis, Namurcensis, Buscoducensis olim fuit Diœcesis Leodiensis, sed postea erectis Mechliniæ, Namurci, Buscoducis, propriis Episcopatibus & Diœcesibus, iste clerus fuit ereptus atque segregatus à clero Diœcesis Leodiensis qui ab ordinaria iurisdictione est exemptus conseruatoresque suorum Priuilegiorum habet Abbatem sancti Laurentij, Quæstio nunc exsurrexit in clero Namurcensi vtrum & nunc pristinis exemptionibus gaudeat & an eundem quem olim habeat conseruatorem S. Laurentij Abbatem.

Pro parte negatiua hoc est, quod clerus Namurcensis, exemptionibus quibus

cum de Diœcesi Leodiensi erat nunc, in aliam propriamque Diœcesim translatus, non gaudeat, militant rationes sequentes.

2 Prima clerus Namurcensis segregatus à clero Diœcesi translatusque in aliam Diœcesim mutasse videtur statum ac quasi maximam capitis diminutionem passus immunitates exemptiones priuilegiaque antiqua amisisse, *Gaill. lib. 2. obs. 61. nu. 3. Bald. cap. imperialis nu. 9. & seqq. de pace constantiæ dixi lib. 3. de iurisdict. ord. in exempt. quæst. 19. & 24.*

3 Secunda sicuti collegiata Ecclesia quæ in cathedralem commutatur exemptiones suas amittit, *VVamesius cons. 62. nu. 2. & seqq.* ita & Ecclesiæ vnius Diœcesis quæ in aliam Diœcesim conuertuntur.

4 Tertio exemptiones & Priuilegia semper intelligi debent cum clausula rebus sic stantibus. Quæ in qualicumque dispositione etiam iuramento firmata semper tacite influit atque subauditur. *Latissime Tiraquell. Reg. lib. si vnquam in principio nu. 161. & multis seqq. C. de reuoc. donat. Surd. dec. 289. nu. 11. Paris. cons. 69. nu. 42. vol. 3. Alciat. cons. 72. nu. 3. cap. 2. vbi glo. Abb. & D D. de Renunt.* & proinde Diœcesibus ita commutatis aliterque quam cum exemptiones concederentur existentibus eæ pariter cessare videantur. Verum pro affirmatiua præualent aliæ rationes classicorum Doctorum autoritatibus confirmatæ. *Calderinus cons. 14. de censibus Innoc. cap. 2. de noui operis num. 30. And. cap. Priuileg. de reg. iur. in 6.*

Prima, Translatio rerum aut personarum exemptarum ex vna Diœcesi in
5 aliam, fit saluis semper & manentibus iuribus exemptionibus atque priuilegijs, vti de translatione diuersarum Prouinciarum quæ erant Diœcesis Leodiensis in nouas Diœceses Episcopatum Namurcensium Mechlinensium Buscoducensium, quæ suas exemptiones clero Leodiensi æquales retinuerunt respondit Dominus Ioannes VVamesius, *cons. 63. & 64. nu. 3. de iudicijs. Couar. pract. quæst. cap. 37. num. 7. vers. hæc vero Bartholus L. hostes ff. de captiuis Castr. cons. 307. lib. 2. Curt. Iun. cons. 10. nu. 12.*

6 Secunda Ecclesiæ, ciuitates, castra, collegia, aliaue loca si Pontificis autoritate vti hic contigit in alia noua loca aut Diœcesis transferantur sua Priuilegia iura exemptiones retinent & conseruant, *cap. ad Apostolatus de conc. preb. glo. cap. Priuilegium de Reg. in 6. Innoc. cap. cum ex iniuncto de noui. oper. nunt. scripsi de iurisdict. ord. in exemptos lib. 3. quæst. 21. Rota apud Seraphinum citata à Ioanne à Chockier meo Fratre in Scolijs ad praces imperiales sect. 4. quæst. 10.* Et consequenter clerus qui pristinas suas exemptiones non obstante eius in aliam Diœcesim translatione retinuit, retinuisse etiam censendus est eosdem quos ante habebat conseruatores iuxta iuris illam teoriam quod non mutatur cui stare prohibetur; *l. sancti*
7 *simus C. de test am.* Tum quia conseruatoriæ exemptionibus annexæ atque cohærentes

xentes eiusdem censeri debent esse naturæ qualitatis atque durationis, qua ipsemet exemptiones, *Rom. cons. 330. col. 4. versic. hoc quidem 2. arg. cap. super eo de preb. in 6. l. sed si mortis ff. de leg. praest. l. sub conditione §. fin. ff. si contra tabulas.*

Tum quia manente dispositione principali manent quoque dispositiones 8
aliæ omnes ab eadem principali dispositione dependentes, *DD. l. cum principalis ff. de Reg. Iuris Innoc. d. cap. 2. de noui operis nunt. 6. Calder. d. cons. 14.* Idque etiamsi exempti illi translati essent in aliam Diœcesim remotiorem. Non enim est nouum vt quæ semel vtiliter constituta sunt durent, licet casus ille euenerit à quo initium capere non poterat, *l. in ambiguis pro dote §. non est nouum ff. de Reg. Iur.* factumque legitime retractari non debet licet postea casus eueniat à quo non poterat inchoari, *cap. factum de Reg. Iur. in 6.* Denique per mutationem non 9
extinguitur Priuilegium quod est compatibile cum statu immutato vti ex Seraphino citato iam loco frater meus ostendit. *de sect. 2. quaest. 10.* Non obstat primum argumentum adductum in oppositum. Quia per eiusmodi translationem exemptiones non amittuntur vti de Thenensibus, Louaniensibus, Arscotanis in aliam Diœcesim translatis respondit Dominus VVamesius, *cons. 63. & 64.* à me alio in tractatu laudatus, *de Iurisdict. ord. in exempt. lib. 3. quaest. 21.*

Sed nec secundũ, quia si per permutationem collegiatæ Ecclesię in cathedralem, exemptiones & priuilegia corruerent, inductum in gratiam conuerteretur in 10
pernitiem atque dispendium, quod iuris ratio non patitur, *cap. quod ob gratiam de Reg. Iur. in 6. l. quod fauore C. de legibus.*

Denique nec postremum quia exemptionum causa finalis est quies exempto- 11
rum & fauor S. sedis, *scripsi lib. 1. quaest. 1. nu. 17. de iurisdict. ord. in exempt.* Quæ qui- 12
dem causa finalis cum etiam duret in clero translato in aliam Diœcesim durare etiam dicenda est præcedens exemptionis concessio. Dispositio enim facta contemplatione alicuius causæ finalis tam diu durat quamdiu durat causa illius finalis. *l. seruus si dominorum C. de Episcop. & Clericis.*

QVÆSTIO SEPTVAGESIMA.

Conseruato[illegible] possit procedere per censuras excom[illegible]municationum aduersus violatores Priuilegiorum.

SVMMARIVM.

1. Iure Pontificio nulla pœna maior est excommunicatione, & nu. 3.
2. Excommunicatio est quædam capitis diminutio & transitus de familia Dei ad familiam Diaboli.
4. Excommunicationes non debent leuiter decerni.
5. Excommunicatio est extremum remedium.
6. Ordo procedendi ad excommunicationem & an monitio pracedere debeat.
7. Aduersus magnates non nisi gradatim procedendum.

1 IVs Pontificium nullam excommunicatione maiorem pœnam agnoscit, *ca. corripiatur 24. quæst 3. & ca. nihil quæst. 4. cap. cum secundum de hæreticis*, est
2 enim excommunicatio quædam capitis diminutio seu status mutatio, *Romanus cons. 369. col. 3. Gregorius Sayrus in Thesauro Theologiæ moralis lib. 1. cap. 3.* per quam excommunicatus transit de familia Dei ad familiam Diaboli, *cap. audi 11. quæst 3.* nec modo animæ sed & corpori adfert detrimentum, *cap. certum 24. quæst. 4.* Grauiusque est hominem excommunicare quam eum fustigare exilio, carceribus seruitute damnare gladio ferire flammis exurere feris subijcere, *D. Augustinus de corpore & gratia cap. 15. & in lib. 1. contra aduers. legis & Prophet. cap. 17. solus 24. dist. 22. quæst. 1. art. 1. vers. est ergo ca. corripiantur 23. quæst. 4. vbi etiam glo. Rom. d. cons. 369.*

3 Itaque cum excommunicatione ius Pontificium maiorem grauioremque pœnam non agnoscat sitque extremum iurisdictionis & executionis Ecclesiasticæ quia post anathematisationē, Ecclesia nihil amplius habet quod faciat inquit, Cælestinus Papa *in cap. cum non ab homine de Iuduijs Gregorius Sayrus d. cap. 3. nu.*
4 *14.* non debent conseruatores vt nec alij iudices Ecclesiastici faciles esse ad excommunicationes faciendas, *glo. ca. non in perpetuum 24. quæst. 3. cap. reprehensibilis de appell. Abb. cap. clericos nu. 3. de cohabit. cler. & mulier Sayrus d. lib. 1. cap. 14.*
5 *nu 3.* sed debent à minoribus pœnis gradatim ad maiores ascendere & pro modo contumaciæ modum etiam pœnarum augere & tandem in subsidium ad excommunicationum censuras descendere, *Francus cap. quia Pontificiali nu. 2. vers. quarto nota de offic. del. in 6. late Grego. Sayrus d. lib. 1. cap. 14. nu. 2.* Quod & conforme est Concilio Tridentino, *sess. 25. cap. 3. de refor.* In hæc verba.

6 Quamuis excommunicationis gladius neruus sit Ecclesiasticæ disciplinæ & ad continendos in officio populos valde salutaris; sobrie tamen magnaque circumspectione exercendus est cū experienta doceat si temere, aut leuibus ex rebus incutiatur magis contemni, quam formidari, & perniciem potius parere quam salutem. Qua propter excommunicationes illæ, quæ monitionibus præmissis, ad finem

finem reuelationis, vt aiunt, aut pro deperditis seu subtractis rebus ferri solent, à nemine prorsus præterquam ab Episcopo decernantur; & tunc non alias quam ex re non vulgari causaque diligenter, ac magna maturitate per Episcopum examinata, quæ eius animum moueat nec ad eas concedendas cuiusuis sæcularis etiam magistratus autoritate adducatur; sed totum hoc in eius arbitrio & conscientia sit positū: quando ipse pro re, loco, persona, aut tempore eas decernendas esse iudicauerit. In causis vero iudicialibus mandatur omnibus iudicibus Ecclesiasticis cuiuscumque dignitatis existant vt quandocumque executio realis, vel personalis in qualibet parte iudicij propria autoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se tam in procedendo, quam definiendo à censuris Ecclesiasticis, seu interdicto. Sed liceat eis si expedire videbitur in causis ciuilibus ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus contra quoscumque etiam laicos per mulctas pecuniarias quæ locis pijs ibi existentibus eo ipso quod exacta fuerint assignentur; seu per captionē pignorum, personarum quę districtionem per suos proprios vel alienos executores faciendam, siue etiam per priuationem beneficiorum aliaque iuris remedia procedere & causas definire. Quod si executio realis vel personalis aduersus reos hac ratione fieri non poterit, sitque erga iudicem contumacia tunc eos etiam anatematis mucrone arbitrio suo, præter alias pœnas ferire poterit. In causis quoque criminalibus vbi executio realis vel personalis vt supra fieri poterit, erit à censuris abstinendum sed si dictæ executioni facile locus esse non possit; licebit iudici hoc spirituali gladio in delinquentes vti, si tamen delicti qualitas præcedente bina saltem monitione etiam per edictum id postulet. Nefas autem sit sæculari cuilibet Magistratui prohiberi Ecclesiastico iudici ne quem excommunicet; aut mandare vt latam excommunicationem reuocet sub prætextu quod contenta in præsenti decreto non sint obseruata; cum non ad sæculares sed ad Ecclesiasticos hæc cognitio pertineat.

Quæ quidem licet ita generaliter in cuiusuis excommunicatione procedant longe tamen magis procedunt si agatur de excommunicandis ijs qui aliquo gradu quasi Episcopali honore præcellunt, ijs enim deferendum est & primo ingressus Ecclesiæ vel Sacerdotale interdicendum est ministerium, deinde ab officio suspendendi, denique censura Ecclesiastica aggrauandi, *tex. cap. quia Pontificiali de offic. del. in 6.* Qua de re fusius, *Gregorius Sayrus d. cap. 14. nu. 3. & seqq.* id quæ nisi circunstantiæ loci temporis & personæ aliud exposcant, *Abb. cap. cum tu. nu. 8. de vsuris Sayrus d. cap. 14. nu. 3.* 7

QVÆSTIO SEPTVAGESIMA PRIMA.

An debeat constare deesse alia remedia antequam excommunicatio decernatur.

SVMMARIVM.

1. Excommunicatio non decernenda quamdiu supersunt aliæ executiones seu personales seu pecuniariæ.
Qualiter constabit non superesse alia remedia.

1 EXcommunicatio decerni nō debet, quamdiu vel mulctis, seu pœnis, pecuniarijs, captionibus pignorum personarum districtionibus, alijsue iuris re-
2 medijs procedi potest. *Conc. Trid sess. 25. cap 3. de refor.* sed an necesse sit constare de alijs remedijs deficientibus hoc est realem aut personalem executionem fieri non posse an vero satis sit si de eo extraiudicialiter constet, Sacra congregatio quam refert Ioannes Gallemart. *ad Conc. Trid. d. sess. 25. cap. 3.* censuit debere ex actis constare, sed si non sic potest constare respondit, quod sufficit probari per nuntij relationem alias exequi non posse.

QVÆSTIO SEPTVAGESIMA SECVNDA.

Sed si priusquam constet de eiusmodi impedimentis si excommunicatio decernatur erit ne valida.

SVMMARIVM.

1. Excommunicatio lata aduersus formam à Conc. Trid. præscriptam est nulla.
2. Actus, gestus forma non seruata corruit.
3. Ordo à Pontifice datus si non seruetur actus vitiatur.

VIdetur quod non, quia lata aduersus formam Concilij Tridentini, *d. cap. 3.*
1 *sess. 25.* actus enim, non seruata forma, gestus corruit. *Præses in locis loco à*
2 *forma late Apost. ad Abbatem cap. cum dilecta nu. 12. de rescript. vbi etiam*
3 *fuse Felin.* & quando ordo datus à Papa non seruatur actus est nullus. *Innoc. d. cap. cum*

cum dilecta Apost. Ad Barth. I. cum lex nu. 6. ff. de fideiuss. Attamen Ioannes Gallemart. loco præcedente quæstione citata contrarium censuit In hæc verba.

Excommunicatio lata à iudice Ecclesiastico priusquam legitime constet de impedimento vel perturbationibus ob quas non potest deuenire propria autoritate ad executionem realem vel personalem est valida & qui tali excommunicatione ligatus existit, indiget absolutione, debent tamen ordinarij curare vt in excommunicationibus proferendis obseruentur decreta Concilij Tridentini, qua de re plenius infra. *quæst. 79.*

QVÆSTIO SEPTVAGESIMA TERTIA.

Quid si conseruatores quempiam nulliter excommunicent, qualiter ita excommunicati se poterunt tueri.

SVMMARIVM.

1. *Nulliter aut inique excommunicatus quod remedium debeat adhibere.*
2. *Quod non est non oportet timere.*
3. *Scandalum timendum est.*
4. *Publicanda est causa ob quam excommunicatio non valet.*

Respondeo quando excommunicatio non tenet, excommunicatus debet publicare causas quare non sit excomunicatus & tunc non est amplius scandalum pusillorum sed Pharisæorum, *Siluester in summa verb. excommunicatio 2. casu 15. vers. dicit autem Iacobus à Capua. pœnitentiarius maior in verb. Neapolitan. de casibus conscientiæ. lib. 4. cap. 3. nu. 13.* id ipsum tradit Nauarrus, *in Rep. cap. cum contingat Remed. 2. nu. 4. de rescriptis,* In hæc verba. 1

Excommunicatus nulliter & denunciatur publice, non tenetur abstinere à diuinis neque ab alia hominum legitima communicatione modo nullitatis causa publicata fuerit secundum *Palud in dist. 18 q. 1.* In hæc verba. Qui nulliter excommunicatus denuntiatur ita ex aduerso ipse publicet causam quando sententia non valet puta appellationem vel aliam iustam causam quo facto amplius non est scandalum pusillorum sed Pharisæorum vnde est contemnendum quæ ipsamet verba retulit & probat Beatus Antoninus *in cap. 73. tit. 24. part. 3.* in specie item quod excommunicatio lata in eum qui iure contradicit virtute clausulæ contradictores non sit timenda neque curanda tradunt *Innoc. Oldra. Archid. Io. Andr.* *Domi-*

Dominic. & alij quos citauimus, in tertia causa nullitatis quibus adeo *Cardin. Alex. in ca. 1.11. quæst. 3. ita Nauarrus.* Id ipsum diligentius & acutius Gabriel, *in 4. distin. 18. quæst. 2 col. 11.* quem Nauar. *cap. cum contingat rem. 2. nu. 26. de rescript.* virum omnium consensu doctissimum testatur, altius repetit in hæc verba, si vero excommunicatio fuerit nulla ob defectum iurisdictionis super excommunicatum, simpliciter vel in nullo casu, quo fertur excommunicatio vel quia fertur post appellationem, legitime interpositū vel ob alium defectum propter quem ipso iure est irrita, tunc non oportet eam timere nec pro excommunicato gerere vitando communionem Sacramentorum, & hominum, quoniam quod non est non oportet timere, sed dum sententia est nulla, iam non est excommunicatio,
2 neque quo ad Deum neque quo ad Ecclesiam & ergo non est timenda, quo ad Deum, quia nulla culpa nec quo ad Ecclesiam quidem secundum veritatem nullam
3 sententiam iuris incurrit qui sententiam quæ nulla est non custodit timenda tamen est non sententia, sed scandalū populi vulgaris, nescientis sententiam esse nullam, vnde si aliquis publice excommunicatur & denunciatur nulliter ex aduerso publicet sufficienter ipse causam propter quam sententia est irrita quo fa-
4 cto non pareat sententiæ & si aliquis tunc scandalizatur non est scandalum pusillorum secundum reg. Christi Matth. 15. contemnendum attamen non tenetur eam seruare in occulto ante scandalizationem sed neque in occulto neque in publico coram sapientibus, quibus nota est nullitas sententiæ tenetur eam obseruare.

QVÆSTIO SEPTVAGESIMA QVARTA.

Conseruatores an possint mulctas pœcuniarias sibi conuertere.

SVMMARIVM.

1. *Pœnæ fori Ecclesiastici sunt pijs locis applicandæ.*
2. *Consuetudo contraria non valet.*
3. *Limita vti hic remissiue.*

1 SVnt qui existimant non posse, pœnæ enim fori Ecclesiastici pijs locis sunt applicandæ nec valet consuetudo contraria per quam pars pœnarum ap-
2 plicatur Vicario vel Cameræ Episcopali etiam in minima parte, *ita Ioannes Gallemart. in interpretationibus Sacra cong. ad Conc. Trid. sess. 25. cap. 3. de Refor. num. 10.*

Quod

Quod ego hac salis mica tempero quam alio in loco adhibui, *de Iurisdict. ord. in exempt. lib. 4. quaest. 112. nu 3. & 4.* quibus addo Ignatium Lopes. *In pract. crimin. Canonica cap. 142 nu. 2. & seqq. cum Apostillis.*

QVÆSTIO SEPTVAGESIMA QVINTA.

Conseruatores vtrum possint propter delictum Episcopi ciuitatem cui praeest interdicere.

SVMMARIVM.

1. Conseruatores possunt ex causa iusta ciuitatem ferire interdicto.

PHilippus *Francus in cap. quia Pontificiali nu. 4. vers. in ea glo. de offic. del. in 6.* hanc quaestionem mouet eamque insolutam relinquit Felin. *in cap. sane 2.* 1
nu. 2. de offic. del. eandem quaestionem proponit cui respondet affirmatiue, *cap. si sententia §. caeterum de sent. excom. in 6.*

QVÆSTIO SEPTVAGESIMA SEXTA.

An conseruatores propter delictum dominorum possint subijcere interdicto eorum terras eis temporaliter subiectas.

SVMMARIVM.

1. Propter dilutum vasalli feudalis terra potest interdici.
2. Et terra dotalis propter delictum mariti.
Crimen est violare exemptiones.

FElinus *d. cap. sane 2. nu. 2. in fin. de offic. del.* censuit posse. Nam & propter de- 1
lictum vasalli potest terra eius feudalis interdici, *Caldeus de Ecclesiast. interdicto in 2. memb. quaest. 17.* & terra dotalis propter delictum mariti, *Archid.* 2
cap. sicut Domini 16. quaest. 2. Fel. d. loco cap. si sententia §. caeterum de sent. excom. in 6. ratissime. *Gregor. Sayr. in thesauro Theol. moralis tom. 1. lib. 5. cap. 11. nu. 8. fol. 517. Couar. cap. alma mater par. 2. § 1. nu. 4. de sent. excom. in 6.* Quin autem impingen-

 do in

do in priuilegia Apostolica dolo malo seu malitiose delictum incurratur coertione punitioneque dignum aliquoties alijs in locis ostendimus, *infra q. 78. & quæst. 81.*

QVÆSTIO SEPTVAGESIMA SEPTIMA.

Exemptus si ratione rei non exemptæ conueniantur coram ordinario, vtrum ad conseruatorem possit recurrere?

SVMMARIVM.

1. *Res eadem diuerso iure censeri non debet.*
2. *Liber & subiectus nemo est.*
3. *Diuerso respectu eadem res diuerso iure censeri potest.*
4. *Sortitur quis forum ratione rei in alieno territorio sita.*
5. *Exemptio plena plene eximit.*
6. *Constitutio Iulij Papæ eximentis personas & res etiam respectu officiorum aut beneficiorum.*

1 ARguitur posse, Quia res eadem diuerso iure censeri non debet, *cap. tua nos de decimis l. eum qui ædes ff. de vsucap.* censeretur autem eadem res aut persona diuerso iure si persona personæ suæ respectu exempta esset, respectu autem rei non exemptæ subiecta non esset. Nam sicuti quispiam liber & subie-
2 ctus esse non potest ita nec exemptus ab ordinario & eidem subiectus esse potest, *arg. l. si duobus ff. de statu liberis*, & ita in exemptione personali sentit Abbas eandem extendens ad res non exemptas, *in cap. ad abolendam vbi etiam Ioannes Anania de hæreticis Abb. cap. tuarum in fine de priuileg. & in cap. fin. de foro comp.* Verum Innocentius III. Pontifex Episcopo Lingonensi & quibusdam Abbatibus exemptionis Priuilegiorum hac in Hypothesi quo ad res non exemptas, vires non habere rescripsit, *cap. cum capella de priuilegijs cap. ex ore sedentis §. fin. eod. tit. Couarruuias pract. quæst. 11. nu. 5.*

3 Ratio est. Quia respectu diuersorum iurium concurrentium eadem persona diuerso iure censeri potest, *cap. cum olim vbi DD. de re iudic cap. ex litteris de probat. l. si consul. ff. de adopt.* hoc est vt persona exempta sit quo ad personam puram-putam non vero exempta quo ad rem quæ non est exempta, *d. cap. cum capella vbi DD. & glo. ibid. in verb. in quantum exempti.* Nam & sicut quispiam potest habere plura domicilia, *cap. ex parte de foro comp.* & tamen quo ad vnum censeri vno iure & quo ad aliud iure diuerso, ita & exemptus quispiam esse potest vno respectu
4 alio respectu non exemptus, *cap. per tuas de maior & obed. cap. ex ore §. fin. & cap.*

mi ol.

cap. tuarum in fine de priuilegiis. Non secus quam in re quæ in alterius territorio 4
sita est cuius etiam respectu aliquis sortitur forum eius sub quo res eius sita est. *Rom. consi. 361. cap. sane & cap fin. de foro compet. l. fin. C. vbi in rem actio*, quod & ego ostendi alio in loco, *de iurisdict. ord. in exemptos lib. 2. quæst. 45. nu. 6.* vberiusque amplificari multa rationũ & exemplorũ specie posset, *ex Nicolao Euerardi in locis legal. loco à tanquam seu respectiuis.* Quæ tamen opinio limitanda est à tenore pri- 5
uilegij, *cap. porro de Priuilegijs*, nimirum nisi speciali priuilegio personæ & res omnes eximerentur vti de priuilegio Iulij Papæ clero secundario Diœcesis Leodiensis concesso constat. Quod hic subijcitur. Iulius Episcopus, seruus seruorum Dei, 6
ad perpetuam rei memoriam, ex debito Pastoralis officij, nostris meritis licet insufficientibus ex alto commissi ad ea libenter intendimus perque personarum Ecclesiasticarum eorumlibet commodis, vtilitatibus, securitati & quieti valeat salubriter prouideri, ac alias disponimus & ordinamus, pro vt in Domino conspicimus salubriter expedire, sane pro parte dilectorum filiorum Decanorum & Capitulorum omnium & singulorum Collegiatarum Ecclesiarum ciuitatis Diœcesis Leodien. nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet omnes & singulæ Ecclesiæ prædictæ illarumque Decani & Capitula ac singuli Canonici & personæ illis suppositæ, à tanto tempore citra cuius contraria hominum memoria non existit, fuerint & sint ab omni iurisdictione, superioritate, visitatione, procuratione, correctione, Dominio, potestate Episcopi Leodien. pro tẽpore existentis, suorumque Vicariorum & Officialium penitus exempta libera & Sedi Apostolicæ immediate subiecta. Ita quod Episc. Leodien. Vicarij & Officialis prædicti etiam ratione delicti contractus vel rei de illis tanquam exemptis & liberis nullatenus se intromiserint. Quia tamen multæ ex dictis Ecclesijs etiam Parochiales existunt & nonnullæ ex personis dictarum Ecclesiarum collegiatarum officia ab Episcopo Vicarijs & officialibus prædictis suscipiunt, à nonnullis asseritur, ipsas Ecclesias & earum personas in his quæ curam populi Parochiani concernunt, & ratione delictorum quæ dictas personas in officijs per eas susceptis prædictis pro tempore committere, prætextu dictæ consuetudinis nequaquam fore exemptas & liberas ac de exemptione libertate & immediata eiusdem sedis subiectione alias quam longeuam consuetudinem huiusmodi doceri non potest Decani & Capitula prædicti, dubitant contra exemptionem & libertatem prætactas molestari posse tempore procedente. Quare pro parte Decanorum & Capitulorum prædictorum asserentium quod minus graue esset immo scandala plurima ex inde prouenirent supra dictæ Ecclesiæ & earum personæ diuerso iure videlicet libertatis & subiectionis censerentur, vbi enim subiectæ essent nouerca iustitiæ propter odium libertatis in alijs in eas seuiret & in singulis casibus occurrentibus assiduis dicto longeuo consuetudinis probatione arctarentur &

grauarentur quodque nuper venerabilis Frater noster modernus Episcopus Leodien. certum Canonicum vnius ex dictis Ecclesijs ratione asserti seu prætensi dilecti perdicti procuratorē causarū curiæ dicti Episcopi non autem vt Canonicum eiusdem Ecclesiæ commissi conatus fuit punire seu corrigere & in eum iurisdictionem exercere & dictus Canonicus se dicta exemptione tuetur & illius ac forsan aliquarum aliarum ex dictis Ecclesijs & personarum earundem visitationem seu alia quauis occasione vel causa diuersæ lites & causa coram certis iudicibus tam in Romana curia quam extra eam inter Episcopum modernum & Capitula omnium Ecclesiarum huiusmodi pendent nobis fuit humiliter supplicatum vt dictæ consuetudini pro illius subsistentia firmiori rebus Apostolicæ confirmatonis adijcere illamque ad omnia & singula & etiam quæ coram populi Parochiali & dicta in dictis officijs pro tempore commissa concernunt extendere & ampliare ac omnes & singulas Ecclesias illarumq; Decanos & Capitula & singulos Canonicos & personas prædictas ab omni iurisdictione superioritate correctione Dominio potestate visitatione procuratione subsidijs iucūdis aduētibus impositionibus & decimis siue præcarijs dicti moderni pro tempore existentis Episcopi Leodien. nec non quorumcūmque aliorum Archiepiscoporum Episcoporum & aliorum ordinariorum iudicum ac omnium Capitulorum Prouincialium & Sinodalium aliorumq; superiorum quamuis authoritate fungentium suorum Vicariorum Officialium procuratorum Nuntiorum & commissariorum de nouo prorsus eximere & totaliter liberare ac nobis & dictæ sedi dumtaxat immediate subijcere ac alias in præmissis opportunæ prouidere de benignitate Apostolica dignaremur nos igitur Decanus & Capitula huiusmodi ad ipsorum Capitulorum singulares personas à quibusuis excommunicationis suspensionis & indicti alijsque Ecclesiasticis sententijs censuris & pœnis à iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluere & absolutos fore censentes dictarum causarum status præsentibus pro expressis habentes huiusmodi supplicationibus inclinati consuetudinem prædictam authoritate Apostolica & ex certa scientia tenore præsentium approbamus ac præsentis scripti patrocinio communimus supplemusque omnes & singulos defectus tam iuris quam facti si qui forsan interuenerint in eadem ipsamque consuetudinem ad omnia & singula ea etiam quæ curam populi Parochiali & delicta in dictis officijs pro tempore commissa concernunt extendimus & ampliamus nihilominus pro potiori cautela omnes & singulas Ecclesias illarumque Decanos Capitula & singulos Canonicos & personas prædictas ab omni iurisdictione superioritate correctione Dominio potestate visitatione procuratione subsidijs iucundis aduentibus impositionibus & decimis siue præcarijs eiusdem moderni & pro

& pro tempore existentis Episcopi Leodien. nec non quorumcumque aliorum Archiepiscoporum Episcoporum & aliorum ordinariorum iudicum & superiorum omniumque Capitulorum Prouincialium & Sinodalium quauis authoritate fungentium suorumque Officialium Vicariorum procuratorum nuntiorum & commissariorum prædictorum de nouo prorsus eximimus & totaliter liberamus ac nobis & dictæ sedi dumtaxat immediate subijcimus ita quod ipsi Archiepiscopi Episcopi & alij iudices superiores eorumque Vicarij Officiales procuratores nuntij & commissarij præfati aut eorum aliqui etiam prætextu quarumuis literarum dictæ sedis quascumque Ecclesias etiam derogatoriarum derogatorias in se continentium seu etiã ordinatia vel alia quacunq; authoritate pro tempore suffulti in Ecclesias illarumque Decanos & Capitula singulosque Canonicos & personas huiusmodi aut eorum aliquem vtpote prorsus exemptos etiam ratione delicti contractus vel rei de qua ageretur vbicumque committatur delictum ineatur contractus aut res ipsa consistat iurisdictionem superiorem visitationem procurationem correctionem Dominium & potestatem aliquomodo exercere aut in eos seu eorum aliquem excommunicationis suspensionis & interdicti seu quasuis alias sententias censuras & pœnas promulgare nequeant quoquo modo sicque per quoscumque iudices commissarios delegatos subdelegatos etiam causarum dicti Palatij auditores & S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales tam in dicta curia quam extra eam in quibuscumque causis & quauis earum instantia nunc & pro tempore pendentibus interpretari sententiari iudicari & diffiniri debere sublata eis cuilibet eorum quauis & aliter interpretandi iudicandi sententiandi potestate facultate & autoritate omnesque & singulos processus sententias censuras & pœnas quos & quas per Episcopos Archiepiscopos & alios ordinarios iudices superiores eorumq; Vicarios Officiales & procuratores nuntios & commissarios prædictos seu eorum aliquem haberi institui aut promulgari nec non quicquid secus super his per quoscũq; quauis authoritate scienter vel ignoranter fieri & attemptari contigerit & quæcunque pro tempore inde secuta nulla irrita inania nulliusque momenti vel roboris fore & esse decernimus. Nec non duos vnum videlicet per Ciuitatis & alterum per Diœcesis Leodien. Ecclesias prædictas pro Ecclesiis extra Dominia Archiducis Austriæ & Brabantiæ pro tempore existentibus & duos alios ex Decanis supradictis pro omnibus Ecclesiis sub dictis Dominiis dictæ Diœcesis assumendos in visitatores dictarum Ecclesiarum constituimus & deputamus & in illis circa earum personas tam in capitibus quã in membris quoties oportunũ fuerit debitę visitationis officium authoritate nostra exercere valeant ordinarii loci & cuiusuis alterius licentia super hoc minime requisita ac Sancti Petri Leodien. & eiusdem Sancti Petri Louanien. ac Sancti Ioannis Buscoducen. dictæ Diœcesis Ecclesiarum Decanis nunc & pro tempo-

tempore existentibus & eorum cuilibet insolidum & quascumque personas Ecclesiarum prædictarum à sententia excommunicationis quam ob violentiam in personas Ecclesiasticas manuum iniectionem incurrere pro tempore contigerit nec non à quibuscumq; eorum peccatis, excessibus, criminibus & delictis de quibus vere contriti & ore confessæ fuerint dummodo eidem sedi specialiter reseruata non existant vel talia non sint propter quæ dicta sedes veniat merito consulenda in forma Ecclesiæ consueta, dicta autoritate absoluere eisq; pro modo culpæ pœnitentiam salutarem iniungere cum eis super omnibus & singulis in quibus dictus Episcopus Leodien. pro tempore existens quacumq; autoritate dispésare posset & quibuscumque Sacerdotibus sæcularibus vel cuiusuis ordinis regularibus etiam curam populi seu alia Priuilegia desuper non habentibus vices suas ingerere vel in specie committere, subdelegare valeant, plenam & liberam licentiam & facultatem concedimus, non obstantibus litibus causis & alijs præmissis ac felicis recordationis Innocentii Papæ IV. prædecessoris nostri contra exemptos quæ incipit Volentes & quibusuis aliis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis nec non literis prædictis ac dictarum etiam Leodien. Ecclesiarum iuramento confirmare Apostolica vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus Priuilegiis quoq; indultis & literis Apostolicis Ecclesiis prædictis aut alias quouis modo & etiam motu proprio & ex certa scientia & de Apostolicæ potestatis plenitudine etiam consistorialiter & sub quibusuis verborum formis & expressionibus & cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis fortioribus efficatioribus & insolitis clausulis irritantibusq; & aliis decretis concessio ac etiam per nos & dictam sedem etiam iteratis vicibus approbatis innouatis & de nouo similiter concessis quibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumq; totis tenoribus plena, expressa, specialis, specifica & indiuidua ac de verbo ad verbum non autem per Ecclesias generales id importátes mentio seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda foret tenoris huiusmodi præsentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes illis, alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisq; contrariis quibuscumq;, volumus autem quod præsentium litterarum transumptis manu alicuius publici notarii subscriptis & sigillo alicuius Episcopi vel Episcopalis aut superioris curiæ munitis ea prorsus fides vbiq; in Iudicio & extra adhibeatur, quæ adhiberetur originalibus litteris si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ obsolutionis approbationis confirmationis communitionis suppletionis extentionis ampliationis & voluntatis infringere vel & ausu temerario cótraire si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum

Romæ

Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Domini millesimo quingentesimo duodecimo tertio. Id Augusti Pontificatus nostri. Anno nono.

QVÆSTIO SEPTVAGESIMA OCTAVA.

Violatores exemptionum aut conseruatoriarum, an incidant in Ecclesiæ censuras.

SVMMARIVM.

1. Ignorantiarum diuersæ species earumque explicationes.
2. Scienter violantes priuilegia exemptionum incidunt in censuras Ecclesiæ.
3. Idem si per ignorantiam crassam.
4. Qualis causa excuset ab excommunicatione.
5. Differentia fori interioris, & exterioris.
6. Censuræ aliæ sunt legis aliæ hominis.
7. Exemptiones aliæ mediatæ, aliæ immediatæ.

Distinguendum inter violantes scienter & ignoranter. Rursus ignorantes versantur, vel in ignorantia crassa vel affectata, vel inuincibili, crassa ignorantia est qua quis ignorat id quod communiter omnes sui ordinis sunt & quod quispiam scire debet & potest diciturque crassa & supina quia causatur desidia & pigritia perueniendi ad scientiam eius ad quam quis tenetur. *DD. cap. ignorantia de Reg. iur. in 6. Gregor. Sayrus in thesaur. Theol. Moral. lib. 1. cap. 18. nu. 4.* Affectata ignorantia est cum quis ignorat, quia scire non vult, quod scire debet & potest. *Greg. Sayrus d. loco.* 1

Inuincibilis quæ & iusta & probabilis dicitur, est, non quæ simpliciter vinci non possit, sed quæ manet post quam quis debitam diligentiam adhibuit, quali ignorantia homines sui status communiter post debitam diligentiam laborant vti latius in explicatione specierum ignorantiæ habetur. *apud Nauar. in manuali cap. 23. nu. 45. & 46. & eius discipulum Couarruuiam cap. alma mater p. 1. §. 10. nu. 17. de sent. excom. in 6. Gregor. Sayrus d. cap. 18.*

His breuiter præmissis dico scienter violatores Apostolicarum exemptorum incurrere vltra censuras per priuilegia comminatas, excommunicationem Bullæ cœnæ Domini, quam ij incurrunt qui Ecclesiæ Romanæ iura & superioritates infringunt vti alio in loco ostendi, *lib. 4. quæst. 75. de iurisd. ordin. in exempt.* idem con- 2

3 concludendum est de ijs qui ignorantia crassa aut affectata versantes eadem Ecclesiæ Romanæ iura violant. *Nauar.d.cap.27.num.16.* eiusmodi enim crassa & affectata ignorantia dolum præsumptum & contemptum complectitur qui sufficit vt quispiam excommunicationum censuris possit innodari. *Nauar. in Manuali d.cap.23.num.45.& 46.& cap.27 num.16.*

4 Qua quidem in ignorantiæ specie ij versari non dicuntur quos iuxta causa potest excusare. *Nauar.in d.ca.23.num.43. Archid.ca. vtinam dist.76. Abb.in Rubr. de obseruat.ieiuniorum.* illa autem causa videri debet iusta propter quam Pontifex si ei supplicaretur supplicantem excusaret. *arg.gloss.l.tale pactum §. qui prouocauit ff.de pactis*, vt & causa quæ bona fide pro iusta habetur & ob quam nisi talem eam iudicaret nihil committeret. *Nauar.d.nu.43.*

5 Idque ita in foro conscientiæ posset sustineri sed in foro exteriori seu contentioso contraueniens non ideo ab impetrando absolutione liberaretur quia aduersus eum qui Ecclesiæ Romana iura violat militat præsumptio quæ in foro exteriori eum grauat onere absolutionis postulandæ. *Cardin. Sabarella Clem.1.pr. quæst.39.num.22.in fine de priuileg.* secus autem in foro poli seu conscientiæ in quo sola veritas non autem fictio aut præsumptio consideratur, *Alciat.l.quinque pedum C.de quinque pedum præscript.cap.tua desponsal.*

Et quidem ita diuersimodo inter forum poli seu conscientiæ & forum fori seu contentiosum statutum est. Quantum enim cœlum à terra differt tantum differt conscientiæ forum à contentioso. *Gomesius ad Reg.Cancell. tit.de non iudicando secundum form.supplicationis quæst.14.* quod vario exemplorum genere commonstratum reliquit. *Alciatus l.quinque pedum verf.anno tantum in primis C.de quinque pedum præscript.*

6 Itaque censuræ quas conseruatores infligunt violatoribus exemptionum de quibus scripsi *quæstione septuagesima*, sunt censuræ hominis at vero censuræ de quibus in præcedente quæstione quas violatores exemptionum incurrunt sunt censuræ legis hoc est Bullæ cœnæ Domini quæ inter species censuræ legis refertur. *Nauarr.d.cap.27.num.73.Sayrus d.cap.4.num.22.* vt & sunt censuræ quæ à iure aduersus Ecclesiasticæ libertatis temeratores proferuntur de quibus ego quædam supra scripsi *Scholio 7.* Idque ita obtinet in violatoribus exemptionum immediatatum secus verò in exemptionibus mediatis, de quibus vide alio in tractatu de *Iurisdict.ordin.in exemptos lib.1.quæst.2.* In his enim censuræ legis non aliter incurruntur quam si ita specialiter statutum sit.

QVÆST.

QVÆSTIO SEPTVAGESIMA NONA.

Conseruator quæ obseruare debeat antequam excommunicationem ferat.

SVMMARIVM.

1. Conseruator ante excommunicationem debet habere apathiam.
2. Debet prætermittere trinam monitionem & num. 12.
3. Monitio præmittenda quandoque non est & num. 5.
4. Monitio debet esse personalis, aliquot casibus exceptis.
6. Episcopus non admissus in sua visitatione potest sine prævia monitione excommunicare.
7. Prælati regulares an sine monitione excommunicare suos monachos possint.
8. Delictum in præsentia iudicis potest sine monitione prævia coerceri.
9. Item si excommunicatio sit canonis aut executoris.
10. Excommunicatio lata, monitione non prævia subsistat.
11. Quid si delegatus non possit procedere nisi prævia monitione.
13. Qualis & quanta debeat esse dilatio.

PRimo debet, si culpa coram Deo vacare velit, liber esse & immunus ab omnio odio & amore, neque ex animositate, sed simplici iustitiæ zelo, & ex suo officij debito sententiam ferre, neque etiam in ea lata sibi complacere, seu vt est in prouerbio in sinu gaudere. *cap. sed cum medicinalis de sent. excomm. in 6. Greg. Sayrus in thesauro Theolog. Moralis lib. 1. quæst. 12. n. 2. & 3. gloss. cap. in summa c. Episcopus §. si ergo 11. quæst. 3. in cap. sacro verb. iusta fuerit de sent. excomm. Couarru. ca. alma mater in pr. n. 10. de sent. excom. in 6.* 1

Secundo necesse est vt præcedat trina monitio, *cap. sacro cap. contingat 2. de sent. excom. cap. Romano eod. tit. in 6. cap. reprehensibilis de appell. gloss. cap. statuimus verb. monitionem de app. in 6. Socin. cap. perpendimus num. 67. & 91. de sent. excomm. Nau. in manuali c. 27. n. 10. & 11. Couar. d. c. alma mater par. 1. §. 9. n. 4.* 2

Ratio est quia excommunicatio non solet ferri, nisi ob inobedientiam & contumaciam. *Sayrus d. lib. 1. cap. 9. num. 32.* & quidem ad instar medicinæ corporalis *ca. cum medicinalis de sent. excom. in 6.* Sicuti autē in medicis corporalibus procedi solent à medicinis leuioribus ad fortiores, ita & in spiritualibus vtendum prius est admonitionibus & comminationibus deinde excommunicationibus, *Sayrus d. cap. 9. n. 32.* Quod intellige nisi aliquid à iure vel homine mandetur sub pœna ex-

3 excommunicationis latæ sententiæ quia tunc non requiritur trina monitio sed contraueniens statim est excommunicatus. *Ioan. de Lignano de censuris angel. in summa verb. excommunicatio 1. nu. 5.* Debetque fieri monitio testato & in personā
4 excommunicandi non vero ad eius domum. *DD. c. fin. de eo qui mittitur in possess. Fel. c. cum sit Romana num. 13. & 14. de app. Socin. c. nulli n. 15. de sent. excom. Rota decis. 28. num. 5. de app in antiquis Couar. d. cap. alma mater part. 1. §. 9. nu. 4.* Quod autem dixi de monitione personali restringe, 1. nisi reus latitaret, 2. nisi semel fuisset monitus, 3. nisi altera monitionum preuenisset ad illius notitiam, 4. nisi quis iterum excommunicetur eo quod inepte fuerat absolutus. *Late Gregorius Sayrus d. c. 12. num. 12. & seqq. Couarr. d. §. 9.*

5 Similiter monitio necessaria semper non est & quidem. Primo in factis notorijs. *Fel. cap. sacro de sent. excom. ad instar.* citationis quæ in notorijs non requiritur nam vt *Apostolus 1. Cor. 5.* communicasse refertur fornicatorem absentem & notorium. *d. cap. cum sit Romana.* quod tamen non simpliciter concedendum est sed cum distinctione quam adfert. *Couar. d. cap alma mater part. 1. §. 9. nu. 6. Abb. d. cap. cum sit Romana numer. 32.* vbi etiam Gloss Gregor. *Sayrus d. cap. 12 num. 17.* Secundo necessaria non est monitio quoties periculum est in mora. *Gregor. Sayrus d. loco num. 18.* excommunicatio enim quæ medicinalis est. *d. c. cum medicinalis,* quoque moram non potest pati iuxta illud Ouid. *lib. 2. Rem. amor.*

Vidi ego quod fuerat primo sanabile vulnus
Dilatum longa damna tulisse mora.

Tertio, nisi excommunicatio feratur per modum legis aut statuti generalis vel futuris culpis. *Fel. d. c. cum sit Romana n. 21. Couarr. d. §. 9.* Quarto nisi excommunicatio feratur ab aliquo non quasi à iudice sed quasi vicem partis agente vt esse potest conseruator qui excommunicationem fert contra occupantes res exemptorum aut eorum priuilegia violantes, *cap. dilecto de sent. excom. in 6. Sayrus d. cap. 12. num. 20. Abb. c. venerabili num. 3. de censibus. Fel. d. cap. cum sit Romana n. 6. Socin. d. c. perpendimus nu. 122.* Etenim monitio adhibetur cum iudex vti iudex procedit, *arg. cap. sacro,* ergo secus si non vt iudex procedat, *arg. ca. nonne de præ-*
6 *sumpt.* Vnde sunt qui inferant Episcopum in sua visitatione non admissum ab eo qui se exemptum prætendit posse nulla alia præuia monitione ad excommunicationem procedere, *Sayrus d. c. 12. n. 20.* verum hunc casum refellit Couar. *d. c. alma mater §. 9. n. 6.* requirens vt minus vnicam præmonitionem. Quinto, sunt
7 qui eandem theoriam restringant in prælatis regularibus vt sine monitione possint excommunicare suos monachos verum & hanc restrinctionem alij non admittunt vt est videre apud Couar. *d. loco Sayrum d. cap. 12. n. 2. & alios ab alijs lau-*
8 *datos.* Sexto, nisi delictum commissum sit in præsentia iudicis. *Fel. d. c. sacro n.*
9 *7. Couar. d. §. 9. n. 6.* Septimo, nisi excommunicetur ab homine qui ob idem delictum

lictum excommunicatus est à iure, *Abb.d.c.perpendimus nu.119.Sayr.* & *Couar.d.loco*,& ita de rigore iuris licet de equitate vt minus vincam nominationem prærequirat Sayrus *d.loco n.24*.Nisi is qui excommunicat sit purus executor. *Sayrus d.cap.12.num.25.*

Sed an si sine monitione feratur excommunicatio subsistat Gregorius Sayrus 10
dicit subsistere & late id probat *d.c.12.n.16.* *Abb.d.c.reprehensibilis nu.13. Fel.d.c.cum sit Romana n.15.Socin.d.c.perpendimus n.132. Nauar.in manuali ca.27.n.11.* & *in c.cum contingat in 5.causa nullitatis n.6.de Rescriptis late* *Abb.c.illud de clero excommun.ministrante, Couarr.d.c.Alma p.1.§ 9.n.7.* licet iudex ita ferendo peccet *d.cap.sacro.* Ratio quia excommunicatio vires sumit non ab admonitione sed ab iurisdictione & clauibus Ecclesiæ. *Abb.cap.excommunicatio nu.10. de rescriptis, Fel.d.nu.16.Rom.cons.324.Nauar.in ca.cum contingat in 5.causa nullitatis de rescriptis. Couarru.c.alma mater §.9 n.7.de sent.excom.* Sunt tamen qui distinctionem adhibent inter ordinariorum & delegatorum. *Milis in repert.verb.citato. Felin.sibi* 11
contrarius d.cap.sacro num.2. Sed ea reijcitur nisi in casu quo delegato talis forma procedendi commissa sit tunc enim si formam admonitionis præscriptam omiserit sententia delegati esset nulla ob formam non seruatam. *Fel.d.cap.cum sit Romana num:15.Couar.d §.9 n.8. Nauar.in d quinta causa nullitatis numer.7. vers. non obstat secundo. Sayrus d.c.12.n.26.in fine.*

Limita iterum quod dixi sententiam monitione non præuia latam subsistere, 12
t. nisi citationi non adijceretur clausula iustificatoria nisi causam. *Innoc.c.proposuit de concess.preb.Oldra.cons.81.Nauar.in Manual.d.c.27.n.11 Sayr.d.ca.12 nu.28.* Secundo, nisi excommunicatio ferretur aduersus excommunicantes cum excómunicato. *Sayr.ibid.n.29.* Tertio, nisi iudex dicat se monitionem non adhibuisse quia de iure non erat necessaria. Tunc enim si necessaria erat ipso iure nulla erat propter errorem iuris quem continet. *Sayr.ibid.n.27.*

Sed & vt competens sit monitio quæritur qualis esse debeat, Respondeo debet esse trina & canonica cum sufficienti temporis interuallo. *Couarru.d.§.9 cap. constitutionem de excom.in 6.Sayr.ibid.nu 32* & *33.* ita vt biduum saltem inter vnamquamque illarum intercedat, *d.cap.constitutionem vers.obseruent aliquorum dierum competientia interualla.Socin.d.loco num.112. Nauar.d.cap.27.num.11.* potest tamen fieri vna monitio pro tribus. *Sayr.d.cap.12.numer.35.* statque eiusmodi monitionis terminus in iudicis arbitrio. *d.cap.constitutionem Sayr.d.loco num.36.* 14

QVÆSTIO OCTVOGESIMA.

1 Quid si quispiam sit conseruator qui vtramque habet iurisdictionem spiritualem scilicet & temporalem an vtramque poterit exercere.

SVMMARIVM.

Multi Prælati vtrumque habent gladium possuntque vti vtroque gladio.

MVlti sunt Prælati, qui vtramque habent quibusdam in locis iurisdictionem, scilicet spiritualem & temporalem. Quæritur nunc an si tales prælati sint conseruatores, possint aduersus sibi subditos qui Priuilegia violant spiritualem & temporalem iurisdictionem pro arbitrio suo exercere? Respondetur posse, *arg. cap. dilecto de sent. excom. in 6. cap. per venerabilem vers. id autem in patrimonio qui filij sunt legitimi cap. si duobus de app. cap. Romana in fin. de app. in 6. Host. in summa §. quis possit excommunicare vers. ne dum autem iur. Io. de Lignano tract. de censuris §. octauas incip. Syluester verb. excommunicatio 1. nu. 6. vers. nec Prælatus, Stephanus Costa rep. cap. cum medicinabilis num. 15. de sent. excom. in 6. Angel. verb. excommunicatio 1. §. 5. Greg. Sayrus in Thesauro Theol. Moralis lib. 1. cap. 5. nu. 30.*

QVÆSTIO OCTVAGESIMA PRIMA.

Quæ sit differentia inter censuras quas violatores exemptionum incurrunt & eas quas conseruatores violatoribus exemptionum infligunt.

SVMMARIVM.

1. *Causa efficiens excommunicationis est homo & lex.*
2. *Excommunicatio hominis quæ dicatur.*
3. *Excommunicatio Canonis quæ dicatur.*
4. *Excommunicatio legis & hominis differunt.*
5. *Excommunicatio legis non requirit monitionem præcedentem.*

Scripsi

SCripsi in quæstione septuagesima, conseruatores non debere nisi plombeo pede, ac magna cum maturitate cessantibus alijs remedijs ad excommunicationum censuras prosilire, quæstione autem septuagesima octaua ostendi violatores exemptionum censuras excommunicationum incurrere. Quæstio nunc est quæ sit differentia inter has & illas censuras. Cui quæstioni antequam respondeam prænotandum est in iure duas poni efficientes causas excommunicationum scilicet hominem & legem, *Abb. in Rubr. de sent. excom. Angel. in summa verb. excommunicatio 1. Couar. cap. alma mater. §. 10. de sent. excom. Gregor. Sayrus in thesauro Theol. Moralis lib. 1. cap. 4. nu. 22. cap. 18. nu. 7.* 1

Excommunicatio hominis, quæ & iudicis dicitur, est quæ fertur pro contumacia vel offensa, non intentione constitutionis generalis faciendæ quæ in perpetuum duret sed vt alicui personæ aut personis collegijs vniuersitatibusque particularibus seu alicui particulari negocio consulatur ad tempus. 2

Excommunicatio legis est quæ fertur iure aut statuto seu constitutione generali, *DD. iam citati Marianus Socin. cap. perpendimus num. 49. vsque 74. de sent. excom.* 3

Prænotandum secundo, multas & graues esse differentias inter excommunicationes ab homine vel à lege quas quidem exacte Marianus Socinus prosequitur, *d. loco.* Ideoque plurimum scire refert an quis excommunicationem hominis vel legis incurrat, *Greg. Sayrus d. cap. 4. nu. 22. paucis* excommunicatio hominis non est perpetua nec incurritur pro illo actu pro quo est lata nisi quamdiu viuit ille qui tulit vel quamdiu manet in officio, quod intellige quo ad eos qui eam non incurrunt, antequam is moneretur vel officio priuaretur. At vero excommunicatio legis durat indistincte etiam mortuo canonis & constitutionis conditore vti de Bulla cœnæ Domini testatur, *Nauar. in Ma. cap. 27. nu. 73. Grego. Sayrus d. cap. 4. nu. 22.* 4

Rursus excommunicatio legis præcedentem monitionem non requirit, *Fel. cap. cum sit Romana nu. 21. & cap. sacro nu. 5. de sent. excom. Nauar. cap. cum contingat in quinta causa nullitatis nu. 4. de Rescriptis Gregor. Sayrus d. lib. 1. cap. 12. nu. 29.* lex enim seu Canon aut constitutio semper loquitur semper admonet nequis contrafaciat, *l. Arian. C. de hæreticis.* & ideo vnusquisque satis semper esse censetur admonitus ab ipso iure Canone vel constitutione, *Gregor. Sayrus d. nu. 19. in fine.* at vero excommunicatio hominis præcedentem monitionem & quidem trinam regulariter requirit, *Gregor Sayrus d. lib. 1. cap. 12. nu. 5. cap. sacro cap. contingit 2. de sent. excom. cap. Romana eod. in 6. Socin. d. cap. perpendimus nu. 67. & 91.* dixi regulariter quia certis in quibusdam casibus omitti potest monitio vel certe trina illa monitio vt ex amussim obseruetur non est semper necesse vti limatius & exactius videre poteris apud Doctores iam laudatos. 5

QVÆSTIO OCTVAGESIMA SECVNDA.

An excommunicatis detur aduersus excommunicantem ob excommunicationem iniustam actio?

SVMMARIVM.

1. Excommunicans iniuste se potius quam alium illaqueat.
2. Excommunicans iniuste tenetur actione iniuriarum.
3. Excommunicans iniuste tenetur ad damna & interesse.
4. Excommunicantem iniuste error non excusat.
5. Excommunicatus iniuste agere potest iniuriarum etiamsi non appellauerit.

AFfinis est hæc quæstio duabus alijs antecedentibus scilicet quæstioni 22. & 73.

1 In qua prænotandum conseruatorem iniuste quempiam excommunicantem se potius quam eum quem intendit ligare atque dehonestare, *cap. si habes cum 4. cap. seqq. 24. quæst. 3.* tunc enim contingit quod Dominus Hieronymus, *scribit cap. si quis non recto 24. quæst. 3.* vt is qui non recto iudicio foras mittitur intus sit & ille foris qui intus videtur retineri ac vt dum indiscrete excommunicationis censura decernitur excommunicans sacrilegium incurrat, *cap. non in perpetuum 24. quæst. 3.* ac ab ingressu Ecclesiæ à qua alium arcere volebat ipsemet arceatur, *Innoc. cap. sacro nu. 2. de sent. excom.*

2 Prima itaque actio qua iniuste excommunicans tenetur est iniuriarum, *glo. cap. non in perpetuum 24. quæst. 3* & alij quos citaui, *lib. 4. quæst. 101.* de iurisdict. ord. in exemp. *Nauar. cap. cum contingat rem 2. nu. 43. de rescriptis Innoc. d. cap. sacro nu. 6. & 7,* Ratio est quia qui aliquem excommunicat iniuste vocat eum implicite inhonestum & personam turpem, *Soc. cons. 45. Anton. cap. constitutus de purg. Canon. Lancelot. de attent. par. 2. cap. 12. ampl. 15. nu. 49. & 48.* signanter autem si aliunde animositas & dolus possit deprehendi, *l. nec magistratibus ff. de iniurijs quem satis collegi.* ex iuris ordine non seruato late ostendit, *Ioannes Gauffredus cap. sacro num. 33. de sent. excom.* cuius proinde præsumptionem iudex debet à se auertere, *l. si non conuicij C. de iniurijs.*

3 Secunda ad damni totius præstationem quod iniuste excommunicatus perpessus, *cap. sacro de sent. excom. vbi Innoc.* Nam vti Pontifex rescripsit, *d. cap. sacro cum aduersus*, excommunicationem de iniusta excommmunicatione constiterit excom-

excommunicator condemnetur ab interesse excommunicato alias nihilominus si culpæ qualitas postulauerit superioris arbitrio puniendus cum non sit leuis culpa tantam pœnam infligere insoliti text. *d. cap. sacro*.

Quod adeo verum est vt talem excommunicatorem qui tam grauiter sine colore errauit probabilis error excusare non possit, *arg. l late culpæ ff. de verb. sig. cap. ignorantia de reg. iuris in 6. Nauar. d. cap. cum contingat Rem. 2. num. 44.* 4

Dixi sine colore error enim qui in prudentissimum cadere potest posset enim excusare, *glo. d. cap. sacro verb. probabilis error de sent. excomm.* Sed quid si iniuste excommunicatus non appellauit sed excommunicationi acquieuit. 5

Respondetur dari nihilominus ei actionem, *Gaufredus d. cap. sacro nu. 19. vbi etiam Innoc.* Id quod ego prolixius in quæstionibus de viginti duum virali foro ostendi.

QVÆSTIO OCTVAGESIMA TERTIA.

Romipetæ si in ius coram ordinario vocentur qualiter poterunt sibi consulere.

SVMMARIVM.

1. *Romipetæ sunt exempti.*
2. *Exceptio dilatoria oriens post litem contestatam opponi potest.*
3. *Exceptio dilatoria si reijciatur potest appellari.*
4. *Executor de nullitate aut iniquitate sententiæ cognoscit.*
5. *Romipeta excommunicari non potest.*
6. *Romipetarum infinitus numerus.*

EVgenius quartus Pontifex Romipetas exemit ab omnimoda iurisdictione ita vt neque personaliter neque realiter in ius vocari possint coram qualicumque iudice neque etiam qualicumque sententia pulsari dum Romam veniunt causarum aut negotiorum suorum gratia prout nec quam diu Romæ earundem suarum causarum & negotiorum gratia moram trahunt ac inde recedunt vti plenius videre est ex eiusdem, *Eugenij extrauagante, incip. diuina de priuilegijs in extrauagantibus communibus.* 1

Itaq; si contingat quempiam Romipetam in ius vocari coram suo ordinario aut coram eodem habere litem pendentem quæritur quibus remedijs sibi possit consulere.

Respon-

2 Respondetur posse coram eodem ordinario obijcere exemptionem hanc dilatoriam ex Eugeniana constitutione idque ante litem contestatam, exceptio, enim dilatoria etiam quæ post litem contestatam oritur & potest etiam tam ante quam post litem contestatam opponi, *cap. insumante de offic. del. Abb. cap. vnico nu. 5. de oblig. l. 1. C. de consortis eiusdem litis & ego lib. 2 de iurisdict. ord. in exempt. quæst. 16. nu. 1. & seqq. alio in loco latius idostendo.*

2 Respondetur secundo si ordinarius eiusmodi exemptionem vlterius procedens contemnat, Romipetam posse coram superiore per viam appellationis aut querelæ id emendare per vulgatam illam iuris doctorum theoriam quod appellatio querela aut alia similia remedia sint ad instar teriace aduersus iniquos iudices iniquasque sententias, *l. 1. & seqq. ff. de appellat.* Imo vero posse coram eodemmet ordinario in ipsa executione de nullitate eiusmodi processus atque sententiæ vel principaliter vel incidenter opponere vti latius videre est ex doctrina Sebastiani Vantij, *tract. de nullit. tit. coram quo de nullitate agi possit.*

4 Habet enim hæc Eugeniana constitutio clausulam irritantemque inficit totum processum atque sententiam qualemcumque de cuius equidem clausulæ energia satis superque scripsi alijs in locis.

Respondetur tertio. Posse etiam coram qualicumque executore aut sub executore de eiusmodi nullitate opponere, executorque processum & sententiam tali labe & nullitate vitiatam executioni non mandabit. Quia executor sententiam quam ei constat esse nullam executioni mandare non tenetur, *glo. cap. pastoralis §. quia vero de officio delegati Nauar. cap. cum contingat Remedio 4. in pr. vers.*
5 *quoniam de rescriptis.* Idque etiamsi Romipeta excommunicationum à censuris esset innodatus, Romipeta enim excommunicari non potest, *d. extrauag. diuina,* & consequenter executor eiusmodi excommunicationes nullitate laborantes attendere non debet, late *Nauar. d. cap. contingat Rem. 4.* quippe vt mandatum iudicis quod nullum est nec excuset nec accuset sed inutile sit atque subuentaneum, *Bart. l. iuste ff. de acqu. poss. Nauar. d. cap. cum contingat Rem. 2. num. 42.*

6 Verum quia Eugeniana hæc neque glossis neque commentarijs à nemine quem viderim illustrata est multitudoque sit ingens quæ Romani quotidie vti testatur idem Eugenius *de extrauag. diuina in pr.* veluti ad omnem fidelium matrem pro animarum saluti quærenda & iustitia prosequenda de diuersis mundi partibus confluit hic visum fuit paulo vlterius rem repetere & quæstiunculis non infrequentibus eandem Eugenianam illustrare.

Quæro itaque.

QVÆ-

QVÆSTIO OCTVAGESIMA QVARTA.

An indistincte omnes Romipetæ priuilegio huius Eugenianæ gaudeant.

SVMMARIVM.

1. *Romipetæ ij solum censendi qui negotiorum causa Romam petunt.*
2. *Præmium dicitur causa finalis constitutionis.*
3. *Ratio est mens legis.*

NEutiquam sed ij tantum qui causarum & negotiorum suorum gratia Romam petunt Pontifex enim in premio huius constitutionis id exprimens satis iudicat hanc suam fuisse intentionem vt ij solum hoc priuilegio 1 fruerentur qui negotiorum aut causarum ergo ad vrbem diuertunt, *Rom. cons. 15. incip. viso themate consultationis l. vlt ff. de hered. instit. l. 1. vbi Barth. ff. de origine iu-* 2 *ris.* Preemium enim dicitur ratio & causa finalis constitutionis, *Bald. d. l. fin.* Ratio 3 autem quæ est mens legis seu constitutionis nihil aliud est quam ipsa lex & constitutio, *l. cum pater §. dulcissimis ff. de leg. 2. Dynus tract. de autoritate glossæ num. 21. prœsis in locis à loco ratione legis larga.* quæ ab ipso prœmio semper est regulanda, *late Nauar. cap. si quando except. 8. nu. 1. de Rescriptis.*

QVÆSTIO OCTVAGESIMA QVINTA.

Quid si quis peregrinandi aut deuotionis causa Romam petat.

SVMMARIVM.

1. *Peregrinantes gaudent Priuilegio Romipetarum.*
2. *Religionis fauor alios excellit fauores.*
3. *Quid si quis recreandi causa Romam petat.*

ET causa hæc est ob quam quispiam Priuilegio huius Eugenianæ gaudere 1 possit vti Pontifex satis insinuat, *in prœmio istius constitutionis in vers. pro animarum salute quærenda,* maior enim est fauor religionis & animæ quam libertatis, *Philipp. Francus in sua dispositione petitorij dubio 3. num. 16.* in causarum 2

negotiorumque temporalium. Quid vero si quis animi seu recreationis cau-
2 sa Romam petat. Licet fauorabilis sit recreatio vti superius ostendi, §. *decimo Scholio 170.* an & hæc causa ad hanc constitutionem extendi possit nunc non disputo.

QVÆSTIO OCTVAGESIMA SEXTA.

Quid si Romipeta delinquat an priuilegio Eugenianæ gaudeat.

SVMMARIVM.

1. *Romipeta delinquens Priuilegio non gaudet.*

R_Espondetur quod non *Alphonsus Vinaldus ad Bullam cœnæ Domini, num. 28. Gregorius Sayr in thesauro Theol. moralis lib. 3 cap. 14 num. 8.* Reatus enim omnem honorem solet excludere, *cap. Priuilegium 11. quæst. 3. l. 1. C. vbi senatores l. quoties C. de dignitatibus, lib. 12.*

QVÆSTIO OCTVAGESIMA SEPTIMA.

An hæc Eugeniana eximat Romipetas à iurisdictione ordinariorum quo ad lites cœptas.

SVMMARIVM.

1. *Exemptio concessa motu proprio extenditur ad causas pendentes.*
2. *Priuilegium superueniens non eximit à iurisdictione iudicis qui præuenit.*
3. *Per præuentionem acquiritur ius pacti.*
4. *Pontifex non censetur velle ius tertio quæsitum tollere.*
5. *Romipetæ non possunt progressum iudicij impedire.*

1 VIdetur quod sic quia exemptio concessa motu proprio extenditur etiam ad lites pendentes coram ordinario, *Clem. si Romæ de præbendis & Apost. ad Abbatem in cap. cum dilectus de iur. patr. Barth. l. 1. nu 3. vbi etiam & Apostil.*
2 *ff. de pœnis*, & ego latius *lib. 2. de iurisd. ord. in exemptos cap. 16. nu. 14.* sed in contrarium est cui & ego adsentior quod priuilegium fori superueniens non eximat à iurisdictione iudicis qui præuenit, *cap. proposuisti vbi DD. de foro compet.* signanter etiam

ter etiam quod constitutioni Eugenianæ non insit clausula motus proprij, & si inesset attamen eius roboris non esset vt noceri possit causæ iam pendenti, *Fel. in repert. verb. Priuilegiũ lite pendente.* Id quod ego paulo vberius loco iam citato cõprobaui. Quibus ego addo per præuentionem iudicij acquiri ius parti prosequendi & ad exitum iuris ordine seruato producendi causam coram iudice præuento ceptam *l. vbi ceptum ff. de iudicijs.* cuius progressum si prætextu sacris Romani Pontifex sisteret ius parti quæsitum tolleret quod nunquam facere censetur vt in regula Cancellariæ de non tollendo ius quæsitum declaratur cuius explicationem plenam vide apud Ioannem à Chockier fratrem meum in suo ad Reg. Cancell. conuentario *ad Reg. 16.* Vnde consequens est aduersus Romipetas non impediri lites ceptas nec executiones rerum ante iudicatarum quia quamdiu sententia executioni nec dum est demandata lis adhuc durare dicitur, *Rota nouiss. dec. 33. nu. 10. par. 3. Achilles à Graffis dec. 1. vt late prauidente*, nihilque censetur perfectum quamdiu aliquid superest peragendum, *l. cum Sillamanum C. de his quibus vt indignis Io. de platea l. cum procuratores C. d. metalis, lib. 11.* 3 4 5

QVÆSTIO OCTVAGESIMA OCTAVA.

An Romipeta possit sisti seu arrestari.

SVMMARIVM.

1. *Debitor fugitiuus potest arrestari.*
2. *Protoproxia est iudicij limen & species.*
3. *Principem adeuntes arrestari non possunt nisi periculum sit in mora.*
4. *Arrestari possunt Romipetæ si agatur de chirographi recognitione.*

SVnt qui prima facie responderent posse quia debitor fugitiuus potest arrestari, *Caccialupus fuse de debitore suspecto, Peck. de iure sist. cap. 2. l. ait prætor §. si debitorem ff. quæ in fraudem cred.* sed verius est non posse. 1

Ratio est quia Eugeniana irritat omnes processus motos Romipetis Protoproxia vero id est prima illa quasi velitatio & iudicialis congressus ab arresto exordium sumens processus est atque iudicij species. *VVamesius ca. meminimus 9. n. 3. de appellat.* quo autem remouetur genus remouetur & quælibet eius species, *l. si causa cognita vbi DD. C. de transact. præses in locis legalib. loco à genere ad speciem.* Confirmari aliunde id posset sicuti enim qui ad curiam principis accedunt arrestari non possunt, *Peck. de iure sistendi cap. 5. nu. 11.* ita neque qui ad curiam Papæ id 2 3

quod ego limito nisi quæstio de repente exurgeret de re peritura aut quæ dilationem non admitteret necessitas enim non habet legem, *l. 5. § si quis riuos ff. de dam. infecti cap. quod non est licitum de reg. iur. in 6.* vt & si de chirographi aut
4 obligationis eius qui Romam discessurus est recognitione ageretur est enim & hic casus inter multos quos in vnum congessi, *de iurisdict. ord. in exemptos lib. 2. quæst. 45.* alij item sunt sexcenti qui pro re nata & ex varijs causarum figuris quotidie oriuntur.

QVÆSTIO OCTVAGESIMA NONA.

A quo tempore quis censendus sit Romipetarum iure gaudere.

SVMMARIVM.

1. *Iter adornare quando quis dicatur.*
2. *Quantum censeri debeat tempus præparatorium ad iter.*

1 RESpondeo ab eo tempore quo quis incipit vasa colligere hoc est se comparare ad iter Romanum; iter enim nemo suscipere potest nisi prius viatica & cætera ad iter necessaria præparauerit. Quo fit vt & illud tempus etiam censeri debeat pars profectionis eodemque iure quo ipsa profectio regulari, *l. quæ de tota ff. si pars hæred. pet. præses loco à tota ad partem*, nam & concesso vno censetur omne id concessum siue quo commode id expediri non potest, *l. 2. ff. de Iurisdict. om. iud. l. penult. ff. de vsufr. Nauarecap. nouit. not. 3. nu. 18. de iudicijs.*

2 Cuius autem quantitatis esse debeat tempus illud præparatorium ad iter Romanum diffiniri præcise non potest sed relinquendum est arbitrio iudicis qui illud discernat ex qualitate rerum & personarum, *l. continuus §. cum ita ff. de verb. oblig. l. 1. C. de iure de lib. Albertus Brunus de rebus dubijs Rubrica. de dubia dispositione circa tempus.*

QVÆSTIO NONAGESIMA.

Quanto tempore residere quis censeatur Romæ vt priuilegio huius exemptionis gaudeat.

SVM-

SVMMARIVM.

1. *Priuilegium Romipetarum durat quamdiu eorum negotia.*
2. *Cessante causa Priuilegij cessat effectus.*
3. *Affectata absentia non potest.*

EVgeniana indefinite loquitur per verba habentia tractum temporis successiuum, *d. extrauag. diuina verb. durante negotiorum & causarum huiusmodi prosecutione moram trahentes & recedentes ab eodem.* Itaque 1
Romipeta tam diu Romae degere censebitur quamdiu durabunt negotia ob quae Romam petijt, proinde ijs cessantibus cessare etiam censebitur hoc Priuilegium. Quia cessante causa priuilegij cessat effectus, *cap.* 2
cum cessante de app. prout cessabit etiamsi Romipeta seu Romae degens affectet 3
absentiam. Impedimentum enim affectatum regulariter non excusat. *Tiraq. de Retr. cons. 1. §. 35. gloss. 4. n. 29. Fel. cap. fin. nu. 5. de testibus moneta de distribut. quotidian. par. 2. cap. 15. nu. 24. l. si an in prouincia §. tam diu & l. hi qui ff. ex quibus causis maiores Abb. cap. exposuit nu. 14. de dilat.* quod multis exemptis late ostendimus alio in loco, *lib. 4. de iurisdict. ord. in exempt. quaest. 71.* ad instar legatorum quorum legata cessat statim ac finita est causa legationis. *Barth. & DD. d. §. tamdiu.* Tunc enim cessat absentia iusta seu causaria de qua late Doctores iam laudati.

QVAESTIO NONAGESIMA PRIMA.

An & tempus reuersionis sub Eugeniana comprehendatur.

SVMMARIVM.

1. *Romipetis imputatur etiam tempus reuersionis.*
2. *Tempus reuersionis quantum esse debeat.*

REspondetur comprehendi Pontifex enim disponit de moram trahentibus & recedentibus, idque etiam ostendit iuris communis ratio, absenti 1
enim ex iusta causa concedi & computari debet tantum residui temporis quo possit redire in patriam illudque reuersionis tempus eodem iure regulatur quo aliud tempus absentiae causariae, *l. si cui in prouincia §. tamdiu l. qui mittuntur* 2
§. fin. ff. ex quib. causis maiores. Soletque pro reuersionis tempore computari vnus dies pro singulis viginti miliaribus Italicis, *glo. § tamdiu l. 1. ff. si quis caut. l. 3. ff. de verb. sig. glo. cap. nonnulli de rescriptis, moneta de distribut. quotidian. par. 2. cap. 15.*

quod ego limito nisi quæstio de repente exurgeret de re peritura aut quæ dilationem non admitteret necessitas enim non habet legem, *l. 5. § si quis riuos ff. de*
4 *dam. infecti cap. quod non est licitum de reg. iur. in 6.* vt & si de chirographi aut obligationis eius qui Romam discessurus est recognitione ageretur est enim & hic casus inter multos quos in vnum congessi, *de iurisdict. ord. in exemptos lib. 2. quæst. 45.* alij item sunt sexcenti qui pro re nata & ex varijs causarum figuris quotidie oriuntur.

QVÆSTIO OCTVAGESIMA NONA.

A quo tempore quis censendus sit Romipetarum iure gaudere.

SVMMARIVM.

1. *Iter adornare quando quis dicatur.*
2. *Quantum censeri debeat tempus præparatorium ad iter.*

1 Respondeo ab eo tempore quo quis incipit vasa colligere hoc est se comparare ad iter Romanum; iter enim nemo suscipere potest nisi prius viatica & cætera ad iter necessaria præparauerit. Quo fit vt & illud tempus etiam censeri debeat pars profectionis eodemque iure quo ipsa profectio regulari, *l. quæ de tota ff. si pars hæred pet. præses loco à tota ad partem*, nam & concesso vno censetur omne id concessum sine quo commode id expediri non potest, *l. 2. ff. de Iurisdict. om. iud. l. penult. ff. de vsufr. Nauarre cap. nouit. not 3. nu. 18. de iudicijs.*

2 Cuius autem quantitatis esse debeat tempus illud præparatorium ad iter Romanum diffiniri præcise non potest sed relinquendum est arbitrio iudicis qui illud discernat ex qualitate rerum & personarum, *l. continuus §. cum ita ff. de verb. oblig. l. 1. C. de iure de lib. Albertus Brunus de rebus dubijs Rubrica. de dubia dispositione circa tempus.*

QVÆSTIO NONAGESIMA.

Quanto tempore residere quis censeatur Romæ vt priuilegio huius exemptionis gaudeat.

SVM-

SVMMARIVM.

1. *Priuilegium Romipetarum durat quamdiu eorum negotia.*
2. *Cessante causa Priuilegij cessat effectus.*
3. *Affectata absentia non potest.*

EVgeniana indefinite loquitur per verba habentia tractum temporis successiuum, *d. extrauag. diuina verb. durante negotiorum & causarum huiusmodi prosecutione moram trahentes & recedentes ab eodem.* Itaque 1 Romipeta tam diu Romæ degere censebitur quamdiu durabunt negotia ob quæ Romam petijt, proinde ijs cessantibus cessare etiam censebitur hoc Priuilegium. Quia cessante causa priuilegij cessat effectus, *cap.* 2 *cum cessante de app.* prout cessabit etiamsi Romipeta seu Romæ degens affectet 3 absentiam. Impedimentum enim affectatum regulariter non excusat. *Tiraq. de Retr. cons. 1. §. 35. gloss. 4. nu. 29. Fel. cap. fin. nu. 5. de testibus moneta de distribut. quotidian. par. 2. cap. 15. nu. 24. l. si an in prouincia §. tam diu & l. hi qui ff. ex quibus causis maiores Abb. cap. exposuit nu. 14. de dilat.* quod multis exemptis late ostendimus alio in loco; *lib. 4. de iurisdict. ord. in exempt. quæst. 71.* ad instar legatorum quorum legata cessat statim ac finita est causa legationis. *Barth. & DD. d. §. tamdiu.* Tunc enim cessat absentia iusta seu causaria de qua late Doctores iam laudati.

QVÆSTIO NONAGESIMA PRIMA.

An & tempus reuersionis sub Eugeniana comprehendatur.

SVMMARIVM.

1. *Romipetis imputatur etiam tempus reuersionis.*
2. *Tempus reuersionis quantum esse debeat.*

REspondetur comprehendi Pontifex enim disponit de moram trahentibus & recedentibus, idque etiam ostendit iuris communis ratio, absenti 1 enim ex iusta causa concedi & computari debet tantum residui temporis quo possit redire in patriam illudque reuersionis tempus eodem iure regulatur quo aliud tempus absentiæ causariæ, *l. si cui in prouincia §. tamdiu l. qui mittuntur* 2 *§. fin. ff ex quib. causis maiores.* Soletque pro reuersionis tempore computari vnus dies pro singulis viginti miliaribus Italicis, *glo. § tamdiu l. 1. ff. si quis caut. l. 3. ff. de verb. sig. glo. cap. nonnulli de rescriptis, moneta de distribut. quotidian. par. 2. cap. 15.*

quæst.5.num.36. id certe arbitrio boni viri relinquendum est, vti plenius ostendi infra *quæst.106.* Idque nisi aliud impedimentum vel antequam reditum arripiat vel in ipso reditu superueniat nam eo casu dicetur eadem ratio Romipetarum Eugenianæ constitutionis durare. *d.§ iamdiu vers. plane Rom. l. si vero § de viro nu. 230. sol. matr. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 2. casu 153.*

QVÆSTIO NONAGESIMA SECVNDA.

An statim post reditum ad patriam cesset hæc Eugeniana.

SVMMARIVM.

1. Reuersis ex vrbe tempusculum est concedendum vt quiescant.

1 NEutiquam sed reuersis ex vrbe modicum temporis concedendum est ad res suas componendas & ad quiescendum, *l. ab hostibus vbi Barth. §. sed quod simpliciter ff. quod met. causa.* ego duos aut tres dies sarciculas componendi quiescendique gratia concederem per late notata à *Moneta de distribut. quotid part. 2. quæst. 12. num. 49. & seqq.* vel certe iudicantis id arbitrio pro qualitate rerum & personarum relinquerem. *Menoch. de arbit. iud. libr. 2. cent. 1. casu 33. num. 1. & 2.*

QVÆSTIO NONAGESIMA TERTIA.

Quæ sit pœna ordinariorum iurisdictionem in Romipetas exercentium.

PAucis Eugenius Pontifex IV. ipso facto excommunicatos esse decernit. Quæ quidem excommunicatio monitionem antecedentem non requirit vti superius, *Quæst. 79. ostendi.*

QVÆSTIO NONAGESIMA QVARTA.

Quis ab hac excommunicatione possit absoluere.

NEmo præter Papam quia ipse absoluendi potestatem sibi reseruat præterquam in mortis articulo.

QVÆST.

QVÆSTIO NONAGESIMA QVINTA.

Exemptus an si quid rigore sententiæ, ab ordinario late soluerit possit solutum condicere.

SVMMARIVM.

1. *Solutum vigore sententia concedi non potest.*
2. *Soluenti indebitum duplex condictio competit.*
3. *Censura ordinarij in exemptos causant iustum metum.*
4. *Metus reddit actum nullum.*

Videtur non posse quia solutum autoritate iudicis aut sententiæ condici non potest. *Cast. l. eleganter num. 9 ff. condict. in debet in Iulianus ff. eod. l. 1. C. de condict. in deb.* 1

Deinde exemptus qui lata contra se sententia condemnatoria soluit priuilegio suo renuntiare censetur. *Anchar. cons. 398.* sed ijs non obstantibus respondendum est condictionem competere, *Angel. Aretius cons. 6. & 7.* Quia sententia ordinarij in exemptum nulla est. *Angel. d. cons. 6. & 7. & ego late de iurisdict. ord. in exemptos lib. 2. quæst. 40.* non præstat autem impedimentum quod de iure non sortitur effectum *cap. non præstat de Reg. Iur. in 6.* Condictio inquam duplex competit vna indebiti *l. si fideiussor. §. in omnibus ff. Mand. Bart. l. 1. §. & parui nu. 10. ff. quod vi aut clam.* alia condictio siue causa, *l. si fullo ff. de cond.* siue causa *Iosephus sese de inhibitionibus & executione priuilegiata cap. 1. §. 8. num. 30. gloss. l. si prætor §. Marcellus ff. de iudicijs.* Conferuntque ea quæ Romanus, *cons. 369.* Respondit sententias & censuras ab ordinario prouenientes licet nullas aut iniustas causare iustum metum ob quem rescissio actus gesti conceditur, *tot. tit. ff. & C. quod metus causa.* Metus enim secundum quosdam reddit actus ipso iure nullos aut secundum alios per sententiam vbi plenius videre est apud Nauar. *Cons. 10. nu. 10. de ijs quæ vi metusque causa.*

(margin numbers: 2 beside "tur effectum", 3 beside "phus sese", 4 beside "cons. 369")

QVÆSTIO NONAGESIMA SEXTA.

Conseruatores an cognoscere possint de causis criminalibus.

SVM-

SVMMARIVM.

1. Matrimonialis causa & criminales aequiparantur.

2. Aequiparatarum idem est iudicium idque etiam in poenalibus & à iure communi exorbitantibus.

3. Praelati inferiores qui ordinariam iurisdictionem praescripserunt possunt eam non obstante Concilio Tridentino exercere.

4. Conc. Trid. non derogat iurisdictionem ordinaria.

Ostendi breuiter hoc in tractatu, *quaest. 6.* conseruatores de causis matrimonialibus cognoscere non posse. Idque nisi consuetudine praescriptione aut conseruatoriali diplomate aliud eis sit concessum. An idem in causis criminalibus respondendum sit breuiter nunc etiam quaeritur.

1 Idem respondetur Matrimoniales enim causae & criminales aequiparantur, *cap. pen. de Rest. in integ. glo. Barth. & DD. l. 2. § quacunque ff. de iureiur.* quando autem duo à iure aequiparantur dispositum in vno habet etiam locum in alio. *glo. &*
2 *DD. cap. 1. postquam de elect. in 6. Nauar. cap. poena nu. 6. 13. 14. de poenit. dist. 1. scripsi lib. 4. de iurisdict. ord. in exemptos quaest. 54. nu. 4.* Idque etiam in poenalibus, *glo. d. cap. si postquam §. 1. & § fin. de elect. in 6.* & à iure communi exorbitantibus, *glo. l. si quis seruo persuaserit C. de furtis & in l. quod vero contra ff. de legib. praesta Euerardi in locis legalib. loco à simili vers. & generaliter.* vti vno viginti extentionibus constitutionis poenalis ostendit Nauar. *d. cap. poena per tot de poenit. dist. 1. fol 374. tomo 1.* quae diiudicatio vti ante dixi à diplomate conseruatoriali consuetudine vel praescriptione dependet. *cap. auditis de praescript. Abb. cap. accedentibus nu. 3. vbi Apost. de excessibus praelat.*

Ideoque si praelatus quispiam aut conseruator eiusmodi ciuilem vel etiam cri-
3 minalem iurisdictionem praescripsisset aut illam diplomate Papali acquisiuisset poterit eandem iurisdictionem exercere non obstante Concilio Tridentino, *sess. 24. cap. 20. vers. omnes causae de refort.* concedente ordinario talium causarum cognitionem aut iurisdictionem. Quia canones disponentes aut moderantes aut fouentes iurisdictionem ordinariam intelligi debent de iurisdictione ordinaria etiam inferiorum genus enim proprie praedicatur de qualibet eius specie. *Bald. l. 2. C. de iure aureorum annulorum,* & ita ad explicationem huius articuli Concilij Tridentini late ostendit Nauar. *Cons. 9. de Priuilegijs & Gregor Sayrus in floribus decisionum l. 2. tit. 2. de foro competenti decis. 2. & elect. lib. 1. tit. 17. de offic. delegati decis. 1. & 2. fol. 25. Col. 4.*

4 Concilium enim Tridentinum concedendo seu excitando iurisdictionem ordinariorum non ea propter censetur iurisdictioni inferiorum derogasse iuxta illud. Quod non mutatur quid stare prohibetur *l. praecipimus C. de appellat. l. sancimus C. de testamentis Nauar. d. cons. 9. Gregor. Sayrus in floribus decisionum iã citatus.*

& si

& si aliter diceremus violaremus multorum ordinum Priuilegia iurisdictionem criminalem in ordinis subditos habentes vti late ostendit Nauarrus. *dicto cons. 9. de priuileg. per tot. & cons. 23. eod. tit.*

QVÆSTIO NONAGESIMA SEPTIMA.

An conseruatores Ius habeant incarcerandi.

INcarcerandi potestatem nemo habet nisi is cui vltra iurisdictionem imperium competit. *Barth. & Bald. auct. ei qui C. de bonis auct. Iudic. poss.* 1

Ideoque iudices delegatos vniuersitatum Rectores ministerium aut collegiorum præfectos incarcerandi potestatem non habere vti fuse ex iure docet Prosper Farinaceus, *lib. 1. quæst. 27. n. 6. Boer. dec. 215. nu. 24. gloss. & Bald. l. consentaneum C. quomodo & quando Iudex eleganter Marsiliis in pract. § antiquam nu. 78.* 2

Quid autem de conseruatoribus censendum sit paucis hic inquiro & repeto quod alio in loco ostendi, *de iurisdict. ord. in exempt. lib. 4. quæst. 111. nu. 16.* conseruatores recenseri sub cathegoria maiorum iudicum quibus imperium competit & proinde eis etiam incarcerandi facultas abnegari non potest. Quod restringo nisi conseruatoriale diploma aliud suadeat vt & nisi casus aliquis occurrat ab hac facultate exemptus, nam tunc si incarcerarent aut manus iniicerent excommunicationis censuram incurrerent vti in materia regularium tradunt Doctores. *Card. Sabarella Clem. frequens in pr. nu. 1. vers. 5. Rota de excessib. prælat. Paulus Fuscus Episcopus Sarnensis in visitatione lib. 2. cap. 20. num. 20. Paulus de Leasaris cap. si clericos de cent excom in 6. Hieron à Sarbo Capucinus in addit ad* Alphons. à Casarubios, *de Priuileg. minorum ordinum* quo fit vt in similibus casibus sit superioribus exemptorum rescribendum, *Paulus Fuscus cap. 20. num. 20. iuxta etiam Bullam Clem 8. editam anno 1595. septimo Kal. Martii apud dictum Alphonsum descriptum de qua nos quoque aliqua superius scripsimus § 5. scolio 59. & seqq. & § 6. scholio 74. & seqq.* 3 4

QVÆSTIO NONAGESIMA OCTAVA.

Quid si non incarcerauerit sed incarcerare conati sint.

S V M M A R I V M.

1. Conatus an sit punibilis.
2. Lex pœnalis non est extendenda.
3. Pœna imposita incarceranti non est infligenda incarcerare volenti.
4. Quid si manus sit iniecta.
5. Dispositum in vno casu censetur etiam dispositum in alio casu illi equiparato.
6. Constitutiones pœnales ex identitate rationis extenduntur.
7. Constitutiones pœnales Pontificum plerumque sunt fauorabiles.
8. Incipiens delictum & non perficiens tenetur ad pœnam delicti.
9. Conatus qualiscumque an sufficiat.
10. Conatus in excommunicationibus incurrendis non sufficit.
11. Priuilegium series est inspicienda.
12. Constitutio Papalis potest excommunicari etiam ob solum conatum.

1 NVlla pœna per legem humanam pro aliquo delicto imposita debet quispiam castigari ob solam voluntatem etiam actu exteriori vel aliquo conatu vel præparatione monstratam nisi in casibus à iure expressis, *cap. cum in cunctis §. fin. de elect. cap. perpetuo eodem tit. in 6. late Nauar. cap. si quis non dicam rapere de pœnit. dist. 1. & in Manuali cap. 27. num. 51. Gregor. Sayrus in floribus decisionum tit. de cent. excom. dec. 76.*

2 Ratio est quia lex pœnalis de vno casu ad alium casum non est extendenda, *cap. pœna vbi late Nauar. de pœnit. dist. 1.* porro aliud est delinquere & delinquere velle vt & aliud est attentare vel incipere illud, seu se ad illud præparare vt proinde pœna imposita incarcerandi non sit imponenda volenti vel incipienti, *Nauar. d. cap. pœna nu. 12.* ideoque solus conatus iniectionis manuum in clericos non inducit excommunicationem quam incurrunt iniicientes manus in clericos,
4 *Nauar. cap. si quis pulsatus nu. 2. de pœnit. dist. 1. fol. 366.* Quam tamen teoriam nonnulli limitant nisi conatus ille abiuisset in actum externum per iniectionem manuum in incarcerandum quia licet incarceratio non fuerit secuta tamen incarcerans seu incarcerari mandans periculum excommunicationis incurrit satis enim
5 est ad excommunicationem sola manus iniectio. *cap. si quis suadente 17. quæst. 4.* Tum quod cum duo casus reperiuntur à iure equiparati dispositum in vno casu etiam si sit pœnalis extenditur ad alium, *glo. cap. si postquam vers. prouisio de elect. in 6. in Clem. 1. verb. Sacerdotum de offic. Vicarij Nauar. cap. pœna nu. 14. de pœnit. dist. 1.*
6 constitutionesque pœnales ex identitate rationis trahuntur de persona ad personam, *late Rom. cons. 429.* & de vno casu ad similem casum prohibitum, *Rom. ibid. per l. libertum §. Senatus ff. de Ritu nupt. l. Senatus ff. de eod. l. filium habeo ff. ad Marced.* Tum quia constitutiones Pontificum pœnales plerumque contineant fauo-
7 rem Ecclesiarum & ideo extendendæ ad solas manuum iniectiones, *cap. sciant*

cunctis

cunctis de elect. in 6. Nauar. d. cap. pœna nu. 9. Gregor. Sayrus de thesauro Theol. Moralis lib. 3. cap. 24. d. cap. si quis suadente.

Tum quod is qui inchoauit delictum sed non perfecit tenetur ad pœnam delicti *Cardinalis Clem. ne in agro §. quia vero nu. 16. de excessib. Prælat.*

Sed in contrarium stant multæ rationes quas adfert Felinus *in tractatu. quando conatus puniatur inserto sub finem decretalium fol. 115.* inter quas est sicuti statuta punientia delicta intelliguntur de consummatis *Barth. l. 1. ff. ad l. Corneliam de Sicarijs.* ita & constitutiones Pontificum imponentes pœnam ipso iure quia ad eam 9 incurrendam qualiscumque conatus non sufficit, *cap. cum in cunctis §. pen. de elect.* 10 *Fel. d. loco nu. 5.* & quidem signanter in excommunicationibus incurrendis in quibus non sufficit conatus nisi concurrat ipsum factum. *Card. cap. præterea requisiti de appel. Nauar vbi supra & in tract. de datis & promissis pro iustitia vel. gratia not. 8.* Itaque ad Bullas & Pontificum constitutiones priuilegiaque exemptionum 11 semper est collineandum, *cap. porro de priuileg.* dudum enim non est quin consti- 12 tutiones ipsum conatum excommunicationum censuris & alijs pœnis à legislatore comminatis coercere possint. *Nauar. de datis & promissis pro iustitia not. 8. in fine.*

QVÆSTIO NONAGESIMA NONA.

Confessores monialium exemptarum an ijsdem exemptionibus & conseruatorijs gaudeant.

SVMMARIVM.

1. *Confessores monialium exemptarum sunt exempti.*
2. *Monasteria monialium exemptarum reguntur ab Episcopo vti S. sedis delegato specialiter sed non temporaliter.*
3. *Mystagogi seu patres monialium eodem quo moniales priuilegio gaudent.*

SAcra congregatio respondit gaudere ordinariosque nullam autoritatem aut 1 iurisdictionem in eiusmodi confessarios seu mystagogos sibi posse vendicare idque ex mente Concilij Tridentini vti refert Ioannes Gallemart. *in declarationibus ad Conc. Tridentinum sess. 25. cap. 19. vel alijs regularibus reguntur de regularibus.* quo loci etiam ex mente Sacræ congregationis refert monasteria monialium S. sedi subiecta regi quidem ab Episcopo vti sanctæ sedis delegato 2 posse spirituali gubernio sed non temporali, Porro mystagogos istos eodem quo 3

tum tempore vbi Abb. & DD. de arbitris, consequens & eiusmodi cautiones iudicij prorogationem inducere non posse, *late Peckius de iure sistendi cap. 15. per tot.* 3

Id ipsum etiam post sententiam latam dicendum est eiusmodi enim cautiones non tollunt exceptiones quæ ex defectu iurisdictionis oriuntur. *Castr. d. l. vir bonius nu. 1. Bald. l. 2. nu. 4. C. de bonis autor. Iud. Possid. Papiensis in sua praxi in forma declinatoria in glo. nec fuisse iudicem nu. 1. Aret. cons. 84. Butr. cap. 1. de re iudic. Alex. l. 1. nu. 6 ff. si quis in ius vocatus non ierit.* 4

Sed an pro indemnitate collitigantis subsistat cautio ? Respondetur non subsistere, *l. cum principalis ff. de Reg. iuris l. si alius ff. quæ res pig. non l. mulierem ad Velleianum Mindanus de continentia causæ l. 3. cap. 22. nu. 9.* iudicio enim existente nullo cautio obligatoria quæ ei adijcitur subsistere non potest. *arg. l. redemptores cum l. seqq. ff. de rei vendic. l. 2. § si quis ff. qui satisd. cogantur Abb. c. 1. in add. ad n. 3. de fideiussoribus Barth. l. cum lex ff. de fideiussoribus*, ita & ab eadem analogia cautionem clerici coram iudice laico præstitam nullam obligationem iurisque effectum producere traditum est. *Iacob. Anton. Martha de iurisdict. inter Ecclesiast. & secularem exercenda par. 4. cent. 3. casu 160. Hier. Grat. cons. 15. n. 30. par. 1. arg. sed si §. nō solum ff. ad. Macedon. l. fideiussor. obligari §. fideiussor. ff. de fideiussoribus.* proinde si exemptus ab eiusmodi iudicium susceptum ob cautiones coram tali iudicio incompetentem præstitus molestatus licebit ei velut asilum sacramque anchoram opem conseruatoris implorare. 5 6

QVÆSTIO CENTESIMA PRIMA.

Quid si exempti adiungant se alteri non exempto cui iudicium coram ordinario motum est cautionesque iudicio sisti & iudicatum solui præstent.

SVMMARIVM.

1. *Duplex est interuentionis species.*
2. *Exemptus fideiussor iudici sisti esse non potest.*

Et hæc quæstio à præcedente dependens quæ hodie mihi proponitur inspectionem habet non contemnendam.

Duplex quippe est adiunctionis seu interuentionis species aut enim exemptus se liti quæ alteri coram ordinaria mota est adiungit quia eius non principaliter interest sed secundario se adiungit quia eius principaliter interest alte-

rius vero qui conuenitur secundaria, inter vtramque adiunctionis seu interuentionis speciem hoc interest quod priori specie primo & principaliter conuentus non desinit esse pars iudicij posteriori vero desinit vti plenæ alio in loco tractaui. *lib. 2. de iurisdict. ord. in exempt. quæst. 36. & 37.* Itaque si in prima adiunctiones specie exemptus satisdet iudicio sisti aut iudicatum solui inanis erit eiusmodi datio quia coram iudice incompetente seu non prorogabili præstita nullius est momenti, exemptus enim fideiussor iudicio sisti esse non potest. *v. lib. 1. quæst. 47. nu.*
2 *1. de iurisdict. ord. in exempt.* vti præcedente quæstione ostendi, si autem in posteriore interuenientionis specie qua exemptus causam ad suum iudicem contrahit eiusmodi cautiones præstet validæ erunt quia coram iudice competente præstitæ obligant & iuris efficaces effectus sortiuntur *tot. tit. ff. iudicatum solui.*

QVÆSTIO CENTESIMA SECVNDA.

Regulares exempti qui in partibus iudices aut conseruatores non habent coram quibus agere vel conueniri possint.

S V M M A R I V M.

1. *Exempti alij sunt clerici sæculares alij regulares.*
2. *Regulares de criminibus exceptis conueniuntur coram ordinario.*
3. *Regulares conueniuntur coram ordinario si illius infringant iurisdictionem vel impingant in casus hic relatos.*
4. *Quid si intra vel extra claustra delinquant.*
5. *Regularium claustralia delicta non spectant ad ordinarium.*
6. *Quid si sunt scandalosa.*
7. *Regularium delicta extra claustrum commissa an subijciantur cognitioni ordinarij & nu. 9.*
8. *Regulares faciendo contra eorum priuilegia non præiudicant superiori.*
10. *Militis S. Ioannis Hierosolimitani etiamsi delinquant extra claustra puniri ab ordinario non possunt.*
11. *Regulares an in causis visitationum subsint ordinario.*
12. *Regulares an subsint ordinario per modum iurisdictionis contentiosa tam agendo quam defendendo.*

Quæstio hæc paulo altius repetenda est & distinctionibus nonnullis explicanda. Exempti enim alij sunt regulares alij clerici sæculares. Quo ad
1 exemptos regulares aut quæstio est de causis criminalibus aut de ciuilibus si de criminalibus quæstio sit videndum est an de criminibus agatur exceptis quale est hæreseos aut alijs similibus notatis per Glos-
2 sam

fam *in cap. volentes verb. instantia de priuileg. in 6. & per glo. in extrauag. inter cunctas §. caueant in verb. supersore de priuileg. & late à me lib. 2. de iurisdict. ord in exempt. quæst. 45. & per totum discursum istius operis*, & tunc coram ordinario poterunt conueniri saluis tamen semper priuilegiis quæ illibata sunt quamdiu de valida eorum reuocatione non apparet. Idem dicendum est si exempti impugnant seu delinquant in Episcoporum iurisdictionem circa ea quæ Episcopis sunt concessa & ab eis prohibita veluti si regulares accedant ad monasteria Episcopis subiecta sine ipsorum expressa licentia ex Bulla felicis recordationis Pij Papæ V. incip. circa apostoralis 4 Kalendas Iunij anno eius primo edita vel audiant confessiones sine facultate eis facta, *Conc. Trid. sess. 23. cap. 15. de Reg.* vel quid committant circa monialium clausuram ipsis Episcopis inuitis, *arg. cap. sanè vbi glo. verb. obedientiam de excessib. Prælatorum & illam Bullam Pij V.* vel vocati ad publicas processiones venire recusant, *Conc. Trid. cap. 13 de regul.* qua de re & ego d. *quæst. 45.* vel quia concedunt monialibus licentiam exeundi à suis monasterijs, *Conc. Trid. sess. 25. de regul. & Bulla d. Pij V.* Vel prædicant scandala & errores in Ecclesijs etiam suorum ordinum, *sess. 25. cap. 2.* vel interdicta & festa per Episcopum priuilegiata in eorum Diœcesibus non obseruant, *sess. 25. cap. 12 de regul.* vel sine eorum licentia verbum Dei publice prædicant, *sess. 25. cap. 12. sess. 24. cap. 4.* vel in instituenda lectione in ipsorum monasterijs negligenter procedunt, *sess. 25. cap. 1.* vel si dimissorias concedant aut ordines conferant subditis sæcularibus, *sess. 7. cap. 10. sess. 23. cap. 10.* Vel si publice legant non facta prius professione fidei coram Episcopo loci, *iuxta bullam felicis recordationis Pij V. edita anno 1564.* vel si in ipsorum Ecclesijs curatis non resideant, *sess. 6. cap. 2. sess. 25. cap. 11.* vel si extendant metas suorum priuilegiorum, *glo. cap. patentibus in verb potius de priuileg.* in his enim & similibus casibus quos ego alio in loco adduxi, *d. tract. d. iurisdict. ord. in exempt lib. 2. quæst. 45.* Episcopus iurisdictionem habet in exemptos nisi priuilegio exemptionis specifice istis & similibus casibus derogaretur quod procedit tam si delinquant intra claustra quem si extra, quia in prædictis Episcopus habet de iure fundatam intentionem supra omnes, *Rota par. 1. diuersæ dec. 78.* At vero si delinquant in alijs casibus iterum est distinguendum. An intra vel extra claustra delinquant. 4

Si intra claustra delinquant de claustralibus delictis nihil pertinet ad Episcopos sed remanent sub iurisdictione & correctione suorum superiorum, *tot tit. de regular.* si vero manendo intra claustra delinquant extra claustra si talia delicta non sunt scandalosa & notoria pariter Episcopus non potest in eos animaduertere, *Conc. Trid. sess. 25. cap. 14. de regul. Ferretus cons. 69. nu. 5. Nauar. in cap. non dicatis 12. quæst. 1. cap. sane de excess. prælat.* Sed si delicta sunt scandalosa aut notoria extra claustra commissa tunc potest Episcopus in eos animaduertere, *Conc. Trid. d. cap.* 5

14. sess.

14. seff. 25. de regul. de instantia autem quam Episcopus obseruare debet hoc in casu videatur fuise Paulus Fuscus Episcopus Sarnensis, *tract. de visitatione lib. 11. & Bulla Boromei Clem. 8. quam ego supra inserui* §. *4. scolia. 54.*

7 Secundo autem casu quando regulares manent extra claustra & tunc aut delinquunt extra ea & ratione loci exempti cognitio spectat ad superiorem regularium, *arg. d. cap. volentes de priuileg. in 6.* aut delinquunt extra ea & iterum subdistinguendum est an maneant extra de superiorum licentia in aliquo membro aut domo appendice monasterij pro religionis seruitio nec non sub regulari obseruantia & pariter iurisdictio pertinebit ad superiorem regularium, *cap. 14. seff. 25. de Regul. in Conc. Trid.* Episcopique officio nihil aliud incumbet quam vt superiori regularium scribat instetque pro punitione, *cap. qui vere 16. quaest. 1. Fel. cap. licet ratione nu. 12. de for. compet. cap. 1.* §. *in eos autem verb. resideant. de Priuileg. in 6.* quia cum superior possit regulari dare licentiam, *Conc. Trid. cap. seff. 25. de Reg.* dictaque loca sunt membra & dependentia à suis monasterijs censeri debent eodem iure & gaudere priuilegijs suorum monasteriorum, *cap. recolentes* §. *caeterum de statu monach. glo. cap. eam te verb. dependeat de aetate & qualitate ord.* & ita hoc in casu censuit sacra congregatio inter resolutiones Portugalenses cuiusmodi ex-
8 emptioni partes non possunt sine Papae licentia renuntiare, *Castrensis cons. 452. nu. 3. lib. 1. cap. cum tempore vbi Abbas & DD. de arbitris*, & si renuntiarent posset eorum superior reuocare omnem eorum confessionem & renuntiationem sicut pater in causa filij & Dominus in causa serui, *Castr. cons. 452. nu. 5. Marchesanus tract. de differentiis sententiarum cap. 23. nu. 42. & ego larius de iurisdict. ord. in exempt. lib. 2. cap. 7. nu 2. & seqq. cap. 31. nu. 7. cap. 4. nu. 8.* aut vero regulares sine supe-
9 riorum licentia manent extra claustra delinquuntque & tunc Episcopus contra eos procedet, *d. cap. volentes Conc. Trid. seff. 25. cap. 4. de Reg. & seff. 6. cap. 3. Bulla Sixti V. 6. Kal. Decemb. 1587. incip. cum de omnibus* § *sed & quia Rota diuers. part. 1.*
10 *dec. 702. nu. 5. vide supra* §. *4. scolio 54.* quod tamen limita non procedere in militibus S. Ioannis Hierosolimitani qui licet sint regulares & maneant ac delinquant extra claustra tamen subsunt eorum magno magistro quemadmodum per Bullam Pij Papae sacra congregatio censuit, *ad cap. 3. seff. 6. Conc. Trid.* Nunc breuiter
11 ad causas regularium ciuiles descendo in ijsque sic distinguo. Aut proceditur per viam visitationis aut ordinariae seu contentiosae iurisdictionis.

Primo casu si regularia loca curam non habent animarum aut sunt capita ordinis vel alia monasteria capitibus immediate subiecta & non subsunt Episcoporũ visitationi, *cap. 11. seff. 25. de Reg.* aut non sunt capita ordinum nec eis immediate subiecta & in eis simul cum cura viget regularis obseruantia & tunc aut cura imminet ipsis domibus & monasterijs principalibus aut membris eis annexis & ab eis dependentibus primo casu procedit, *cap. 11. seff. 25. de reg.* vt possit ab Episcopo

visitari

visitari in eis tantum quæ ad animarum curam pertinent tam quo ad locum curæ deputatum etiamsi sint de militia S. Ioannis Hierosolimitani.

Secundo vero casu vbi cura incumbit annexis vel dependentibus & tunc non solum visitatio sed deputatio Vicarij cum congrua portione ad Episcopum spectabit, *cap. 7. sess. 7. Conc. Trid d. cap. volentes* §. *in eos.*

Si vero in his annexis viget sola cura sed non obseruantia regularis & isto casu siue commendata sint siue non subduntur Episcoporum visitationi & correctioni *per cap. 8. sess. 21.* si vero regularia loca curam non habent animarum & tunc aut in eis non viget regularis obseruantia aut viget.

Primo casu subijciuntur Episcoporum visitationi, *d. sess. 21. cap. 8. in princ.*

Secundo casu vbi viget regularis obseruantia aut agitur de visitatione principalium monasteriorum & in his nihil ad Episcopum spectat, *d. cap. 8. sess. 7.* eodemque iure censentur membra & alia loca principalibus annexa seu ab eis dependentia vti ante dictum est, *d. cap. recolentes.* soluo quod si eorum superiores sunt negligentes in subditorum correctione Episcopus post sex menses potest eorum negligentiam supplere, *d. cap. 8 sess. 21. & Bulla Clem. 8. supra citata.*

Aut agitur contra regulares pro modum ordinariæ seu contentiosæ iurisdictionis seu cognitionis causarum ciuilium & tunc ibi regulares degunt intra monasteria etiamsi certum iudicem deputatum habeant in partibus quo ad causas mercedis & miserabilium personarum non potest regularibus exemptio, *Conc. Trid. sess. 7. cap. 14. de refor. vide supra* §. *2. scolio 27. vbi latius.* aut sunt aliæ causæ & ipsi regulares sunt actores aut rei si rei cognitio causarum pertinebit ad eorum iudicem deputatum quem conseruatorem vocant, *Conc. Trid. cap. 5. sess. 14,* pro vt regularibus concedi solent *iuxta cap. 5.* 13

Si vero sint actores & tunc sequi debent forũ rei nisi aliud in litteris disponatur vti disponitur in exemptione cleri secundarij diœcesis Leodien. qui neq; actiue neque passiue prorogare potest quemadmodum ostendi in tractatu de iurisdiction. ord in exempt. aut regulares non habent certum iudicem in partibus deputatum & tunc conueniri poterunt coram ordinario ad soluendum debita etiam vti sedis Apostolicæ delegato *Conc Trid sess. 7.*

Licet enim textus Conc. Trid. loquatur de regularibus extra monasteria degentibus tamen procedit etiam contra degentes in claustris prout ratio suadet ob quam datur etiam in exorbitantibus a iure extentio late *Nauar. cap. in cap. pœna de pœnit. dist. 1.* Longe magis in fauorem ordinarij cui iurisdictio competit per totam suam diœcesim, *cap omnes Basilicæ 16. quæst. 7. Lapus alleg. 68 in fin. cap. cum Episcopus de offic. ord. in 6.* cum enim ordinarij iurisdictio sit fauorabilis. *lib. 1. de iurisdict in exemptos quæst. 4* fundatamque habeat intentionem suam per totam suam diœcesim quicquid expresse non excipitur censetur ei concessum. *d.*

cap. cum Episcopus cap. generi vbi Dinus de reg. iur. in 6. l. regula vbi Decius ff. eod. tit. absurdumq; esset regulares esse iudices & partes propria in causa. *gloss. d. cap. volentes § in eos autem verb. quantum ad ista de priuileg. in 6.* Signanter vero cum accessus ad Papam est difficilis vti eodem in tractatu ostendi. *lib. 4. quaest. 50 & quaest. 51. Nauar. cap. contingat Remed. 4. numer. 3. vers. & non facilis est ad Papam recursus de Rescriptis.*

QVÆSTIO CENTESIMA TERTIA.

Clerici saeculares exempti qui in partibus iudices aut conseruatores non habent coram quibus experiri aut conueniri possint.

S V M M A R I V M.

1. *Cleri alij sunt proprij, alij suffraganeorum.*
2. *Archiepiscopus quid possit in clericos suffraganeorum.*
3. *Episcopus quid in clericos sua diaecesis etiam exemptos possit tam in criminalibus quam ciuilibus casibus & numero 5.*
4. *Hospitalia sub Regum protectione constituta an subsint Episcopo.*
5. *Conseruator est index exemptorum in causis ciuilibus.*
6. *Exempti non habentes certum iudicem subijciuntur ordinario.*
7. *Concilium Tridentinum si non sit receptum quid iuris.*
8. *Periculum si sit in mora cessant exemptiones.*
9. *Dispositio recipit interpretationem à verisimile mente disponentis.*
10. *Dispositio restringi debet ne quis indebite damnum patiatur.*
11. *Exemptio quae fit alteri damnosa cessat.*
12. *Exempti in prima instantia Romam euocari non possunt.*
13. *Priuilegia sunt reciproca.*
14. *Exempti possunt à suis creditoribus coram conseruatoribus exemptorum conuenire.*

1 CLericorum hic facio duplicem speciem alij enim sunt clerici proprij, alij suffraganeorum. Proprios clericos voco eos qui de iure communi immediate alicui Episcopo aut Archiepiscopo primati Patriarchae subijciuntur de eiusmodi enim proprijs facit quilibet etiam Archiepiscopus prauas aut Patriarcha prout quilibet Episcopus in sua dioecesi. Clerici vero suffraganeorum dicuntur qui sunt in dioecesi immediata alicuius Episcopi ita dicti respectu Archie-

chiepiscoporum Primatum Patriarcharum quibus iure communi certis quibusdam ex causis subiiciuntur. Quod itaque attinet ad Clericos suffraganeorum si Archiepiscopus velit in diœcesi suffraganeorum exercere quædam honoris causa velut celebrare prædicare crucem deferre publice benedicere poterit. *Clem. Archiepiscopo de priuilegijs vbi DD.* Hæc enim & similia quæ magis honorem quam iurisdictionem designant ei permissa sunt. *Vitalinus de præeminentia Archiepiscoporum num. 20. 24. 55.* veluti honorificam cathedram erigere per prouinciam, *gloss. cap. liminosi 18, quæst. 2. late Quaranta de autoritate Archiepiscoporum n. 10. vers. non sunt num. 12. & seqq.* In actu voluntario suis ministris vti iuxta tenorẽ priuilegii. *arg. cap. porro de priuileg.* non poterit tamen oblationes recipere quæ in sua celebratione offeruntur quia eæ ad loci illius rectorem pertinent. *Card. d. Clem. Archiepiscop. in pr. num. 11.* Quod si ex decreto Conc. Trid. *sess. 24. cap. 3.* visitato Prouinciæ ad Archiepiscopum pertineat eo casu posset subditos absoluere. *cap. fin. de censibus in 6.* & alia facere quæ ad visitationem spectant. *d. cap. 3. sess. 24.* Si vero Archiepiscopus procedere vellet per modum iurisdictionis metropoliticæ contra exemptos inuitos tunc nec ordines conferre nec chrismare nec degradare nec processiones indicere nec cathedram erigere nec confessiones audire, nec Ecclesias, nec virgines consecrare, nec subditos eorum absoluere, nec indulgentias concedere poterit *d. Clem. Archiepiscopo vbi etiam gloss. & glo. in cap. si Papa de priuileg. in 6. veluti vbi supra numer. 2. Nauar. cons. 12. de clerico excom. minisir.*

Episcopus autem in propria diœcesi volens vti de iurisdictione in exemptos videat an in criminalibus vel ciuilibus. Si in criminalibus aut Ecclesia eius cathedralis non est exempta & tunc procedet iuxta dispositionem canonicam, *in cap. 4. sess. 6. Concil. Trid.* aut est exempta & procedat iuxta Concil. Trid. *cap. 6 sess. 25. de Reform. Rota diuersorum part. 1. dec. 743. & part. 2. dec. 306. & 308.* Si vero quæstio sit de Ecclesiis aliis inferioribus à cathedrali aut versamur in exemptione personali vt sunt palatini vel regi capellani & tunc aut actu non seruiunt aut seruiũt. Si actu non seruiunt non prodest eis talis exemptio quin teneantur ad residentiam in propriis beneficiis quæ residentiam requirunt. *Concil. Trid. sess. 24. ca. 11.* & in criminalibus cognoscantur ab ordinario *Conc. Trid. sess. 14. cap. 14.* aut actu seruiunt & tunc aut prætendunt exemptionem & residentia beneficiorum & & non possunt etiam vigore Eugenianæ constitutionis, *cap. 1. in fin. sess. 23.* aut sine hac obligatione & possunt, *d. cap. 11. sess. 24.* & in criminalibus cognoscantur à suo iudice & examinentur ab ordinario. Si vero agimus de iurisdictione Episcopi in subditos suos ciuiles & tunc aut procedetur cum eis per viam visitationis aut alia via.

Primo casu si ea Ecclesia est subiecta Episcopo siue sit commendata siue non

vel quomodocumque exempta etiamsi esset hospitale aut alius locus pius poterit eo visitare qua de re vide quæ scripsi alio in loco *de iurisdict. ord. in exempt. li. 1. quæst. 31. lib. 4. quæst. 57. per cap. 8. & 18. sess. 7. cap. 8. sess. 27. cap. 8. sess. 22. cap. 8. sess. 25.*
4 Nisi hospitalia & pia loca essent sub regum immediata protectione *d. cap. 8. sess. 22.* Si vero Ecclesia vel Prælatus non solum essent exempti sed nullius diœcesis & agitur de vocando eum ad Synodum, & tunc aut est Prælatus inferior Episcopo & non cogitur venire ad Synodum. *Nauar. cons. 11. de offic. ord.* aut est Episcopus & tenetur aliquem vicinum metropolitanum eligere semel cuius synodo prouinciali interesse debet & quæ sibi ordinata fuerint obseruare saluis tamen eius priuilegiis & exemptione in aliquis, *Conc. Trid. sess. 24. cap. 2. de Reform.* qua de re vide plenius quæ superius notaui, §. 8. *Scholio 205.* Si vero agatur cum Prælato vel Ecclesia nullius diœcesis & in tali casu visitatio spectabit ad eundem Episcopum cuius Cathedralis Ecclesia non autem ipsa diœcesis est proximior si id constet & possit alioquin ab eo Prælato etiam Sedis Apostolicæ delegato qui semel in Consilio prouinciali electus fuerit. *Conc. Trid. sess. 24 cap. 9. & 10. de Refor.* Sed non propterea Prælatus ille nullius diœcesis vel Ecclesia interim priuabitur aut suspendetur aut aliquo modo impedietur ab exercitio suæ iurisdictionis consuetæ in suos subditos ex congregationis sententia. Quod enim non mutatur stare non prohibetur. *l. præcipimus C. de appell.* Cum vero agitur de cognitione causarum
5 ciuilium via ordinaria & tunc aut isti sæculares Clerici Capitula certum iudicem in partibus deputatum habent quem conseruatorem dicunt & cum eis procedetur sicuti dictum est de regularibus ex vi textus *Concil. Trid. sess. 7. cap. 4.* quod limitatur non procedere in vniuersitatibus & generalibus Collegiis Doctorum & Scholarium necnon in hospitalibus actu hospitalitatem seruantibus. Nam his saluæ sunt exemptiones. *Concil. Trid. sess. 14. cap. 5. de Refor.* in reliquis obseruanda erit forma supra dicta quo ad regulares, *d. cap. 5.* & iuxta formam litterarum conseruatorialium. At vbi isti exempti certum iudicem deputatum non habent tunc quo ad omnes causas in prima instantia subduntur loci ordinarijs.
6 *Conc. Trid. sess. 24. ca. 20.* qua de re videto quæ notaui superius, §. 13 *Scholio 184.* & pro causis matrimonialibus & criminalibus quæ alias erat sub cognitione Decani Archidiaconi vel aliorum inferiorum, *d. cap. 20. §. ad hæc.* nisi huiusmodi inferiores iurisdictionem ordinariam exerceant in spiritualibus & temporalib. in parochijs & in parochianos priuatiue ab immemorali tempore ad Episcopos spectabit *iuxta DD. Clem. diœcesanus de vita & honest. cler.* vel nisi esset de causis quæ apud Sedē Apostolicā sunt tractandæ vel quas Sūmus Rom. Pontifex per speciale rescriptū manu sanctitatis suæ signandū cōmiserit vel auocauerit, *Conc. Trid. c. 20.*
7 Quid autē hac & præcedente quæstione ac etiā in 27. huius materiæ scripsi causas exemptorū carentiū in partibus specialibus cōseruatoriis seu iudicib. subiici quo

ad eorum causas ciuiles ordinarijs id vsu venire potest ijs in locis quibus Conc. Trid. est receptum qua de re fuse scripsi alio in loco, *lib. 1. quæst. 50. de iurisdict. ord. in exempt.* vt & sicuti Conc. Trid. receptum non est cum periculum est in mora 8
vel ad Papam accessus est difficilis multisque alijs similis cathegoriæ casibus quibus tam exemptorum quam etiam eorum quibus cum exemptis negotium est interest causas in partibus vel coram iudicibus exemptorum si qui sint specialiter deputati agitari coram ordinario, *Fel. cap. nonnulli in pr. vers. quod si accessus de Rescript. per Barth. l. mediterranea C. de annonis lib. 10.* qua de re ego etiam quæ hactenus scripsi non statui hic repetere, *lib. 2. quæst. 45. & lib. 4. quæst. 50. & 57.*

Fundaturque hæc conclusio optima iuris ratione sicuti enim omnis dispositio siue legatis siue testamentaria siue statutoria aut priuilegiaria interpretanda 9
semper est prout verisimile est disponentem aut eximentem responsurum si interrogatus fuisset, *Rota nouissima dec. 333. nu. 12. par. 1. Gabrielius com. concl. lib. 6. de Reg. iuris concl. 10.* ita & Pontifex exemptionum concedens si interrogatus. Num exemptos subiecisset similibus in casibus exceptis sub ordinariorum iurisdictione respondisset confirmatur quia dispositiones legum & hominum æquiparantur, *l. si testamento l. fin. ff. de vulg. & pup. l. non impossibile ff. de pactis Matthæus Gribalibus tract. de ratione studendi in iure lib. 1. cap. 18.*

Cum autem omnis dispositio tam legis quam hominis restringenda sit ne 10
quis indebite damnum patiatur, *l. 1. C. de noxal. act. 1. l. quoties C. de præcil. nuper offer. Rebuff. ad const. Reg. tit. de rescriptis nu. 165. Fel. cap. 2. de rescriptis*, sit vt restringendæ sint hæ exemptiones in casu quo exempti non habeant certos speciales iudices in partibus debutatos vt certis in casibus coram ordinario possint conueniri, *vide supra §. 2. scholio 27.*

Denique quando exemptio fit damnosa & alteri præiudicialis amitti solet *cap.* 11
suggestum de decimis cap. si quid per de verb. sig. Abbas cum sua Apost. d. cap. suggestum & in cap. per nouale de verb. sig. DD. l. ex facto ff. de vulg. & pup. & scripsi lib. 3. quæst. 29. de iurisdict. ord. in exempt. fieret autem exemptio damnosa & ipsis exemptis & ijs quibus cum exemptis in prima instantia experiendum est si statim in Romana curia magno sumptu experiri deberent aut etiam cogerentur sæpe ob leue & exiguum debitũ impetrare rescripta ad lites maiore sumptu sæpe quam res ipsa sit de qua esse potest quæstio. *Fel. cap. nonnulli in princ. vers. nisi partes grauarentur de rescriptis.* vti alio in loco ostendi, *lib. 4. quæst. 87.* hincque factum est vt speciali 12
priuilegio tam in Hispanijs Francia quam belgio exempti in prima instantia Romam euocari non possint sed coram proprijs in patria iudicibus quales solent esse eorundem conseruatores debeant conueniri, *vide supra § 113. scholio 184.* Proinde cum priuilegia soleant esse reciproca detürque in eis retortio, *l. 3. vbi DD. ff. quod* 12
quisque iuris & DD. supra citati, consequens est vt quemadmodum exempti suos

 debito-

debitores coram suis conseruatoribus conueniri possint ita & ipsos posse à suis
14 creditoribus coram eisdem conseruatoribus conueniri, *d.l.3.vbi glo.& DD.* Et quidem ita concludit Petrus Loriotus *in apicibus iuris tract. de priuilegijs impetrati retortione*, in hæc verba. Puto igitur te contra me si postulaui priuilegia vti etiamsi non vtar, *l.fin. vers.quoniam C.de fructibus & litium expensis l.1.§.sed & si agant ff. de iudicijs*. In dubio autem ad sui postulationem aliquis priuilegium habere præsumetur *cap.si metu de prab.in 6.* nisi bis concessum esset, § *deinde competens auth. de mandatis principum.* secunda enim concessio si de prima mentionem faciat. *Bald. l.C.de petition.bon.sublatis.* clausulæ ex certa scientia æquipollet. §. *Et hoc vero iubemus Auth.vt nulli iudicum*, quæ clausula eum effectum habet quem habet principis concessio proprio motu facta, *glo.verb.litterarum in fin.in cap.statutum de Rescript.in 6.* Item si benemerita processerunt ex his præsumatur priuilegium proprio concedentis motu concessum, *l.si vero non §.idem Pap.ff.mandati.* sicut & quando illud per legis aut statuti modum concessum, *l.si vero non §.idem Pap. ff.mandati.* sicut & quando illud per legis aut statuti modum concessum esset, *glo. auth.actiones C.de sacros Eccles.* Ita ille.

QVÆSTIO OCTVAGESIMA QVARTA.

Conseruatores an cognoscere possint in prima instantia non obstante dispositione Conc. Trid. sess.24.cap.20.de Refor.

SVMMARIVM.

1. Conseruatores cognoscunt in prima instantia.
2. Explicatio Conc. Trid. sess.24.cap.20. de Refor.
3. Conc. Trid. loquens de ordinarijs intelligendum est de quibuslibet.
4. Ius antiquum non censetur sublatum nisi quatenus in nouo exprimitur.
5. Reditio ad ius commune est fauorabilis.
6. Quando tollitur ius alicui ex priuilegio quæsitum reditio ad ius commune non est fauorabilis.

1 Conseruatores in prima instantia posse cognoscere quia ordinariorum iure
2 censentur ostendi superius, *quæst.3.& 4.* Idque non obstante, *Conc.Trid. sess.24.cap.20.de Refor.* disponente omnes causas in prima instantia tractari debere coram locorum ordinarijs. Nam vt notanter ostendit Gregorius Sayrus *in floribus decisionum lib.1.tit.17 de offic.del.dec.1. & 2.& ante eum Martinus Nauar.cons.1.de offic.del.& latius cons.9 de priuilegijs*, articulis ille Conc. Trid. non derogat

rogat conseruatoribus qui diplomate conseruatoriali aut consuetudine vel præscriptione ad vniuersitatem causarum deputati ordinariam iurisdictionem acquisiuerunt quales sunt conseruatores vniuersitatum regularium aut collegiorum seu locorum piorum, *Farinac.in declarationibus Conc.Trid.ad sess.14 c.5.Gregor Sayr.d.loco lib.2.tit de foro compet.de.2.* Concilium enim Tridentinum generaliter de ordinarijs loquens de quibuslibet speciei ordinarijs intelligendum est 3
quippe quod genus proprie de qualibet eius specie soleat prædicari; *Bald.l.2.C. de iure aureorum annulorum Greg.Sayrus d.loco & late etiam Nauar. hic laudatus.*
Denique ius antiquum non censetur sublatum nec ab ipso recessum nisi quatenus exprimitur in nouo. *Nauar.cons.17.nu. 4. de sponsalib.* Iuxta illud quod non 4
mutatur cur stare prohibetur, *l.præcipimus C.de appell. l.sancimus C.de testam.* Idque non obstante quod reditio ad ius commune sit fauorabilis & extendenda. 5
Quando enim tollitur alicui ius ex priuilegio quæsitum reditio ad ius non dicitur fauorabilis Neuisan. *in silua nupt.lib. 6. num. 26. Farin. cent. 7. dec. 11. num. 22 fol. 9.* 6

QVÆSTIO CENTESIMA QVINTA.

Exempti an causas contra eorum fideiussores coram ordinarijs fideiussorum iudicibus motas ad suum conseruatorem possint recurrere.

SVMMARIVM.

1 *Exemptorum priuilegia ad fideiussores eorum non extenduntur.*

2 *Scholares non possunt causas fideiussoribus eorum motas ad conseruatorem scholarium reuocare.*

3 *Partes quando sunt diuersi fori non attenditur continentia causæ.*

4 *Inhibitio emanata in fauorem principalis fideiussori eius prodesse non potest.*

Breuiter respondeo non posse. Ratio est quia exemptorum priuilegia sunt personalia quæ eorum personas egredi & ad eorum fideiussores extendi non possunt, *glo.§ fin.instit.de replicat.cap.priuilegium personale de Reg.iur. in 6. Rom.cons.633. Abbas cap.ei rescripto nu.2.de iureiur.l.exceptiones quæ personæ ff.de fideiussor.nu.284. Mindanus tract.de continentia causæ lib.3. cap. 22. num. 10.Spec.de comp.iud.edit.§.1.nu.29.vers.sed pone.* 1

Hinc D.Ioannes VVamesius respondit scholares prætextu suarum exemptionum cau- 2

num causas aduersus eorum fideiussores coram fideiussorum iudicibus ordinarijs intentatas ad eorum conseruatores reuocare non posse, *VVames cons.357.nu.3.de fideiussor.tom.2.* id ipsumque confirmat, *Rebuffus de priuilegijs scholarum priuilegio 152.num.4. Hippolitus de Marsilijs de fideiussoribus quaest.42.num.284. Speculator de compet.iudicis additione §.1.nu.16.vers sed pone clericum Baldus in Rubr. tit.de priuilegijs domus augustae lib.12. Aufrerius de potestate saeculari Reg.4.nu.16. Romanus d.conc.633.* idque quia exceptiones vt & exemptiones in personam conceptae personales sunt & personam egredi non possunt, *DD.iam citati l.idem in duobus §.personale ff.de pactis d.l exceptiones quae personae & Hippolitus d.n.284.* Quae quidem licet passim scripta sint de scholarum clericorumque exemptione id ipsum tamen ob fori analogiam in his de quibus tractamus exemptis respondendum est, *scripsi lib.1.de iurisdict.ord.in exempt.quaest.45.* quadrantque ea quae in eodem tractatu conscripsi, *lib.quaest.47 lib.2.quaest.4.nu.14.lib.2.quaest.36. & 37.* neque huic conclusioni refragari potest quod exempti tenebuntur suis fideiussoribus qui condemnari solent actione mandati quia in fori sortitione id non est in consideratione, *VVames.d.cons 357 n.3.* lex enim ex hac sequela non solet facere eum iudicem qui alioquin esse non potest, *Caballinus de enictionibus §.3. quaest. 4.num. 130 scripsi lib.1.quaest.38.de iurisdict.ord.in exempt.* Vt nec obstare potest causae cohaerentia aut connexitas quae est inter exemptum & eius fideiussorem. Quia exemptus & fideiussor sunt diuersi fori.

3 Quando autem partes sunt diuersi fori causae continentia non attenditur, *Capicinus dec 122 nu.5.fol 174. late Mindanus tract.de continentia causae tit. 3. per tot. signanter art.7 fol.23. Menoch.de arbitr.iudicum casu 371.nu.21. Iason.l.nulli num.6.*
4 *C.de iudicijs.* Cum ne quidem inhibitio emanata in fauorem principalis eius fideiussori prodesse non possit nec ad eum extendi, *late Vincentius Carosius de remedijs aduersus praeiudiciales & damnosas executiones exceptione 44 nu.232.& sequentibus Bald.l.1.in fine C.de diuersis rescriptis per l.creditor.ff.mandati.*

QVAESTIO CENTESIMA SEXTA.

Conseruatores ordinis Franciscanorum de obseruantia certae Prouinciae an in actione debiti ciuiles tam proprio exemptorum nomine quam suorum correorum inhibere possit ordinario ne cognoscat.

SVMMARIVM.

1. *Casus huius quæstionis.*
2. *Pater Guardianus potest stipulari pro monialibus.*
3. *An fideiussor possit accedere obligationi monachi.*
4. *Iudicandum secundum tenorem priuilegiorum.*
5. *Exemptio concessa Religiosis an extendatur ad Religiosas.*
6. *Quid sit dieta.*
7. *Mensuratio dietarum qualis sit.*
8. *Duplex species dietarum.*
9. *Dieta an computari debeat à loco domicilij vel à fine Diœcesis.*
10. *Conseruatoriæ sunt quantum fieri potest ad ius scriptum referenda.*
11. *Mens debet præponderare verbis.*
12. *Quæ sit vis clausulæ non obstante constitutione Bonifacij Papæ de vna & in Concilio generali de duabus dietis edita.*
13. *Dieta metificandæ ex opinione vulgari.*
14. *Gratiæ Pontificiæ sunt ad sensum communem reducendæ.*
15. *Quid si ætas aut conditio personæ non possit respondere vulgari mensuræ.*
16. *Quid si vocatus vltra dietas legitimas non excipiat.*
17. *Sorores annuntiatæ num possint ciuem Leodiensem euocare coram conseruatore Luxemburgensi.*
18. *Non licet adire conseruatorem remotiorem postposito propinquori.*
19. *Fideiussor an gaudeat exemptione principalis.*
20. *An non obstante inhibitione conseruatoris Luxemburgensis fideiussor possit coram suo indice conueniri.*
21. *Inhibitio facta ad instantiam principalis non prodest illius fideiussori.*
22. *In omni inhibitione insuit clausula quatenus de iure licet.*
23. *Stante fori diuersitate continentia causæ non iuuat.*
24. *Priuilegium consortis non extenditur ad consortem.*

LOco præludij libuit præmittere hypothesim mihi à M. Philippo VVesio procuratore causarum vigilantissimo propositam quæ occasionem dedit huic examini.

Nuper Moniales Annunciatæ B. Virginis ordinis sancti Francisci in emphiteosim perpetuam acceperũt ab Anna le Cock latifundium eius in ciuitate Leodiensi in cœnobium istius ordinis conuertendum sub annuo reditu quingentorum & tredecim florenorum monetæ Brabantiæ rituque patrio (quia vt moniales illæ annunciatæ & Pater Petrus Oranus Guardianus Franciscanorum Leodiensium qui pro eis vna cum duobus ciuibus ei adhibitis autoratus à Prouinciali ordinis stipulabatur inopes erant) Natalis de Robermon ciuis Leodiensis constituit contrapignus consuetudinarium hoc est pro quolibet octauo denario

dictæ pensionis annuæ 513. florenorum vnum florenum super suis bonis subijciens pro immolatione & obseruatione huius emphiteosis sua omnia bona iuxta Patria mores hypothecæ eaque de re expediuntur solemni ritu legis opere scabinales, tandem annunciatæ mutato concilio cœnobij construendi emphiteuseos acceptæ pœnitent & patriam Leodiensem deserunt Anna autem transportatrix sui iuris & emphiteuseos factæ tenax vocauit in ius coram iudice ordinario Patriæ Leodiensis annunciatos citando eas per edictum seu quia latitabant ad valuas & d. Natalem contrapignoris promissorem in personam qui litem contestatus est, eamque ad causæ conclusionem vsque perduxit annunciatæ autem contendentes se ab omni iurisdictione ordinaria exemptos recurrunt ad Abbatem monasterij Beatæ Virginis Luxemburgensis obtinent ab eo mandata inhibitorialia hoc prætextu quod ordinarius Iudex Diœcesis Leodien. de hac causa & quæstione tam ipsas quam dictum natalem eorum consortem concernente cognoscere non possit. Ex hac facti quæstione publicarunt aliquot quæstiones quibus laconice respondi.

Prima, Num Pater Guardianus poterit pro sororibus anunciatis stipulari & lati fundium hoc eis emphitesim acquirere.

Secunda, Num obligatio Natalis qui pro contra pignore bona sua hypothecauit subsistat.

Tertia, An Abbas monasterij Beatæ Mariæ Luxemburgensis sit conseruator annunciatarum.

Quarta, Si sit an citare potuerit Luxemburgum ciuitatis Leodiensis ciuem duabus inde vel tribus dietis distantem.

Quinta, An Natalis qui pro contra pignore principaliter se obligauit gaudeant exemptione & continentia causæ quam annunciatæ mouerunt coram d. Abbate S. Mariæ Luxemburgens. ciuitatis.

Sexta, Num inhibitione Abbatis non obstante procedi possit in causa aduersum dictum Natalem.

Septima, an ordinarius iudex Natalis de validitate eiusdem inhibitionis possit cognoscere.

Primæ quæstioni respondi subsistere stipulationis Patris Guardiani acquirentis & stipulantis nomine sororum anunciatarum quia Monachi solent seruis æquiparari, *Nauar. d. Regul. com. 2. num. 62.* quorum stipulatione obligatio Ecclesiæ acquiri potest vti de monachis respondit *Dominus VVamesius cons. 463. n. 4. de Regul tom. 2. l. placet ff. de acqu. hered. l. possessio §. 1. ff. d. acq poss. cap. cum monasterium de statu monacho. Socin. Senior cons. 10. numer. 2 vol. 1. § item vobis institut. Per quas personas,* signanter in fauorem Ecclesiæ *l. generali C. de sacros Eccles. Nauar. d. num. 62. & seqq.*

Secun-

Secundæ quæstioni respondi licet perplexa sit quæstio non obligationi monachi possit accedere fideiussor. *late Nauar. de regular. com. 2. numer. 42. vsque ad fin. Abb cons. 104. part. 1. sibi contrarius in cap. ex rescripto de iureiurando*, subsistere obligationem Natalis. Tum quod alienæ obligationi possit accedere fideiussor. *tot. tit. C. & ff. de fideiuss.* vt & constitutioni qui pro alio se quid soluturum aut facturum promittit, *ff. de const. it* per etiamsi in duriorem causam principalis secundum distinctionem, *Pauli Castrensis in l. greca §. illud ff. de fideiussorib.* Tum quod deficiente etiam principali obligatione eaque etiam irrita & non subsistente dari non possit & promissor qui principaliter obligatur. *Bald. l. cum vltra C. de fideiussor. Ang. l. 5 §. stipulatio ff. de verb. oblig. gloss. marg. ad l. & eleganter §. seruus ff. de dolo auth. de fideiussoribus §. 1. & d. l. 5. §. satis acceptio. Mohedanus dec. 2. de fideiussor. Lud. Rom. l. stipulationum § stipulatio num. 6. ff. de verb. obligat.* imo etiam fideiussor. *l. Marcellus de fideiussor. Mendanus de continentia causa cap. 22. numer. 8. Paris. cons. 16. num. 111. vol. 2.* cuius pignora & hypothecæ adeo efficaciter obligentur. *l. si alius ff. qua res pign. oblig. possint l. & si 16. C. de pradÿs minor. l. 1. & 2. C. de fideiuss. Minorum Castr. l. cum lex in fine vbi DD. ff. de fideiuss.* vt exceptionibus personæ competentibus pro qua ex promittit aut fide iubet se tueri non possit. *l. Marcellus vbi Castr. de fideiussorib. d. l si 16. & d. l. 1. & 2. C. de fideiussorib. minorum hippolit. de fideiussor. n. 270. late apost. ad Abbatem d. c. ex rescripto.*

Tertia quæstio in facto consistit de quo iurisconsultus non respondet, *l. vt responsum C. de transact. Nauar. in Manuali cap. 27 num. 250. vers. 5. dico in fine*, pendet itaque huius diiudicatio ex tenore priuilegiorum & diplomate conseruatoriali ad quod semper vti ad scopum est collineandum. *cap. porro de priuilegÿs.* Sed 4
an exemptio vel conseruatoria concessa Fratribus S. Francisci extendatur etiam 5
ad eiusmodi ordinis sorores seu religiosas. Respondetur non extendi vti de sororibus S. Claræ respondit Baldus. Quia masculinum in priuilegÿs non comprehendit fœmininum latius scripsi *libr. 1. de iurisdict. ordin. in exempt. quæst. 17. numero 27.*

6 Quartæ quæstionis decisio dependet partim à cognitione dietarum hoc est ex diuersione itineris vnius diei *Cotta de memor. verb. dieta*, partim à quæstione num conseruator in loco remotiori possit adiri postposito conseruatore residente in loco propinquiore & commodiore partibus. Quo ad prius si conseruatores iurisscripti consideremus ij neminem euocare vltra vnam à diœcesi dietam possunt. *c. fin. §. conseruatore de offic. del. in 6.*

7 Porro in mensuratione dietarum non vsque adeo Doctores conueniunt vti videre est apud *Innoc. Abbatem, Felinum Compostellanam & alios in cap. nonnulli cum cap. seqq. de rescriptis, Specul. de citatione §. contra citationem num. 1. & seqq.* Vt multa quæ à Doctoribus explicantur in pauca conferam. Duplex notanda est

Mm 2 spe-

deputati. *d.l.fin.§.conseruatores, VVames.cons.50.numero 1.de pactis vol. 1.* An autem id ipsum sit in conseruatorijs quas scripsi initio quæstio. prima esse anormes siue heteroclitas, id est, contra seu prætor iuris communis regulas & dispositionem institutas pendet à diplomate conseruatoriali illiusque examine & trutina.

Et quidem videtur quia dispositiones rescripta & concessiones Pontificum 10
sunt quantum fieri potest ad dispositionem iuris communis reducendæ cap.causam quæ de rescriptis, *l.si quando C.de in off.testam. l. etiamsi ius ff. de bonis libert. Rom.cons.334. Abb.in rubr.de rescriptis num.3.* idque etiam si verba gratiæ Pontificiæ aut priuilegiorum deberent impropriari, *d.cap.super eo de off.del.Rom.d.cons. 334.* quod tamen restringitur nisi ex tenore diplomatis conseruatorialis constaret de alia mente seu voluntate Pontificis. *Felin.d cap.causam quæ num.9.Lancelot.de attentatis part.2.cap.20. limit. 11.num 2. Antonius de Milis in suo repertorio verb.rescripta sunt stricti iuris.* Mens enim præponderat verba & proprietati sermonis, *cap.intelligentia cap præterea vbi gloss.& DD.de verb.sig.late Tiraq.l.si vnquam verba libertis num.40.C.de reu.donat.* Sicuti autem verba rescripti ab alijs eiusmodi rescripti verbis explicationem interpretationemque accipiunt. *cap. ex ore de priuilegiis, cap.secundo requiris d.appell.cap.inquisitione eodem titul. Roman. cons.334.* ita & Pontificis mens à præcedentibus subsequentibus consuetudine loci personæ dignitate charitate necessitudine est colligenda. *Alciat. libr.secundo de verbo signific.vers.cæterum illud est colligendum l.heres palam in fin. vbi gloss de leg.1.* cuius quidem mente (*vt cum Quintiliano d. clam.311. loquar*) cum nihil potentius esse apud nos nihil sacratius animo nostro esse debeat debemus cum in dubio versamur ob mentis & verborum repugnantiam menti potius amplecti sensum quam verborum seu menti potius quam verbo adhærere, *l.talem in fin. ff. de hered.instit.l.nominis & rei §.verbum ff.de verb.sig.* idque nisi mens dubio sit non verba. *Menoch. libr. tertio præs. 104. numero trigesimo secundo, l. non aliter ff.de leg. 3. late Tiraquel. l. si. vnquam verb. libertis numero quinto, de reuoc. don.*

Sed ne quidem tunc nimis anxie. Nam cum verborum proprietatem nimis attendimus sensum veritatis amittimus, *cap.intelligentia, cap præterea de verb. sig.Guido sing.243.* Nam vt recte Cicero pro Cecinna scriptum reliquit scriptum sequi calumniatoris est vero boni iudicis voluntatem scriptoris autoritatemque defendere non enim ex verbis pendet ius sed verba seruiunt hominum consilijs & autoritatibus. Nec verba veniunt in iudicium sed ea res cuius causa verba in leges coniecta sunt. Et quidem hæc est Ciceronis, (*quem Tiraq.de Retr.cons.§.20. glo.vno n.10.* Iurisprudentissimum & in decisionibus causarum laudandum dicit) censura quod ego nisi breuitati studerem prolixius possem confirmare si opus

 sit.

sit. videri poterit *Tiraquel.* qui suo more hac in disquisitione profusus est, *ad l. si vnquam verb. libertus nu.5. & nu.39.* cum seqq. quibus in locis argumenta huic inde contrariantia adducit, *C. de reuoc. donat.*

12 Quæritur 2. Quid si conseruatoriæ adijciatur clausula hæc frequens non obstantibus Bonifacij Papæ de vna & in Concilio generali de duabus dietis edita dummodo non vltra tres aliquis vigore præsentium non trahatur, *Bonifacius VIII.* prohibuit partes trahi in ius vltra vnam dietam, *in cap. fin. de offic. del. in 6.* Conciliumque generale idem vetauit ne vltra duas dietas, *in cap. nonnulli de rescript. cap. ex parte B. nu. 9. de foro comp. cap. olim de arbitris.* Idque ne rei laboribus & expensis fatigati liti cedere vel importunitatem actoris redimere compellantur non debent enim inde nasci iniuriæ vnde iura oriuntur, *l. meminerint C. vnde vi cap. qualiter & quando de accusat. glo. d. cap. nonnulli,* idque nisi Pontifex eiusmodi constitutionibus vti quandoque solet derogauerit, *Emanuel Roderic. quæst. regul. tom. 1. quæst. 65 art. 6.* dubitatur itaque quid si Pontifex derogauerit constitutionibus de vna & duabus dietis dummodo non vltra tres dietas partes euocen-

13 tur qualiter eiusmodi tertia dieta erit computanda. Respondeo tertiam dietam computatam ad instar primæ & secundæ dietæ quas iura volunt interpretationem sumere à mensura sensuque vulgari & opinione hominum communi, *l. Labeo. ff. de sup. leg. cap. ex litteris de sponsalib. glo. d. cap. nonnulli verb. dieta, Barth.*

14 *Castr. Iason. & DD. l. 1. ff. si quis cautioni.* Gratiæ enim & rescripta Pontificum quantum fieri potest sunt ad sensum communem reducenda *cap. causa quæ de rescriptis l. si quando C. de in offic. test. Rom. cons. 334. l. labeo ff. de sup. leg.* priuilegiaque sunt strictissime ne tertio præiudicent interpretanda, *Fel. cap. causam quæ nu. 10. de Rescriptis fol. 107.*

15 Quæritur tertio. Quid si conditio litigantis sit quæ vulgares illas dietas conficere non possit videlicet si ætas sexus aut morbus vel aliud tale impedimentum obstet. Respondeo totum id ab arbitrio iudicis dependere, *Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 1. casu 2. & casu 206. l. continuus §. cum ita ff. de verb. oblig. l. de die. ff. qui satisdare cogantur cap. sapientes de elect. in 6.* qui studere debet ne partes laboribus, & expensis fatigentur quod nisi iudex etiam ordinarius faciat causamque partium remotius habitantium deleget appellandi ansam præbet partibus id postulantibus vti late probat Corsetus, *tractatu de minimis par. 1. num. 10. & 11.*

16 Quæritur. 4. Quid si euocatus vltra duas dietas aut contra rescripti formam nõ excipiat se ad remotiorem locum contra iuris dispositionem euocari an censebitur ita prorogasse vt postea non liceat ei excipere. sunt pugnantes sententiæ vti videre est apud *Doctores de nonnullis & d. cap. dilectus spec. de compet. iud. additio §. 1. nu. 5.* Tutius tamen est vt citatus vltra duas dietas compareat allegaturus hanc exceptionem, *l. si quis ex aliena ff. de iudicijs spec. de comp. iud. edit. §. 1. nu. 1.*

Quo

Quo autem ad secundum quartæ quæstionis membrum, Num sorores annunciatæ possunt euocare ciuem Leodiensem coram Abbate Luxemburgensi conseruatore ab eis electo. Respondi non posse. *Ancharanus cap. cum te de officio delegati Abbas & DD. cap. sane de foro comp. l. cum post. C. de appellat.* 17

Ratio prima desumi posset ex dimensione itineris Luxemburgensis quod asperum est difficile excedensque dietas tres conseruatoriæ adscriptas signanter si conditionem & sexum viduæ annosæ quæ ad eum locum euocatur consideremus vti iam in quæstione tertia sub alterna ostendi.

Ratio secunda quia Pontifex non designat nominatim Dominum Abbatem Luxumburgensem pro conseruatore Franciscanorum sed indefinite Abbates seu Prælatos non restringendo Prælaturas seu Abbatialitatis illas dignitates ad aliquam Diœcesim aut Prouinciam. Quo fit vt Sorores annunciatæ eligendo illum Abbatem Luxemburgensem loci tam dissiti à ciuitate Leodiensi in conseruatorem seu iudicem huius causæ postpositis alijs Abbatibus aut Prælatis vicinioribus tam ciuitate Leodien. quam cœnobijs Sororum annunciatarum eidem ciuitati Leodiensi etiam longe vicinioribus repelli possint exceptione loci nimis remoti non modo quod tribus à ciuitate Leodiensi & amplius distet, sed quod maiori tam sororū annunciatarum quā Annæ quæ euocatur cōpendio iudex seu conseruator quispiam alius seu Leodij vbi abundat copia Abbatum seu Prælatorum vel vicinioribus locis inueniri ac deligi potuisset vti ego superius probaui, *quæst. 12.* nolens ibi dicta hic repetere. Et hæc sententia etiam congruit menti Pontificis cuius dispositiones ita semper intelligendæ sunt & temperandæ vt ex eis damnum alteri non inferatur, *l. Sarlinus Arrist o. ff. de leg. præst. Hier. Grat. cons. 2. nu. 46. par. 1.* bonique iudicis est talem æquitatem sibi præ oculis ponere, *l. quod si ephesi §. fin. ff. de eo quod certo loco.* Nam vt inquit Vlpianus, *l. at si quis §. idem labor. ff. de religios. & sump. funerunt.* Generaliter iudex iustus non meram negotiorum gestorū actionem imitari sed solicitus æquitatem sequi debet cum hoc ei & actionis natura indulgeat mens enim *inquit ibid. Glossa.* potius quam verba constitutionis sequenda est, *glo. d. §. idem Labeo l. quam ius ff. de in ius vocando.* 18

Quintæ principali quæstioni respondetur Natalem non gaudere exemptione annunciatarum. 19

Tum quia principaliter est obligatus. Tum quia hic versamur in obligatione diuidua in qua socius non gaudet priuilegio consortis, *dixi lib. 1. quæst. 26. num. 11. & 12. de iurisdict. ord. in exemptos VVames. cons. 40. nu 5 de offic. deleg. vol. 1. per l. 1. C si in eum eademque caus. l. ex pluribus de arb. iud.* Tum quia debitor causam sui fideiussoris ad suum iudicem Priuilegiatum auocari non potest vti latius probaui *superius quæst. 105 adde Rebuffum de priuilegijs scholarium priuilegio 152. num. 4.* Tum quia sicuti laicus fideiussor clerici non potest declinare forum iudicis laici.

Martha

Martha.de iurisd.inter Eccles. & secular.exerc.cons.106.nu.1. Spec.de comp.iud.addit.§.1.n.26.Rom.cons.633. quia exceptio declinatoria competens principali non competit fideiussori, *l.si reus ff.iud.solui l.sed & si §.1.ff.de iud. Aufr. de pot.sec.cap. Eccles.Reg.4.foll.22.* ita & analogia fori non modo in fideiussoribus exemptorum sed etiam in ijs qui pro eis se principaliter obligarunt.

20 Sextæ quæstioni respondeo inhibitione non obstante procedi posse in iudicio iam cepto, aduersus Natalem.

Primo quia inhibitio Abbatis in præiudicum litis coram ordinario aduersus Natalem pendentis non est Canonica sed friuola & magis consequenterque non ligat, *Lancel.de attentatis par.2.cap.20.limit.1.nu.3.& 10.*

21 Secundo quia inhibitio facta ad instantiam vel fauorem principalis non prodest eius fideiussori nec è contra. *Lancelot.d.cap.20.limit.6.nu.2.& seqq. & dixi supra quæst.105. Vincentius Carocius de remedijs aduersus sentent. & execut.præiudiciales except.44.num.232.& seqq.*

Tertio quia sorores annunciatæ respectu Natalis sunt personæ separatæ & alter alterius censeri debet tertius cuius inhibitio alteri nocere non potest. *Lancel. de attentatis cap.3.de attentatis à tertio, & d.Limit.6.nu.3.l.creditor vbi DD.ff.mandati August. Bero.familiarum quæst.77.num.8.*

22 Quarto in omnis inhibitione influit tacite clausula conditionalis si de iure fieri potest. *Bero.cons.85.nu.23.lib.3. Lancel.d.cap.20.declar.5.* commissio autem vel inhibitio conditionalis non operatur attentata. *Lancel.d.cap.2.limit.31.* signanter in præiudicium d.natalis cui conseruator vti prædictum est in præiudicium litis pendentis inhibere non potuit.

Quinto sorores annuntiatæ & Natalis qui se pro eis principaliter obligauit
23 sunt diuersi fori. Quando autem inter consortes & collitigantes reperitur fori distinctio continentia fori suffraganei non potest. *Capicius de 122.nu.5.late Mindanus de continen. causæ tit.3 signanter nu.7.Menoch.de arbit.iudic.casu 371.n.21.Iason.l.nulli nu.6.C.de iudicijs & ego supra quæst.105.*

24 Sexto priuilegium annunciatarum extendi nequit ad d. Natalem quia priuilegium vnius consortis alteri consorti prodesse non potest. *VVames.d.cons.40. nu.5.l.ex pluribus de adm.tit.d.l.1.C.si in com.eademque causa.*

QVÆSTIO CENTESIMA SEPTIMA.

Exempti ratione congruæ portionis conuerti coram ordinario an recurrere possint ad conseruatorem.

SVM-

SVMMARIVM.

1. *Magnus est congruæ portionis fauor.*
2. *Exempti pro congrua portione possunt coram ordinario conueniri.*
3. *Proinde est an quis coram Papa vel eius delegato conueniatur.*
4. *Delegatus gerit vices Papæ.*
5. *Ordinarius multo potest aduersus exemptos delegata autoritate quæ ordinaria non potest.*

Congruæ portionis magnus est fauor transit enim aduersus quosuis decimarum possessores tam Ecclesiasticos quam laicos, *Rebuff. tract. de congrua portione nu. 48.* adeoque etiam bonorum exemptorum possessores. *VVames. cons. 452. nu. 9. de decimis tom. 2.* sed an tantus sit fauor vt exempti possint pro congrua portione conueniri coram ordinario nunc est quæstio. Et paucis respondetur posse non modo ita dictante dispositione iuris scripti, *cap. Monach. de præbendis cap. 1. de suppl. neglig. prælat. cap. 1. de præb. in 6. Clem. 1. de iure patr. cap. 1. §. vbi autem de decimis in 6. VVames. cons. 452. nu. 1. scripsi lib. 1. quæst. 45. nu. 88. lib. 4. quæst. 48. de iurisdict. ord. in exempt. sed & Conc. Trid. dispositione sess. 6 cap. 2. de refor. sess. 24. cap. 5. & cap. 13 vers. in parochialibus de refor.* idque etiam tanquam à S. sede delegato vt certe non possint exempti conqueri quod iure exemptionum per reditionem ad ordinarij iurisdictionem derogetur. Delegatio enim ista iuri exemptionis non repugnat cum nihil intersit an Papa ipse per se faciat an per alium ad hoc specialiter vel generaliter delegatum. *l. 1. §. deiecisse ff. de vi & vi armata.* cum delegatus gerat vices delegantis, *cap. sane de offic. deleg.* & quod agit non pro suo sed mandatis imperio agat, *l. etsi prætor ff. de officio eius cui mandata est iurisd.* eoque respectu delegatus se ipso maior esse censeatur, *d. cap. sane cap. pastoralis de offic. ord.* 4

Vnde est quod & in alijs pluribus articulis Conc. Trid. Episcopis multa permissa sint, autoritate Apostolica exercere quæ aduersus priuilegia exemptorum ordinaria autoritate exercere non possent, *Conc. Trid. sess. 6. cap 3. & 4. sess. 7. cap. 6. & 8 sess. 13. cap. 5. sess. 14. cap. 4 sess. 21. cap. 3. 5. 7. & 8. sess. 22. cap. 5. 8. 10. 11. 14. sess. 25. c. 8. & 9. de Refor.* vt certæ hac ratione & ordinariorum potestas ampliata inueniatur & exemptorum priuilegia sarta tecta conseruentur. *VVames. d. cons. 452. num. 2. de decimis.* 5

QVÆSTIO CENTESIMA OCTAVA.

Ordinarius si procedat contra exemptos autoritate ordinaria cum delegata debuerit procedere an exempti recurrere possint ad Conseruatorem.

SVMMARIVM.

1. Ordinarius multa potest autoritate delegata in exemptos qua ordinaria non potest.
2. Processus ordinaria autoritate vitiatur si delegata autoritate factus non sit.

1 NVlla potest ordinarius autoritate delegata quæ autoritate ordinaria non potest sicuti autoritate ordinaria negligentiam Prælatorum non supplet, delegata vero supplet, *Clem.1.de supplenda neglig. Prælat.* ita autoritate ordinaria non cognoscit de causis exemptorum, delegata vero cognoscit in casibus sibi à Concilio Trid. *sess.6.cap.3.& 4.sess.7.cap.6.& 7 sess.13.cap.5.sess.14.cap.4.sess.*
2 *21.cap.3.5.7.8.sess.22.cap.1.8.10.11.14.sess.25.cap.89.de Refor.* attributis vnde est vt si autoritate ordinaria procedat cum delegata procedere debuerit eiusmodi processus vitio & defecta iurisdictionis non obsistat, *VVames cons.463.nu.4.de regularibus tomo 2.qua de re vide etiam quæstione sequenti.*

QVÆSTIO CENTESIMA NONA.

In dubio an ordinarius procedere ordinaria vel autoritate delegata censendus sit.

SVMMARIVM.

1. In dubio potius ordinaria quam delegata autoritate processum præsumitur.

MVltum vt scripsi refert qua autoritate procedatur ordinaria vel delegata, *Menoch.lib.2.pres.17 per tot.quem laudaui alio in loco lib.1. de iurisdict. ord in exempt.cap.14.nu.7.*

1 Sed quid dicemus cum vt est prouerbium, in qua hæret seu in dubio. Et quidem Dominus VVamesius, *cons.465.nu.2.de regul.tom.2.* quid hac in re censeat expressit his verbis sicut naturalis & communis seu ordinaria causa in quocunque dubio & in plures partes protendente actu potius quam accidentaria præsumitur *l. qui habet ff.* Tutelis præsertim vbi naturalis & accidentariæ concursus non permittitur, *glo.in d l.1.qui habet,* ita quoque in exercitio iurisdict. concurrente in eundem iudicem ordinaria & delegata potestate præsumitur potius exercitium ordinariæ quam delegatæ tanquam accidentariæ iurisdictionis & iudicem vtraque hac qualitate præditum potius vt ordinarium quam vt delegatum actum iurisdictionalem facere per respectum ad naturalem seu ordinariam potius

rius quam accidentalem & extra ordinariam potestatem, *Andreas Barbat. cons. 11. nu. 5. vol. 4.* Vnde est quod Fridericus de Senis. *cons. 130. nu 3.* scribat processum Episcopi seu eius Vicarij habentis ordinariam & Apostolicam autoritatem non tantum ex speciali Pontificis sed etiam ex generali canonis dispositione vti in multis casibus id ita constitutum est, *Clem. quia contingit de reg. dom. Clem. 1. de suppl. neg. prælat.* esse omnino nullum si cum illum ordinaria potestate facere non potest eundem faciat nulla qualitate expressa, ob id quod nulla expressione facta censeatur actum facere sua ordinaria non aliena seu delegata potestate ita VVames. adijciendæ tamen non abs re videntur eæ restrictiones quas eadem in materia alio in loco attuli, *d. quæst. 14. nu. 7.*

QVÆSTIO CENTESIMA DECIMA.

Qualem iurisdictionem habeat Episcopus in Monachos.

SVMMARIVM.

1. *Ordinarius quo ad regularia instituta non habent in Monachos iurisdictionem.*
2. *Secus quo ad crimina publica.*
3. *Limitatur nisi Monachi essent exempti.*
4. *Item nisi monasterium sit alicui prælato pleno iure subiectum.*
5. *Paria sunt territorium habere vel pleno iure esse subiectum.*
6. *Episcopus in alieno territorio alteri pleno iure subiecto iurisdictionem exercere non potest.*
7. *Idque non obstante Concilio Tridentino.*

REspondetur, quo ad regularia instituta nullam habere iurisdictionem 1
quo vero ad crimina publicis legibus seu canonibus vindicata iurisdictionem habere, *Prosper Farina. decis. 770. cent. 7. decisionum impressarum Franckoforti 1612. cap. omnes Basilica 16. quæst. 7. huius de Episcopo lib. 4. par. 2. quæst. 35. nu. 81.* quod maxime procedit in Abbatijs quorum Episcopus caput etiam est, *velut Abbas panorm. causam quæ 1. n. 8. de iudicijs.* 2

Limito autem nisi Abbatiæ suæ Monasterio essent à iurisdict. ord. in exempt. *Farina. d. dec. 770.* 3

Limito secundo nisi monasterium sit alicui Prælato vtpote Abbati vel altero iure subiectum, *Farina. dec. 163. nu. 2.* paria enim sunt territorium proprium habere vel pleno iure esse subiectum, *glo. Clem. 1. verb. aut earum par. 1. de foro compet. Card. cons. 25. Gemini. Franc. & DD. cap. vt animarum de constit.* Episcopus autem 4 5

in alieno territorio alteri pleno iure subiecto iurisdictionem exercere non potest. *DD.d.loco.* Neque impedit Conc. Trid. Quia illud non reuocat iurisdictionem aliorum ordinariorum licet Episcopis inferiorum. *Nauar.cons.9.de priuileg. Dec.cap.ad nostram n.14.de appellat.* prout & ego adhuc superius comprobaui viderique poterunt ea quæ hanc materiam concernentia latius in scholijs adduxi.

QVÆSTIO CENTESIMA VNDECIMA.

An exemptiones & conseruatoriæ amittantur per non vsum.

SVMMARIVM.

1. *Priuilegium sine contradictione non amittitur per non vsum.*
2. *Signanter cum priuilegio inest clausula irritans.*
3. *Ius non vtentium conseruatur ex iure vtentium.*
4. *Ius patronatus per vsum compatroni conseruatur.*

1 PRiuilegium non amitti per non vsum nisi antecedat contradictio late respondit, *VVames.tomo2.conss.Fel.& DD.cap.cum accessissent de constitut.* Imo vero non tolli per non vsum quoties priuilegio inest clausula irritans vt in-
2 esse consueuit exemptionibus, resoluit. *Rota decis.3.de priuileg.in antiq.Farinac. dec.240.nu.5.fol.135. editionis Frankofortensis anni 1612.* signanter etiam in casu quo collegium aliquod particulare dicitur, non vsum priuilegio, conseruatur enim non vtenti ius ex vsu aliorum vtentium, qui sunt eiusdem ordinis quibus
3 de non vsu opponi non potest, *Farinac.ibidem.* ad instar iuris patronatus quod
4 per vsum compatroni conseruatur, *Abbas cons.54.lib.1.Curtius de iure patronatus vers.competens nu.24.Farinac.d.decis.240.nu.6.& 7.* qua de re vide quædam quæ superius attuli, *quæst.58.& 61.& lib 3.de iurisdict.ord.in exempt.quæst.13.*

QVÆSTIO CENTESIMA DVODECIMA.

Reuocatio exemptionum & conseruatoriarum sit ne fauorabilis vel odiosa.

SVM-

SVMMARIVM.

1. *Quaestio an sit fauorabilis vel odiosa prima est inspectionis.*
2. *Item an dispositio sit ex causa liberali vel onerosa.*
3. *Recessus à iure vel odiosus.*
4. *Reuersio ad ius commune est fauorabilis.*
5. *Reuocatio priuilegiorum communium est odiosa.*
6. *Dispositio per quam ius parti tollitur est odiosa.*
7. *Pontifex in dubio priuilegijs derogare non praesumitur.*
8. *Intellectus regula de non tollendo iure quaesito.*
9. *Aliud est vna vice derogare priuilegio aliud in vniuersum tollere.*
10. *Reuocatio priuilegiorum est iuris odiosi.*

MVltum interest, in omni disputationum genere, in primis disquirere naturam disputationis controuersae, sit ne odiosa vel fauorabilis, odiosa enim restringenda est, fauorabilis extendenda, *cap. odio de reg. iur. in 6.* Paucis itaque hac in quaestiuncula sunt qui destingunt vtrum priuilegia sint propria vel communia hoc est, iuri communi contraria vel conformia, *vide lib. 1. quaest. 1. nu. 5. de iurisdict. ord. in exempt.* 1

Item an concessa sint ex pura putaq; liberalitate vel per viam contractus aut recompensationis bene meritorum, seu alia specie concessionis quae inter irrenocabiles priuilegiorum concessiones recensetur, *vide lib. 3. quaest. 1. de iurisdict. ord in exempt.* 2

Si quaestio sit, de reuocatione priuilegiorum, qui sunt iuri contraria aut quae sunt ex cathegoria & specie reuocabilis, sunt qui putant censeri debere iuris fanorabilis quia sicuti omnis recessus à iure communi qui fit per priuilegia iuris est odiosi *scripsi lib. 1. quaest. 4. de iurisdict. ord. in exempt.* ita & reuersio ad ius commune per similium priuilegiorum reuocationem censeri debet iuris fauorabilis, *DD. l. si vnus §. pactus ne peteret ff. de pactis Rom. cons. 318. late Nauisanus in silua nupt. lib. 6. num. 23. & seqq.* contrariorum enim contraria est ratio atque disciplina, *Praeses in locis legal. loco à contrarijs.* Si vero quaestio sit de reuocatione priuilegiorum quae dicuntur communia id est quae corpori iuris sunt inserta quae explicaui alio in loco, *d. lib. 1. quaest. 1. num. 3.* aut priuilegiorum quae regulariter recenseri solent tanquam irreuocabilia. Tunc eorum reuocatio censeri debebit iuris odiosi atque restringenda, *d. cap. odia.* 3 4 5

Ratio est quia per eiusmodi priuilegia quaesitum est ius parti. Omnis

 autem

6 autem dispositio per quam ius parti quæsitum tollitur censeri debet esse iuris odiosi. *Farinac.cent.7.de 11.fol.8.col.4. Curtius cap.cum accessissent charta 10. de constit.* Ideoque Pontificem in dubio eiusmodi priuilegijs præiudicare velle præsumi non debet. *Peregr.decis.119.libr.1.* Imo ne quidem vt est opinio aliorum huius &
7 alterius speciei priuilegijs derogasse in dubio censendus est. *Farin.d.dec.11.* Neq; obstat quod nonnulli existiment per reditionem ad ius commune modicum præiudicium generari ex eiusmodique reditione ius quæsitum tolli non censere.
8 *Sarnensis ad Reg.cancell.de non tollendo ius quæsitum quæst.12.* Tum quia regula de non tollendo iure quæsito locum etiam habet cum non tollitur ius quæsitum ex iure speciali & priuilegio. *Cæsar à Grassis dec.193.alias 1.de verb.sig.* Tum quia
9 aliud est derogare priuilegio pro vna vice tantum aliud in vniuersum tollere priuilegia, *Caputa dec.42.lib.1.& dec.31.part.3. Mohed.dec.82. Sarnensis ad Reg. de non tollendo iure quæsito quæst.15.in fine.* Tum denique quod Pontifex in dubio ius quęsitum etiam ex priuilegio tollere velle non censetur. *Ioannes à Chockier Frater meus ad Reg.cancellariæ d.Reg.17.de non tollendo iure quæsito num.29. Mohed. Cæsar à Grassis iam laudati, VVames.cons.15 num.2.de consuet. Seraphinus dec.1082. late Gabriel.com.concl.lib.3.concl 6.per tot.* & ideo Pontifex censeri non solet in dubio ea priuilegia reuocasse quæ etiam ex mera liberalitate processerunt à Pontificali voluntate dependent quia vt dixi princeps aut Pontifex ius alicui ex priuilegio
10 quæsitum tollere non censetur ac ideo odiosa inquit *Dominus VVamesius cons.* censeri debet priuilegiorum reuocatio & consequenter quamdiu de Pontificis voluntate non liquet restringenda.

QVÆSTIO CENTESIMA DECIMA TERTIA.

Recurrens ad conseruatorem pendente appellatione interposita à sententia ordinarij an dicatur attentare.

QVÆSTIONEM hanc proposui in tractatu de iurisdiction.ord. in exempt. *lib.4.quæst.91.* respondique multis rationibus id licere.

QVÆSTIO CENTESIMA DECIMA QVARTA.

Actio inter duos exemptos an proponenda sit coram conseruatore actoris vel rei.

SVMMARIVM.

1. Priuilegiatus an contra priuilegiatum vtatur priuilegio.
2. Tenor conseruatoriæ cleri primarij Ecclesiæ Leodiensis.
3. Quid si quæstio sit de iniuria ab vno alteri allata.

CONtigit Cuidam exempto primarij cleri diœcesis eoque nomine habenti pro conseruatore Abbatem S.Iacobi negotium esse cum alio secundarij cleri eiusdem diœcesis etiam exempto & habente pro conseruatore Abbatem S.Laurentij. Quæsitum fuit vtrum actor ille qui exemptione cleri primarij gaudet & pro conseruatore habet Abbatem S.Iacobi experiri possit coram Abbate illo S Iacobi an vero coram Abbate S. Laurentij qui iudex est & conseruator Rei Quæstionis huius decisio ab ea pendet. Num priuilegiatus contra priuilegiatum priuilegio suo vti possit de qua nonnulla quædam sed remissiue diximus alio in loco *lib.1.quæst.44.de iurisdict.ord.in exempt.* Mihi hoc in casu paucis distinguendum ita videtur. Aut priuilegium cleri primarij est potentius priuilegio cleri secundarij & tunc exemptione gaudens cleri primarij vti poterit suo priuilegio & debitorem suum exemptione cleri secundarij gaudentem trahere coram Abbate S Iacobi conseruatore priuilegiorum cleri primarij. In mixtura enim iurisdictionis semper est consideranda qualitas potentior. *arg.l.cum quæritur vbi DD ff de statu hom.Crauetta Rubr.deleg.1. num.152.fusissime Rom.l.1.§.stipulationum ff.de verb.obligationibus.* & causa magis priuilegiata solet minus priuilegiatæ derogare. *l.1.C.de priuilegijs,Stephan.& Federtus de interpretat.iuris part.2 num.100.l.verum ff.de minorib.* Aut vero non est potentius sed æquale & tunc vti non poterit sed sequi debebit forum rei. *Barth.auth. quas actiones num.3 vers.Si vero vterque C.de sacro Eccles.l.priuilegia ff.de priuileg. credit. l si seruum §. de illo ff. de verb. oblig. cap.in part.1.de Reg.iur. in 6.* eaque ratione vnius Academiæ scholarem alterius Academiæ scholarem euocare ad alterius Academiæ conseruatorem non posse respondit Petrus Peckius *de iure sistendi cap.5. n. 4.Imbert.instit.forens.lib.1.cap.27. DD.l.verum §.vltimo ff. de maiorib.* Sed quæstio est vnde diiudicari possit alterius priuilegium altero esse potentius Bartholus *d.auth quas actiones num 3. vers potentius autem potest esse,* hinc censet sumendam coniecturam an vnus de damno vitando certet alter vero de lucro vel ex causa concessionis priuilegij sit nec'ne fauorabilis vel odiosa. *l. verum §.fin.cum l. seqq ff.de minorib.* aut num alter habeat priuilegium generale alter vero speciale, *l fin. ff.ex quibus causis maiores.* Proinde vtriusque priuilegium & conseruatoriæ ad stateram iuris reuocandæ atque ex illorum visione & pondere censura facien-

ſam pertinentibus multiplices moleſtias iniurias inferunt & iacturas. Quare dicta Capitula nobis ſupplicarunt humiliter & cum eiſdem reddatur valde difficile pro ſingulis quærelis ad Apoſtolicam ſedem habere recurſum prouideri ipſis ſuper hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur aduerſus occupatores detentores præſumptores moleſtatorum huiuſmodi volentes capitulo & Canonicis ſubuenire per quod ipſorum compeſcatur temeritas & aliis aditus committendi ſimilia præcludatur diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus vos vel duo aut vnus veſtrum per vos vel alios ſeu alios etiamſi ſint extra loca in quibus deputati eſtis Conſeruatores & iudicibus præfatis Capitulo efficac. defenſionem præſidio obſiſten. non permittatis idem ſuper his & quibuslibet aliis bonis & iuribus ad Capitulum & menſam prædictam ſpectan. ab eiſdem vel quibuſuis aliis in debitæ moleſtiis vel aliis grauamina damna & iniurias irrogari fact. dict. Capituli cum ab eiſdem vel procuratoribus ſuis vel eorum aliquo fueritis requiſiti de prædictis vel alijs perſonis quibuslibet ſuper reſtitution. huiuſmodi Caſtrorum Villarum terrarum & aliorum locorum iuriſdiction. vel bonorum mobilium & immobilium reddituum quoque & prouentuum & aliorum quorumcumque bonorum necnon quibuslibet Monaſteriis iniuris atq; dãnis præſentibus in futuris in illis videlicet quæ iudicialem requirunt indaginem ſummariæ & de pleno ſiue ſtrepitu & figura iudicij in aliis verò prout qualitas eorum exegerit iuſtitiæ complementum occupat. detentorum præſumptorum moleſtatorum & iniuriantium huiuſmodi necnon contradictorum quoslibet & rebelles cuiuſcumque ſtatus dignitatis gradus ordinis vel conditionis extiterint quandocumque & quomodocumque expedierit autoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam compenſen. inuocato ad hoc ſi opus fuerit brachii ſæcularis auxilio non obſtan. tam felicis Bonifacii Papæ octaui prædeceſſoris noſtri in quibus cauetur ne aliquis extra ſuam Ciuitatem & Diœceſem niſi in certis exceptis caſibus & in illos vltra vnam dietam à fine ſuæ Diœceſis ad iudiciũ euocetur ſeu ne iudices & conſeruatores à Sede deputati prædicta extra Ciuitatem & diœceſim in quibus deputati fuerunt contra quoſcumque procedere ſeu alii vel aliis vices ſuas committere aut aliquas vltra vnam dietam à fine Diœceſis eorundem trahere præſumant dummodo vltra duas dietas aliquis autoritate præſenti non trahetur ſed quod aliis quam manifeſtis iniuriis & violentiis & aliis quæ iudicialem requirunt indaginem pœnis in eos ſi ſecus egerint & in id procurantes adiectis conſeruat ſe nullatenus intromittant quam aliis quibuſcumque conſtitutionibus à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus tam de iudicibus delegatis & conſeruatoribus quam perſonis vltra certum numerum ad iudicium non euocan. aut aliis edictis quæ veſtræ poſſent in hac parte iuriſdictioni aut poteſtati eiuſque à libero exercitio quomodolibet

obtinere seu aliquibus communiter vel diuisim à prædicta Sede sit indultum quod excommunicari aut suspendi aut interdici seu extra vel vltra certa loca ad iudicium euocari non possunt per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto; huiusmodi & eorum personis locis & ordinibus & nominibus propriis mention. & quolibet & alia dictæ Sedis indulgentiæ generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat per quam præsentibus non expressam vel totaliter non insertam vestræ iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri & de qua cuiusque toto tenore de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Cæterum volumus & Apostolica authoritate decernimus quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum quamuis idem inchoans nullo fuerit impedimento Canonico præpeditus quodque à data præsertim si verbis & vnicuique vestrum in præmissis omnibus & singulis ceptis & non ceptis præsentibus & futuris perpetua potestas & iurisdictio attributa vt eo vigore ea firmitate possitis in omnibus & singulis ceptis & non ceptis præsentibus & futuris prædict. procedat ac si prædictis coram vobis cepta fuisset & iurisdictio vestra in cuiuslibet vestrum in præsentis omnibus & singulis per citationes vel perpetuo & legitime extitisset constitutione prædicta super conseruatorem & alia quælibet in contrarium edita non obstan. Romæ apud S. Petrum quartodecimo Kalendas Iunii Pontif. nostri anno tertio.

Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte capituli prædicti petitio continebat ipsi dubitent quod earundem vigore litterarum habentium processus occupatoribus detentoribus præsumptoribus molestatoribus iniuriatoribus contradictoribus rebellibus præfatis vel aliquibus eorum vel aliis quos concernunt aut nequeant publicari nos igitur eorundem capituli in hac parte supplicationibus inclinati vobis cuilibet vestrum & eorum quibus vestras desuper vices commiseritis quoties per summariam informationem super his per vos capiendam vobis constiterit quod occupatorum detentorum præsumptorum molestatorum iniuriatorum contradictorum rebellium & aliorum quos processus concernere huiusmodi monition. obstiterint & citation. ac ipsi commode haberi non posset processus prædictos ac monition. & citation. quaslibet per edita publica loca affigen. vel citation. nostram taxerint viciniis de quibus coniectura sit verisimilis quoad notitiam occupatorum detentorum præsumptorum molestatorum iniuriatorum contradictorum & rebellium & aliorum quos contigerit monitorum citatorum huiusmodi peruenire valeant faciem plenam autoritate Apostolica concedimus tenore præsentium facultatem & volumus quod processus monition. & condition. huiusmodi perinde arctet. & ipsos monitos & citatos ac si eis personaliter intimatæ & insinuatæ legiti-

me fuissent non obstantibus constitutionibus Apostolicis ac omnibus illis quæ dictus Episcopus tunc Ioannes Vigesimus tertius prænominatus in præfatis litteris non obstare voluit cœterisq; contrarijs quibuscumque Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto, decimo Calendas Septembris Pontificatus nostri Anno Sexto.

Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte dictorum filiorum capituli Ecclesiæ Leodiens. petitio continebat à nonnullus reuocetur in dubium an litteræ prædictæ ad Venerabilem Fratrem nostrum Episcopum Leodien. ac Præpositum, Decanum Archidiaconos & suppositos dictæ Ecclesiæ se extendant & Archiepiscopi & alij Prælati inferioribus eisdem Capitulo & suppositis molestias iniurias atque damna in bonis mobilibus & immobilibus & singulares personas capituli & suppositos huiusmodi tam ratione Canonicatum & præbendarum ac dignitatum personatuum administration. & officiorum quæ in dicta Ecclesia obtinent quomodolibet & quomodocumque iure vel titulo pertinen. ac si ipsi Præpositi Decani Archidiacanorum singularium personarum Capituli & suppositorum prædictorum debitorum ratione Canonicatuum personatuum & præbendarum dignitatum personatuum administrationum prædictorum & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum coram vobis dictarum litterarum vigore in causam trahi possint & ad iudicium euocari contra eosdem molestatores & debitores etiam si illi rectores Doctores Magistri & Scholares vniuersitat. oppidi Louaniens. Leodiens. Diœcesis aut earum aliquis existat iuxta eorundem litterarum continentium procedere & iustitiam ministrare valeatis pro parte Capituli huiusmodi nobis fuit humiliter supplicatum quatenus in præmissis oportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur prædictæ ambiguitatis dubium subuertere volentes ipsasque litteras cum omnibus singulis in eis contentis clausulis ad modernum & pro tempore existentem Episcopum Leodiensem Præpositum Decanum Archidiaconos & suppositos dictæ Ecclesiæ extendere & huiusmodi supplicationi inclinati discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus quatenus contra Archiepiscopos & alios in dictis litteris expressos nec non Doctores Rectores Magistros & Scholares vniuersitatũ huiusmodi inferentis Capitulo & supositis huiusmodi iniurias molestias atq; damna in bonis mobilibus & immobilibus spiritualibus & tẽporalib. etiam patrimonialibus ad capitulum eiusue singulares personas nec non suppositos huiusmodi tam ratione suorum quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum quam personarum suarum & alias qualicumque, & quauis occasione seu causa spectan. & pertinen. nec non contra quoscumque Capituli Præpositi

Decani Archidiaconorum ac per suarum & suppositorum etiam aliter quam beneficiorum Ecclesiasticorum ratione debitorum nec non vestram iurisdictionem directe vel indirecte publice vel occulte impedientium aut alias iuxta litterarum tenorem atque formam procedatis & iustitiam faciatis in omnibus & per omnia perinde ac si in ijsdem litteris de Episcopo Præposito Decano Archidiaconis & suppositis in bonis & debitoribus præfatis plena & expressa mentio facta fuisset non obstan. præmissis & quibusdam alijs clausulis per felicis recordationis Paulum secundum etiam prædecessorem nostrum Rectori Doctori & magistratibus & sæcularibus præfatis etiam ad claræ memoriæ Caroli Ducis Burgundiæ subdato videlicet nona Maij Pontificatus sui anno quinto concessis attentæ incipien. quibus illorũ tenor ac si de verbo ad verbũ insereretur præsentibus pro expressis habentibus illis alias pro suo robore permansuris quo ad præsentem duntaxat specialiter expresse autoritate Apostolica & certa nostra scientia derogamus nec non omnibus & singulis quæ dictus Eugenius in præfatis litteris voluit non obstare cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscumque præsentibus perpetratis temporibus tam quo ad omnia præmissa durat datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo nono, nonis Ianuarij Pontificatus nostri anno nono.

Sed quid si de iniuria aut oppressione quæstio vertatur & tunc existimo eum qui ita opprimitur posse conseruatoris sui patrocinium implorare etiamsi iniurians aut opprimens proprium habeat conseruatorem.

Tum quia hic casus inter eos refertur in quibus actor forum rei sequi non tenetur, *DD. cap. cum sit generale cap. sed ex suscepto de foro compet. Socin. in fallentijs Reg. 10 fall. 1.*

Tum quia in hoc casu oppressus seu iniuriatus priuilegium habet speciale atque indiuiduum implorandi officium sui conseruatoris aduersus iniuriatorem quod alterius priuilegio generali præfertur, *l. fin. ff. ex quibus causis maiores Barth. d. auth. quas actiones n. 3. cap. generi de Reg. iur. in 6.* aliud porro est in exactione debiti ciuilis quia per retentionem debiti iniuria proprie inferri non censetur vti plenius comprobatur alio in loco, *d. lib. 1. quæst. 39. nu. 31. & hac. quæst. 4.* Quæ omnia ex trutina & libramine priuilegiorum dependent, *cap. porro de priuilegijs cap. recepimus. eod. tit.*

QVÆST.

QVÆSTIO CENTESIMA DECIMAQVINTA.

Principes sæculares an possint suos subditos à iurisdictione conseruatorum Apostolicorum eximere.

SVMMARIVM.

1. *Priuilegium Caroli V. concessum Leodiensi patriæ.*
2. *Conseruatores Ecclesiastici non cognoscunt de causis temporalibus inter laicos directe sed bene indirecte.*
3. *Casus quamplurimi quibus Ecclesiastici iudices iurisdictionem habent in laicos.*
4. *D. Chrysostomus vidua insignis aduocatus aduersus imperatricem Eudoxiam.*
5. *Conseruatores Apostolici non possunt prætextu priuilegiorum Cæsareorum impediri.*
6. *Priuilegia repugnantia conseruatorijs Apostolicis præiudicare non possunt & nu. 12.*
7. *Imperatores legem ferre non possunt præiudicialem conseruatorijs Ecclesiasticis.*
8. *Caroli V. Priuilegium interpretari debet ex iure communi.*
9. *Libertas Ecclesiæ lederetur si exempti non possent coram suis conseruatoribus iniurias sibi illatas vindicare.*
10. *Laici retinendo res exemptorum peccant.*
11. *Exempti tenentur coram conseruatore experiri.*
13. *Exempti reuocant reos ad suum forum.*
14. *Caroli V. Priuilegium non afficit iurisdictionem Ecclesiasticam.*
15. *Nulla dispositio tam generalis quæ restrictionem non patiatur à potestate disponentis.*
16. *Carolini Priuilegij vis & effectus.*

CArolus V. Imperator Leodiensis Patriæ priuilegium concessit in hæc verba.

Ordinamus & statuimus per præsentes quod de cætero omnes & singuli subditi ac incolæ dictæ patriæ ac dominorum Episcopi & Ecclesiæ Leodiensis coram suo proprio iudice tribunali ac iustitia ordinaria spirituali vel sæculari debeant tractari & iuri stare & actores forum ordinariorum reorum sequi secundum priuilegium per quondam Diuæ Memoriæ auum & antecessorem nostrum Maximilianum Cæsarem desuper concessum & per nos in præsentiarum confirmatum quod nulli conseruatores aut quicunque iudices seu executo-

certum quo commento) exegit vidua magno metu affecta ne in grauiores miserias veniret omnibus fere bonis suis oppignoratis quingentos aureos iniquo iudici tradidit. Cum autem post annos duos munere suo defunctus administrationis suæ rationem reddere cogeretur vidua oblata temporis oportunitate vtens euestigio ad imperatorem accessit deque illata iniuria iniustaque exactione grauiter conquesta est. Commisit protinus imperator cuidam suo profecto viduæ causam; seu ille muneribus peruersus non se vindicem sed potius aduersarium afflictæ mulieri præbuit. Tum illa ad Eudoxiam imperatricem confugens præcibus ac lacrymis flagitauit vt aliqua sui misericordia caperetur & viduam bonis suis per summam iniustitiam exutam in integrum restitueret Eudoxia hac occasione nouas corradendi diuitias auidissime arrepta Paulacium accersit eumque asperis verbis increpitum centum librarum auri damnat è quibus tantum sex & triginta viduæ tradit reliquas vero suis opibus accumulat. Qua iniustitia multo grauius afflicta callidrope omni iam spe destituta communi illo viduarum patrono tanquam vltimo refugio constituit. Nec mora luctu & lacrymis miserabiliter deformata ad Episcopum abijt eique cum crebro singultu calamitatem suam exponit orat obsecratque vt afflictæ viduæ & cum extrema rerum omnium inopia certanti opem ferat. Ille nihil cunctatus neque Eudoxiæ furorem quicquam veritus ducem quondam exercitus adijt eumque verbis grauissimis de illata viduæ iniuria corripuit & aurum ab eo requisiuit. At ille centum auri libris ab Eudoxia se mulctatum plane ab ea causa absolutum esse respondit cui antistes pro delictis inquit publicis facta est illa exactio. Tu vero non aliter effugies nisi mulieri 50. numeraueris. Hæc dicens hominem secum abduci & in templo custodiri iussit. Quæ res simul ac ad aures Eudoxiæ peruenit illa vero omnino commota cum verbis minacibus apud virum sanctum nihil proficeret duos ex templo centuriones misit qui hominem vi è templo abriperent. Et illi quidem armis animisque præferosos abierunt sed cum templi foribus appropinquarent & iam iamque irrumpere vellent vident (dictu mirabile) Angelum Dei specie terribilem stricta ramphæa ab ingressu eos arcentem. Quo viso exanimati metu in fugam conuersi sunt & Eudoxiæ admirandum spectaculum recenti adhuc stupore oppressi narrarunt. Tum illa omnem animi ferociam posuit & virum Dei effeminatis blanditijs à tanta iustitia & equitate eneruare conata est. At vir sanctus vt minis ita & blanditijs omnibus superior eademq; semper & vbiq; animi constantiam fortitudinemque conseruabat Paulaciumque ficulneo Eudoxiæ auxilio subnixum ablatam viduæ pecuniam integram restituere compulit.

Secunda. Conseruatores Apostolici impediri non possunt prætextu priuilegiorum Cæsareorum quin cognoscant iniuriasque Ecclesiasticis personas rebusue legitime sibi commissis illatas vindicent, *cap. 1. & cap. fin. de priuileg. in 6.* 5

in 6. Ignatius Lopus d. loco in 1. concl. citatus Tum quod si eiusmodi concederentur priuilegia essent contra libertatem Ecclesiasticam & ipso iure nulla vti alias ostendi, *Scholio 7. & seqq.*

6 Tum quod leges & constitutiones principum sæcularium & eorundem priuilegia personis Ecclesiasticis præiudicium aut grauamen inferre non possunt suntq; ipso iure nulla, *Auth. cassa & irrita C. de sacrosanctis Ecclesijs late Cardinalis Mantica de tacitis & ambiguis conuentionibus parte secunda lib. 22. tit. 19. num. 10.*

7 Tum quia imperatores legem in præiudicium iurisdictionis Ecclesiasticæ competentis conseruatoribus ferre non possunt *cap. verum cap. imperator dist. 96. cap. Ecclesia §. Maria vbi late Fel. Abb. & cap. cum Ecclesiarum de constit. Peck. cap. ea quæ nu. 5. de Reg. iur. in 6. Cardin. Mantica de tacitis & ambiguis conuentionibus par. 1. lib. 4. tit. 7. nu. 5. & part. 2. lib. 22. tit. 19. nu. 10.*

8 Tertia. Priuilegia hæc Imperatoris Maximiliani & Caroli V. interpretationem accipere debent à iure communi, *l. si seruus C. de noxal. act. cap. cum dilectus de consuet. cap. causam de Rescript. Nauar. in rubr. de iudicijs nu. 90.* etiam per translationem clausularum, *d. cap. causam quæ & Nauar. d. nu. 90.* vt non lædant ius tertij hoc est Ecclesiæ & rerum iuriumque Ecclesiasticorum, nam & in omni principis concessione influit semper tacite hæc clausula saluo præiudicio cuiuslibet, *Barth. & DD. l. quominus ff. de fluminibus Castr. cons. 139. in fin. vol. 1. cons. 95. num. 1. par. 1.*

9 Læderetur autem iurisdictio Ecclesiastica illique præiudicaretur si conseruatores iniuriam & damnum ab ordinaria iurisdictione exemptis illatum vindicare non possent sed indistincte cogi deberent exempti ius sibi competens coram locorum ordinarijs eos forsan opprimentibus intentare contra vt ante dixi Ecclesiæ priuilegia atque libertatem quæ infinitis prope casibus Ecclesiæ iurisdictionem in laicos concessit quæ libertas non potest sine periculo censurarum Bullæ cœnæ Domini violari vti ante ostendi, *Scholio 7. & seqq. apposita Emanuel Roderic. quæst. Reg. tom. 1. quæst. 6. art. 12. fol. 383. vers. ex hac.*

10 Quarta laici vsurpando res exemptorum easue qualicumque illicita ratione retinenda peccant *cap. pœnale 14. quæst. 5. Nauar. d. cap. nouit not. 6. nu. 56. de iudicijs & in manuali confess. cap. 25. num. 13.* obligaturque præ cœteris exempti vt aut actionibus iuridicis aduersus eos experiantur aut debitam condonent vel procrastinent, *Nauar. d. cap. nouit not. 6. nu. 62.*

11 Licetque exemptis qui plerumque clerici sunt & consequenter personarum miserabilium priuilegio gaudent, *DD. Marantha de iurisdict. inter Ecclesiasticum & sæcularem exercenda par. 2. cap. 1. Neuisianus in silua nuptiali lib. 6. nu. 27.* non forum sequi reorum sed reos ad suum forum hoc est ad conseruatorem qui iudex est ipsorum velut oppressorum euocare, *Bartholomæus Socin. in Fallentijs regular. Reg. 20.*

Reg.20.incip.actor regulariter DD.cap.cum sit generale & cap.sed cap. ex suscepto de foro comp.Spec.in tit.de compet.Iud.adit.Ignatius Lopes d.loco.

Quinta priuilegium illud Caroli V. afficere non potest iurisdictionem Ecclesiasticam quin exempti in casibus permissis aut etiam mixti fori ad suum conseruatorem recurrent. Quia Cæsaris constitutiones ad iurisdictionem Ecclesiasticã extendi nõ possunt vti in terminis tradit, *Ignatius Lopes d.loco vers.vnde ex illa. d.cap.Ecclesia S.Maria & cap.ciuis ab Ecclesiarum de constit.cap.verum cap.imperator.dist.96.Peck.cap.ea quæ nu.5.de reg.iur.in.6.* Cardinalis Mantica locis supra citatis, neque refert quod priuilegium loquatur per verba generalissima quomodolibet. Quia nulla est dispositio tam generalis quæ restrictionem à disponentis potestate atque habilitate non patiatur, *l.si mihi in via ff.deleg.3. Oldra.cons.148. num.6. Chassaneus ad Cons. Burg. Rubr.7.§.3.glo.verb. habille cacher.dec.98. num.20.* 12 13

Sexta priuilegium hoc Caroli V.non ideo inane erit aut superfluum quia vires sortietur aduersus conseruatores qui in casibus meræ laicis inter meræ laicos cognoscunt secus vero in casibus qui ad iurisdictionem Ecclesiasticam spectare possunt vti elegãter & late in ipsissima hac materia in hipothesi quæ euenit Collegio Societatis Iesu docet Ignatius Lopes loco hactenus sæpe citato. Confirmari posset vberius decisio huius quæstionis ex eis quæ superius eadem prope in hypothesi tradidimus *quæst.39.* ad quæ lectorem ne tantologus sim remitto. 14

QVÆSTIO CENTESIMA DECIMA SEXTA.

Conseruatores an irrequisiti iurisdictionem suam possint exercere.

SVMMARIVM.

1. *Conseruatores an vtilitatem priuatam irrequisiti officium suum impartiuntur secus ad vtilitatem publicam.*
2. *Vtilitas publica in quo versetur.*
3. *Iudex Ecclesiasticus ex officio reuocat Ecclesiasticum se iurisdictioni laicæ subijcientem.*
4. *Diœcesanis cognoscit de iniuria illata clericis.*
5. *Superior potest annullare contractum per quem aliquid poterat acquiri subdito.*

11 RESpondeo ad vtilitatem priuatam non posse exercere. *l. 4. §. hoc autem iudicium vti D D de dam.infecto.*

2 Secus vero ad vtilitatem publicam quam ego intelligo si forte exemptus alieno iudicio sese obiceret. Nam tunc præiudicium vtilitatis publice verteretur posseтque conseruator pro interesse totius ordinis exemptorum etiam irrequisitus ac exempto inuito declinare atque inhibere. *Innoc. in cap.contingat de sent.excom.& Bald.in Margarita reperterij Innocentij verb.iudex laicus si tenet aliquem in carcere.fol.17.col 3 cap.si iudex laicum de sent.excom.in 6.* sicut enim Ecclesiastico iudici id licet in clericis alieno se iudici subijcientibus, *DD. iam laudati,* ita & conseruatoribus licere à proportione clericorum & exemptorum de qua alias scripsi dicendum est, *de iurisdict.ord.in exemptos lib.1. quaest.45.* Et quidem hoc sensu intelligendum censeo Dominum VVamesium sentientem conseruatores irrequisitos officium suum impartiri non posse,*cons.481.num.22.de iure patronatus tom. 2.* Quamuis enim clienti inuito patrocinium quod conseruatoris officio incumbit non præstetur, *l.cum patronus 22.ff.de operis libert. l.inuito.ff. de reg.iur. VVamesf.d.cons.481.nu.22.* attamen cum de præiudicio publico Pontificisque cuius interest multos habere immediate subditos agatur, *scripsi lib. 1. quaest.11. num.17.de iurisdict.ord.in exempt. Gail lib.1.obs.40.nu.5.* ad instar clericorum qui se alieno iudici subijcere non possunt, *cap. cum tempore vbi Abb. de arbitris & scripsi lib.2.quaest.7.de iurisdict.ord in exempt.* permissum est conseruatori officium suum inuito etiam impartiri exemptosque à iurisdictione eius cui non subsunt eripere. *Innocen.loco iam laudato & d.cap.si iudex.* quod & ego de aduocatiis feudalibus speciali quæstione comprobaui.

4 Deinde iudices de omni iniuria clericis ex qua specie sunt exempti illata possunt ex officio inquirere. *Marant. de ord .iudic.par.6.de inquisit.nu.141. l.si quis in hoc genus C.de Episcop. & Clericis.* iniuriam autem fieri exemptis qui ad aliena tribunalia rapiuntur dubium non est.

5 Denique sicuti superior etiam qui principe inferior est potest ex causa annullare contractum per quem aliquid acquiri poterat subdito, *Sabarella cons. 85. num. 3. l. venditor §. si constat.ff.cum pred:* ita & si coram ordinario in ius se vocari patiantur arguendo à contractibus ad iudicia in quibus quasi contrahitur, *præsus loco à contracti ad iudicia l.3. §.idem ff. de pec.*

QVÆST.

QVÆSTIO CENTESIMA DECIMA SEPTIMA.

Vtrum exempti exemptione cleri secundarij Diœcesis Leod. possint debitores suos actione personali conuenire coram Abbate S. Laurentij priuilegiorum conseruatore.

SVMMARIVM.

1. *Exemptorum causa in prima instantia tractari possunt coram conseruatore actiue & passiue.*
2. *Conseruatores æquiparantur ordinarijs.*
3. *Casus legis aut priuilegij tollit omnem ambiguitatem.*
5. *Dispositum in vno correlatiuorum habet etiam locum in alio.*
6. *Qui timet molestari potest creditorem prauenire.*
7. *Conseruatores an possint præueniri ad exclusionem aliorum iudicum.*
8. *Prauenire potest debitor suum creditorem.*
9. *Molestari timens potest coram suo iudice prauenire.*
10. *Praueniendo potest executio impediri.*
11. *Turbatores priuilegiorum Ecclesiæ excommunicantur.*
12. *Libertas Ecclesiastica in quibus consistat.*
13. *Bulla cœnæ Domini neminem eximit.*
14. *Exempti qui patiuntur se trahi coram ordinario incidunt in censuras.*
15. *Aduocati etiam & procuratores censuras incurrunt.*
16. *Constitutio Papalis vbi sit publicanda.*

QVod in prima instantia causæ exemptorum ventillari possint coram conseruatore Nauar. *conf. 2. num. 2. vers. tertio de offic. del.* refert se ex sacra congregatione audiuisse & ego superius varijs in locis late ostendi. 1

Ratio esse potest quod conseruatores deputati ad vniuersitatem causarum magis ordinariorum quam delegatorum iure censeantur, *Neuisanus conf. 35. Vantius de nullitatib. coram quo nullitas proponi possit, nu. 17.* 2

Sed quid opus emendicatis suffragiis omissisque fontibus sectari riuulos cum ad manus habeamus priuilegium Sixti Pontificis editum anno 1473. septimo idus Nouembris quo apertis verbis conceditur exemptis facultas trahendi suos debitores coram Abbate Sancti Laurentij priuilegiorum conseruatore etiam alia in causa quam beneficiali planeque prophana aut patrimonjali,

Quo fit vt cum priuilegio teste Oldendorpio, *de iure singuli definiendo num. 3. vers. alia autem* sit quasi priuata lex vlterius non sit inuestigandum quia cum casus legis aut priuilegij est expressus nulla superesse potest dubitandi occasio, *Sassius cons. 14. nu. 17. Parisius cons. 136. par. 3.* Et quidem hoc priuilegium vsuuenit
4 non modo cum exempti experiuntur contra suos debitores sed etiam cum implicatas habent cum aliquo rationes à cuius impetitione etiamsi is exemptorum creditor esset volunt mediante congrua solutione absolui. Tum quod ita ab exempto conuentus debitor exempti censeatur etiamsi exemptus ei pecuniariæ obligaretur, *l. creditori vers. sed omnis ff. de verb. oblig.*

5 Tum quod debitor & creditor sunt correlatiua, *Baptista à Sancto Blasio de correlatiuis nu. 6. par. 1.* dispositumque in vno correlatiuorum censeatur quoque in alio dispositum etiamsi versarentur in materia à iure communi exorbitante stricta vel odiosa, *Baptista à S. Blasio d. loco nu. 8.*

Signanter vero quod textus Priuilegij habeant hanc verborum emphasim ac alios qualicumque & quauis occasione. Dispositio enim facta verbis generalibus & prægnantibus ad omnia trahitur, *Mascard de probat. vol. 3. concl. 171. nu. 45.* Dictioque qualicumque omnes casus comprehendit, *Bero. quæst. famul. 66. num. 2.* Quo in articulo etiam animaduertendum Pontificem vsum figura quam Rethores epanalepsim hoc est repetitione verborum qualitercumque & quauis occasione quæ fieri aliter non assolet quam maiore cum significatione energiaque voluntatis qua de re late post Ioannem Baptistam à S. Blasio præses Euerhardi, *in locis legalibus loco à vi geminationis Io à S. Blasio tract. de geminatis.* Ideoque sub ijs verbis non includi non potest dispositio, l. si contendat ff. de fideiussoribus seu imploratio officij iudicis quo postulatur permittiturque ei cui exceptio competit facultas conueniendi excipiendi seu agendi non coram iudice eius aduersus quem exceptio proponitur sed coram iudice eius cui exceptio competit qui alioquin partibus rei fungeretur. Qua de re abunde alio in loco tractatum est.

Quæ actio cum sit personalis identidem est præiudicialis alteri actioni qualicumque.

6 Denique cum conseruatores sint iudices exemptorum possunt exempti qui molestiam timent eamque auertere volunt coram conseruatore suo vt eos ab hac molestia eximat vindicetque experiri. *Rom. cons. 244. Barth. l. Societatem §. arbitrorum nu. 18. ff. pro socio Blarerius ad l. diffamari cap. 4. num. 11. vers. reus cui exceptio competit. C. de ingen. & manum.* & sic exceptionem eo modo euitare quo ij qui de nullitate aliqua principaliter iudicium præueniendo intentarunt. *Lancelot. de attentatis par. 2. cap. 17. num. 87. & cap. 16. num. 13. & seqq.* inhibitiones enim alterius iudicis postea aditi corruerent. *Lancelot. de atten par. 2. cap. 4. limit. 2. nu. 62.* Hacque materia consulti olim respondimus in hæc verba.

CON-

CONSILIVM I.

Impetrantes à iurisdictione ordinaria exempti officium conseruatoris implorarunt vt eius autoritate declararetur eis competere ius excipiendi seu soluendi opponentibus iuxta valorem pecuniæ nunc currentis at vero opponentes è contra dicunt se habere instrumentum scabinale ideoque conseruatoris iurisdictionem præueniri non posse sed huius exceptionis & articuli quæstionem discutiendam esse coram scabinis.

Quæritur quid iuris.

Respondetur iurisdictionem conseruatoris ordinarij iudicis exemptorum esse præuentam ideoque ex aduerso scabinale tribunal reclamari non posse. 8

Primo, Quia cognitio qualitatis pecuniæ restituendæ præiudicialis est actioni reali. *Guido de Suzaria de instr. Guarentigiat. nu. 11. l. fundum Titianum vbi Barth. ff. de except.* proinde ea coram iudice præuento ventillari decidique debet. *l. vbi ceptum ff. de iud.*

Secundo coram conseruatore cognoscitur de iure excipiendi competente reis impetrantibus iuris autem est explorari.

Reum siue debitorem posse peruenire & petere fieri declarationem super suis exceptionibus coram suo iudice, *Castr. l. si contendat ff. de fideius.* Ita inter cæteros in terminis & in eisdem verbis tradit Cæsar contardus. *ad l diffamari cap. 5. nu. 17. confirmatque id autoritate Alexandri Decij Boerij eosque sequitur Blarerius d. l. diffamari cap. 5 num. 11. vers. quemadmodum & reus cognatus d. l. diffamari nu. 5.* 9

Rationem adfert præcitatus Blarerius in hæc verba.

Reus cui exceptio competit potest super ea sui ordinarij iudicis officium implorare licet iudex actoris non sit cum ista exceptio iam examinetur principaliterque alias in iudicio actore agente examinaretur incidenter atque ex ea ratione possit examinari coram illo iudice coram quo actor necessario actionem debuisset proponere in quo etiam actor non grauatur cum ipse & ad hoc de iure communi teneatur, *vt Barth. l. si Societatem §. arbitrorum num. 18. ff. pro socio ita ille.*

Tertio, cum timeo molestari licet mihi agere coram meo iudice ad declarationem iuris mei. *Contardus vbi sup. castr. vbi sup. l. si duo patroni vbi glo. ff. de iureiur.* idque per implorationem iudicis officij vt ei inhibeat à quo molestari indebite timeo vti notanter etiam tradit. *Rom. cons. 244.* & hoc modo inquit captura aut executio poterit euitari. *Rom. d. cons. 244.* debitor enim eo in casu non est in mora soluendi, *d. cons. 244. v. pag. seqq.* 9

Quarto non obstat quod creditori habenti instrumentum quarentigiatum competat electio actionis.

Respondetur enim quod actor eligere non possit iudicem quando reus pri-

 uilegio

uilegio speciali proprium habet iudicem. *glo auth. habita C. ne filius pro patre.* Accedit quod debitor præueniens in propositione suæ exceptionis coram suo iudice. *Contardus vbi sup. a per obiectionem nullitatis instrumenti. Lancelot. de attentatis part. 2. cap. 17. num. 87. fol. 377.* vel petitionem vt instrumentum guarentigiarum aut in forma cameræ expeditum reducatur satisfactione congrua ad arbitrium boni viri qualis est conseruator executionem remorari potest. *Lancel. de attenta. part. 2. cap. 16. num. 13. & 14.* Denique impetrantes hic experiuntur conditione personali *l. si quis contendat ff. de fideiuss. late Contardus ad l. diffamari cap 3. num. 122* Cuius quidem beneficio legis potest is qui debitor est agendo præuenire & creditorem suum compellere vt iurisdictioni iudicis acquiescat. *DD. d. loco si contendat. Blaret. d. n. 11. Contar. d. vbi sup. c. 3. n. 122.*

Quinto pro eo videtur casus etiam in terminis apud Abbatem. *cap si quis contra num. 2. de foro compet.* in hæc verba. Nota regulam vulgatam quod actor sequitur forum rei limita quando de aliqua re principaliter contenditur secus si agitur super aliqua exceptione vt quia reus orignarius antequam conueniatur vult super exceptione agere quod aliquando potest hoc in casu agendum est coram iudice coram quo ageretur si ipse reus conueniretur quia attendi debet causæ naturalis origo non quod accidentaliter contingit. Nam hactenus ostendimus si principaliter cognoscendum esset de qualitate pecuniæ soluendæ quod id fieri deberet coram iudice actionum personalium possetque debitor coram alio iudice conuentus causam ad iudicem suæ personæ retrahere.

Porro certum est quod si creditor hoc ius excipiendi aut soluendi in actionem deduceret quod ea proponi deberet coram iudice debitoris quæstio enim de qualitate pecuniæ soluendæ personalis est per eam enim creditor seu actor intendit sibi dari oportere. *text. § appellamus instit. de act.* Ideoque ea actio coram iudice earum actionum quæ sunt in personam venit proponenda.

Sexto priuilegio Eugenij Papæ membra secundarij cleri Diœcesis Leodiensis neque agendo neque defendendo ordinarij iurisdictionem prorogare non possunt. Quinimo Pontificum priuilegijs quæ notoria sunt & motu proprio concessa iurisdictioni Conseruatoris actiue & passiue sunt subiecta.

Septimo debitor volens offerre pecuniam debitam potest id facere coram suo iudice non coram iudice creditoris. *Boerius decis. 114. num. 9. his verbis.* Si debitor velit offerre pecuniam debitam & creditor recuset recipere & debitor velit eam deponi facere autoritate iudicis ne vllam moram vel pœnam incurrat secundum formam. *l. acceptam C. de vsur.* quis erit super hoc iudex competens & sic an debitor sequi forum creditoris an vero forum debitoris deteneatur & concludit. *Baldus in d. l. acceptam 13. quæst.* quod forum iudicis rei debitoris non forum creditoris quia debitor iudicem adijt vt reus & non vt agens.

per

per text.in l.In contractibus C.de non.Num pecu.DD.in cap. Rom.§.contrahentes de foro comp.in 6.Ita Boerius.

Octauo extant nostra memoria sententiæ & præiudicia ab officiali Leodien. qui iurisdictionem suam exercuit in causis reorum qui iurisdictionem suam præuenerunt sublata hoc modo actoribus eligendi iudicem facultate. Idque non mirum cum vigilantibus iura soleant subuenire. *l.pupillus ff qui in fraudem.* Quod ipsum hoc in facti contingentia coram Conseruatore in praxim vsumque forensem deduci posse suadet analogia & proportio vtriusque fori, *de qua Præses Euerardi in locis legalibus loco à proportione, & nos etiam alio in loco lib.1.de iurisdict.ord. in exemp.quæst.45.*

Nono & consequenter opponentes post impetrationem mandati à conseruatore agendo realiter in præiudicium mandati à conseruatore impetrati attentasse dicendi sunt quando enim per primum iudicem est inhibitum vti hoc in casu non potest coram secundo iudice de eadem re alia actio institui. *Lancelot. p 2 c.4 limit.2.n 62.*

Ratio, Quia inhibitio facit attentatum redditque illicitum quod alioquin esset licitum. *Lancel.num.65.* Hinc est quod executio facta vigore executorialium aut brachij sæcularis legitime obtenti dicatur attentata. *Lancel part.2. cap.20.ampl. 5.& 6.* instrumentoque guarentigiato vel in forma cameræ expedita superueniente inhibitione executioni demandari non possunt. *Lancel.cap.16.n.13.& 14. Massa Galesius ad stir.camer.oblig particula 4 q.3.n.5.& seqq.*

Idque adeo verum vt neque agenti ad reuocationem attentatorum obstet exceptio non iuris nisi tamen de eius non iure constet per eius confessionem secus si aliunde constaret de non iure vt puta ex probationibus vel aliter. Nam ius reuocandi attentati potius causatur ex facto & culpa attentantis quam ex aliquo iure quo cohæreat illi contra quem attentatur.

Quare concludo bileta laicalia attentatorum iure esse reuocanda vlteriusque esse decernendum & declarandum opponentes pœnas in mandato tactas incurrisse per late tradita à Roberto Lancelotto *de attentatis cap 31.num.371.& seqq.& & part.2.cap.20.in præfatione num.10.fol.404.*

CONSILIVM II.

Nec quæstio dominationum vestrarum arbitrio commissa magni momenti est si iurisdictionis punctum de quo disceptatur inspiciamus sed longe maioris est curæ & momenti si periculum animæ consideretur.

De iurisdictionis puncto ad peluim vsque prioribus in scriptis tractatum est parergos tantum hic dictũ esto Conseruatorem datum ad propulsandas iniurias exemptorum posse etiam cognoscere de causis ipsorum debitorum nam nõ soluendo

constitutiones ei aduersantes propter clausulas irritantes ei insertas inficiat & irritet etiamsi illius violatores regali aut imperiali splendore fulgeant, *Gregor. Sayrus d. lib. 3. cap. 25. nu. 10. & 11.* certo certius est quod clerus exemptus contrarijs constitutionibus obediendo aut eas acceptando nihil agat exemptioni enim & suæ libertati quæ sua non est sed Papæ renuntiare non potest, *tex. cap cum tempore vbi Abb. & DD. de arbitris*, idque satis euincitur ex constitutione *Martini V. incipit ad repr imendas in verbis etiam occasione cuiuscumque submissionis*. Interim si 14
neque iudices tuti sint vt hac Bulla certe neque etiam ipsemet partes non modo quæ agendo aut conueniendo in libertatem Ecclesiasticam impingunt. Sed ne quidem pars ea quæ conniuentibus oculis sese ad eiusmodi iniquum examen aut iudicium incompetens trahi patitur nã & partem ream non reclamantem incidere in Bullam Cœnæ Domini aperte respondit Martin. Mauar. *cons. 1. quest. 41. n. 81. de constit.* Denique ab hoc etiam censurarum fulmine non possumus eximere aduocatos procuratores vel alios quoscumque causarum institores qui studium laborem operam impendunt eis qui in Ecclesiæ iura priuilegia libertates insumunt vti etiam in explicatione bullæ Cœni Domini censuit Cardinalis Toletus Alphonsus Vinandus *nu. 7.* patrocinando enim causæ illicitæ auxilium & fauorem quis præstare censetur inquit Ioannes Anania, *in cap. si aduersus num. 2. & 5. de hæretic.* qua de re quoque extat horrenda constitutio *Martini V. incip. ad reprimendas in hæc verba.* Ad reprimendas & infra hos igitur aduersus talia præsumentium temeritatem remedia imponere & super his salubriter prouidere cupientes hac nostræ irrefragabili constitutione perpetuo duratura tenore præsentium statuimus decernimus & etiam ordinamus quod omnes & singulæ personæ Ecclesiasticæ sæculares & regulares quauis perfulgeant dignitate quæ aliquam personam Ecclesiasticam in actione reali mixta vel personali ciuili vel criminali etiam occasione cuiuscumque submissionis vel alias ad forum siue iudicium laicale directe vel indirecte trahere præsumpserit causam ipsam & omne ius in re vel ad rem causa vel occasione huiusmodi quomodolibet competens pœnitus amittant & singulares personas easque illi in præmissis cohærentes & cernentes excommunicamus & nihilominus omnes & singulos iudices laicos & laicales personas postquam exceptum fuerit de non iurisdictione eorum aut euidenter appareat eiusmodi cognitionem ad eos de iure non spectare talia præsumentes vel ratam habentes vel eis facientes dantes auxilium vel fauorem cuiuscumque dignitatis gradus vel conditionis existant excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto nullosque ab ijsdem sententijs palium quam per Romanum Pontificem præterquam in mortis articulo absolui valeant siue possit quodque etiam procuratur fiscalis causarum curiæ cameræ Apostolicæ contra culpabiles in præmissis desuper summariæ informatione pra habita

Qq se vel

se vel alium seu alios agere & procedere possit & valeat hactenus constitutionis verba quæ non solum ligat in vrbe sed etiam per totum orbem quia quælibet ordinatio Papæ habet vim legis generalis vt dicit Geminianus, *in cap. fin. in 2. not. per*
16 *illum textum de haret. in 6.* & ideo *Paulusde Elezar. in prœmio Clement.* dicit sufficere quam libet constitutionem Papæ publicari Romæ quæ est caput omnium Ecclesiarum & orbis nec requiritur inquit quod in singulis locis fiat publicato & eiusdem sententiæ *est Gomes in præmio reg. Cancell. & Nau. cons. 1. de constit.* Quare vt multa in pauca conferam redeamque vnde diuerti iterum concludo conseruatorem in prima instantia de causis exemptorum siue actiue seu passiue posse cognoscere quod præter præcitatis respondit Nauar. *cons. 4. de offic. del.* atq; id ex iure scripto & moribus obseruari in Francia refert Nicolaus Boerius, *ad consuet. Bitur. tit. 2. §. 3. glo. 4.* multo magis vero in conseruatoria Abb. S. Laurentij à S. D. N. Papa concessa huius verba adeo sunt clara perspicua & certa vt nulla interpretatione in ambiguum dubiumue sensum contorqueri possunt. Quibus rationibus moti clariss. Domini bene prudenterque fecerint & equo Ioue quod dicitur indicauerint si iuxta desiderium nostrum tot pragmaticorum responsis comprobatum pronuntient.

QVÆSTIO CENTESIMA DECIMA OCTAVA.

Scholaris Louaniensis an possit coram conseruatore Priuilegiorum suæ academiæ euocare & conuenire alterius academiæ scholarem aut exemptam.

PRoposita fuit mihi nuper hæc quæstio in qua respondi non posse. Porro quia responsum illud non pauca in iure forensique vsu non infrequentia complectitur censui ne actum agam illud vnicuique librandum proponere ac alterius cuiusuis acutius meliusque sentientijs iudicio subijcere.

CONSILII SVMMARIVM.

1. *Conseruatores Louaniensium priuilegiorum iurisdictionem non habent in exemptos cleri secũdarij diœcesis Leodiens.*
2. *Scholaris vnius Academiæ à scholari alterius Academiæ non potest euocari.*
3. *Priuilegium cleri secundarij est validius priuilegio scholaritatis.*
4. *Priuilegium commune est validius priuilegio speciali.*
5. *Scholares forum rei sequi debent.*
6. *Scholares de lucro captando exempti vero de damno vitando certant.*

Exem-

VIsis atque ad iurisprudentiæ incudem reuocatis processibus inter Reuerendum Dominum Ioannem de Soye præpositum & Canonicum B. Mariæ Cinacensis diœcesis Leodiensis nunc appellantem & M. Martinum veris appellatum in secunda instantia coram Reuerendo admodum Domino Decano S. Seruatij Traiectensis pendentibus talis proponitur hypothesis.

M. Martinus veris scholaris Louaniensis cessionarius anni reditus 30. florenorũ 66. vocat in ius coram conseruatore priuilegiorum vniuersitatis Louaniensis D. Ioannem de Soye præpositum & Decanum B. Mariæ Cinacensis Diœcesis Leod. tandemque post varias hinc inde forenses vexitationes D. Ioannus de Soye à conseruatore condemnatur. Huic appellatio ad summum Pontificem est interposita qui eam Decano S. Seruatij commisit coram quo primæ instantiæ actis prius perlustratis libellum appellatorum formaui duplicis speciei exceptionis siue grauamina complectentem. Nullitatis nimirum iurisdictionis & sententiæ conseruatoris ea in causa latæ deinde iniquitatis etiam atque iniustitiæ eiusdem sententiæ. Nullitatis quæstio bimembris est prior. Num conseruator priuilegiorum vniuersitatis Louaniensis iurisdictionem sibi possit vindicare in exemptos cleri secundarij diœcesis Leodiensis qui ab omni iurisdictione ordinaria & extraordinaria exempti sunt atque S. sedi immediate subiecti sunt vti est appellans.

Posterior. Num sententia in fauorem M. Martini lata eo etiam ex capite nulla dici possit quod sine actione expertus sit.

Quo ad prioris membri nullitatem videretur cuipiam prima facie conseruatorem Louaniensem iurisdictionem habere in exemptos cleri secundarij Diœcesis Leodien. ob clausulas illas prægnantes priuilegijs Louaniensium de prima instantia anni 1469. Nonis Maij insertas scilicet, dummodo Apostolicæ sedis

officiales non sint prӕterea non obstantibus quibusuis alijs constitutionibus & ordinationibus Apostolicis quibuscumque seu si indultum sit quod interdici supendi vel excommunicari non possint. Verum re exactius perpensa placuit magis iurisdictionem non habere in exemptos huius Diœcesis multis equidem ex causis.

1 Prima, Quia exemptio cleri secundarij diœcesis Leodien. amplissima etiam est ab omni iurisdictione ordinaria & extraordinaria cum energia & pondere quarumcumque clausularum contraria priuilegia irritantium vti liquet ex diplomate Nicolai Papӕ 1451. 4. idus octobris & Sixti Papӕ anno 1425. septimo Kalendas Nouembris. Quo fit vt scholares Leodiensis qui priuilegiati sunt priuilegio suo contra exemptos Diœcesis Leodiensis pariter priuilegiati sunt vti non possunt, *l. sed & milites ff. de excus. tut. l. verum §. sciendum cum l. seq ff. de minorib DD. l. priuilegia ff. de Priuileg. cred. late Tiraq. de pia causa priuileg. 26. vers. sed quod cum seqq. collect. cum & plantare num. 10. de priuileg.* eaque ratione vnius academiӕ scholarem ab alio academiӕ scholari euocari non posse censuit, *Peckius de iure sistendi. cap. 5 num. 4.* & ante eum *Imbertus instit forens lib. 1. cap. 27.* quod & ab analogia fori quӕ est inter scholares & exemptos vti alias scripsi, *lib. 1. de iurisdict. ord. in exempt. quӕst. 45.* idem hac in hypothesi est respondendum.

2 Secunda priuilegium exemptionis cleri secundarij longe validius priuilegio scholaritatis illi debet prӕualere. Tum quia exemptiones hӕ sunt in fauorem S. sedis & religionis quietem. *Rebuff. resp. 142. scripsi lib. 1. de iurisdict. ord. in exempt. cap. 1. nu. fin.* Tum quia huic fauori accedit priuilegium commune quo actores
3 forum rei sequi debent, *cap. cum sit generale de foro compt. l. vlt. C. vbi in rem actio.* validius autem est priuilegium commune priuilegio speciali, *DD. l. centurio ff. de vulg. & pup. Tiraq. de priuileg. 26. vers. sed his cap suggestum de decimis.*

Tertia priuilegium Louaniense actiuum de euocando Reum ad suum iudicium iuri aduersatur quia scholaris forum sui debitoris sequi debet, *Bald. auth.*
4 *habita col. 5. vers. sed dubitatur C. ne filius pro patre.* at vero priuilegium cleri secundarij ne euocari possint iuri conforme est, *d. l. fin. C. vbi in rem actio.* proindeque
5 cum scholaris euocant exemptum vigore priuilegij proprii de suo compendio & lucro captando certet exemptus vero cleri secundarii de damno vitando, *l. in eo quod vbi DD. ff. de Reg. iur. l. procus in fin. ff. de dam. infecto DD. l. 1. §. Lucrat. C. de impon. Lucr. descript. lib. 10.* non potest Louaniensis suo priuilegio vti euocan-
6 do exemptum qui de damno vitando certet, *Bald. auth. perpetua C. de sacros Eccles. Angel. §. rursus instit. de act. Retr. e Archar. cons. 36. Tiraq. de priuileg. 26. vers. sed his continuo.*

7 Quarta exempti dicti cleri secundarii priuilegium habent speciale ne coram quo-

quopiam conueniri possint quam coram summo Pontifice aut eius speciali ad-hoc delegato vti multis in locis ostendi in tractatu de iurisdict. ord. in exemptos.

Quo fit vt scholares priuilegium habentes euocandi suos debitores coram iudice scholarium eiusmodi priuilegio vti non possint aduersus eiusmodi exemptos cleri secundarij dioecesis Leodiensis priuilegio enim speciali derogatum non censetur per generale priuilegium nisi fiat de eiusmodi priuilegio mentio specialis, *cap. Pastoralis § fin. de rescript. cap. generi de Reg. iur. in 6. l. decurionibus vbi glo. C. de silentia lib. 12. Bald. l. non plures C. de sacros. Eccles. Iacob. de S. Geminiano l. 2. § omnes col. 2. vers. addite ff. de iudicijs Henricus Ferendat. in addit. ad repert.* 8
Io. de Milis verb. priuilegio speciali.

Quinta in concursu plurium Priuilegiorum illud praeualet quod est fauorabilius, *cap. ex litteris de praebend. Io. Graufredus seu collect. cap. cum & plantare num. 10. de priuileg. Io. Andr. cap. volentes eod. tit. in 6. Bald. auth. habita Col. 6. vers. Et* 9
quaero si scholaris C. ne filius pro patre, fauorabilius porro est priuilegium exemptionis dicti cleri concessum non modo fauore S. sedis cuius interest habere multo sibi immediate subditos, *Clem. Pastoralis de re iud. Rebuff. resp. 142. scripsi lib. 1. de iurisdict. ord. in exemptos quaest. 1. num. 17.* Sed & fauore religionis vt exempti sub vmbra & protectione S. sedis quietius liberiusque religioni vacent, 10
cap. luminoso quam sit 18. quaest. 2. Rebuff. d. resp. 142. Summa autem ratio est quae pro religione facit. *l. sunt personae in fin. ff. de Relig. &*
sumpt. 11

Sexta Iurisdictio in exemptos cleri secundarii est Papae reseruata quae reseruatio aequipollet auocationi & approbationi manuum Pontificis alicui causae cum clausula irritante iurisdictionis aliorum quorumcumque iudicium tam ordinariorum quam extraordinariorum, *scripsi lib. 2 quaest 5. nu. 12. & seqq. de iu-* 12
risdict. ord. in exempt.

Septima, Maximilianus Imperator anno 1518. Iunij 24. priuilegia libertates exemptiones Ecclesiae patriaeque Leodien. approbauit eamque in suam protectionem recepit postmodumque Carolus V. Imperator priuilegium illud Maximiliani sui aui ac etiam de non euocando subditos in prima instantia extra pa- 13
triam confirmauit atque innouauit anno 1521, Iulii die 27.

Quin autem exempti diuorum horum Imp. constitutione & priuilegio comprehendantur dubium non est. In fauorabilibus enim priuilegia & constitutiones Caesariae ad clericos & exemptos extenduntur, *cap. Ecclesia S. Mariae vbi Abb. nu. 25. de constit. Bald. auth. habita col. 1. vers. sed poena & vers. item cum aliquid conceditur C. ne filius pro Patre.* Porro non obstant praegnantes illae clausulae quas supra ex priuilegijs Louaniensium adduxi.

14 Etenim quo ad illam, Dummodo Apostolicæ sedis officiales non sint. Licet ampliare videatur Priuilegium Louaniense vt comprehendat omnes alios exemptos præter officiales S. sedis qui exempti sunt, *scripsi lib. 1. de iurisdict. ord. in*
15 *exempt. quæst. 32.* quia exceptio ampliare & firmare solet regulam in casibus non exceptis, *l. nam quod liquide § fin. ff. de penu. leg. l. quæsitum § deinde in fine ff. de fundo inst. leg.* hac tamen in hypothesi talis interpretatio sumi non potest. Ratio est quia cum exempti cleri secundarii specialiter sint exempti exceptio officialium S. sedis à regula seu priuilegiaria dispositione concessa Louaniensibus non potest ita ampliare regulam illam vt comprehendat exemptos dicti cleri secundarij speciali reseruatione exceptos seu exemptos, *Clem. exim. de Paradiso § deinde vbi Card. de verb. sig. l. serui nomine vbi glo. ff. de vsucap. l. 1. § seruum ff. de acq. poss. l. ob. &*
16 *vbi glo. C. de prædijs minor. præses Mechliniensis in locis legalib. loco ab exceptione ad regulam Limit. 2.* Nam & in priuilegiis arguere non licet à maioritate rationis, *Card. Clem. ne Rom. in 4. oppos. de elect. Dyn. cap. plus semper de Reg. iur. in 6. præses Euerhardi in locis legalib. loco à minori vers. non procedit.* vt à subaudito seu contrario sensu eadem in materia ratiocinari permissum est, *cap. licet vbi glo. & DD. de priuileg. in 6. præses idem loco à contrario sensu vers. quinto quæro.*

17 Similiter non obstant clausulæ quas DD. vocant non obstantiarum insertæ priuilegiis Louaniensium. Quia eadem clausulæ insertæ sunt priuilegiis exemptionum cleri secundarii Diœcesis Leodien. ideoque succedit teoria priuilegiatum contra priuilegiatum non vti priuilegio signanter considerata maiori fauore exemptionum cleri secundarii de quo hactenus dictum est. *Gem. cap. 1. § id ipsum nu 3. de priuileg. in 6. vbi etiam Franc. Io. Andr & alij Bald. auth. habita col.*
18 *6. vers. & quæro si scholaris C. ne filius pro patre.* in concursu enim priuilegiorum illud quod potentius est atque fauorabilibus præponderat, *dec. l. si Rufinus num. 13. C. de test. milit.*

Quo etiam in articulo in considerationem venire non potest an alterum altero priuilegio sit prius aut posterius quemadmodum enim priuilegium antece-
19 denti pacto præiudicare non censetur, *cap. 1. de pactis in 6. vbi Geminia. num. 8.* ita nec priuilegium priuilegio nisi de enixa eaque certissima priuilegiantis voluntate compertum sit. *Chaldæus cons. 1. de priuileg. Gem. d. cap. 1. nu. 8.*

20 Rursus non obstat alia clausula seu si indultum sit quod interdici suspendi vel excommunicari non possunt. Tum quia eadem clausula inserta etiam est priuilegio cleri secundarii quod vt ante dixi magis fauorabile præponderat priuilegio scholaritatis. *Barth. d. auth. habita col. 5. & quæro si scholaris.* Tum quod ab hac clausula ad iurisdictionem fori contentiosi argumentari non possit, *scripsi lib. 2. quæst. 49. de iurisdict. ord. in exempt.*

Vnde consectarium est sententiam conseruatoris Priuilegiorum Louaniensium

ßum latam in D. Ioannem de Soye ab omni iurisdictione ordinaria & extraordinaria exemptum ſanctæque ſedi reſeruatum immediateque ſubiectum, *ſcripſi lib. 2. quæſt. 5. num. 10. vſque 16. de iuriſdict. ord. in exempt.* non obſtante iudicij iſtius prorogatione nullitati ſubiacere vti ego permultis rationibus atque autoritatibus diuerſis in locis comprobaui, *de iuriſdict. ord. in exempt. lib. 2. quæſt. 7. 10. 40.* quas ne ſim fuſior hic opere pretium duxi non repetere.

Quæ nullitas in cauſa appellationis quæ reponere ſolet cauſam ad terminos litis conteſtatæ, *l. per hanc C. de temporibus appell. recte* coram V. R. nunc refricatur quippe quod de eiuſmodi nullitate ex defectu iuriſdictionis in exemptum ſemper dici poſſit. *Guido quæſt. 275. nu. 4. & ego d. quæſt. 7. 10. 40.*

Succedit ſecunda eiuſmodi ſententiæ à qua nullitas quæ ex ipſis Louanienſium Priuilegiorum indultis hauritur in quibus & ſignanter priuilegio anni 1500. Decembris die 17. hæc adſcribitur clauſula. Item non permittitur agi ſuper tranſportu cuiuſcumque debiti quod neglectum fuerit ſedecim annis.

Nullitas inquam aperta eſt huius ſententiæ quia apud acta comperitur M. Martinum veris actionem inſtituiſſe coram conſeruatore anno 1616. in Martio aduerſum Dominum appellantem pro conſequenda ſolutione aſſerti reditus quem prætendit fuiſſe conſtitutum anno 1587. Februarij 19. Qui quidem reditus cum ob nullam illius vnquã ſolutionem curſu annorũ viginti ſeptem ſit exoletus præſcriptioneque extinctus vti etiam appoſite docet, *Areſtographus Papon. lib. 12. tit. 3. des preſcriptions arreſto 9. in hac verba, Si l'achapteur d'vne rente à priz d'argent, demeur dix ans, eſtant preſent, & demeurãt en meſme Prouince ſans la leuer demander ou faire innouer par obligation à part: ou vingt ans, s'il eſt abſent: la dicte rente luy eſt perdue.* Dicendum eſt dictũ Martinũ veris coram conſeruatore ſine actione egiſſe & conſequenter ſententiam conſeruatoris nullitati ſubiacere, *l. Bibius in fine ff. de pactis dotal. Mantua ſing. 321. Rom. conſ. 224. ſi Pupilli §. videamus ff. de neg. geſt. l. quoties §. item ſi ff. de adm. tut. l. 1. ff. de offic. aſſeſſ.* debetque iudex ita nulliter ſine actione agentem ex officio à iudicij limine atque progreſſu repellere, *Rom. d. conſ. 224.*

De viribus porro ſtatuti iſtius Louanienſis ambigendum non eſt vti ex facto cõſultus reſpondit, *Alex. conſ. 170. lib. 7.* ſed eſt vti æquum atq; rationi conſonũ in vtroq; foro tã ciuili quã Eccleſiaſt. obſeruandũ. *Ang. conſ. 136. Alex. d. conſ. 170. n. 3.* Cum itaq; dictum ſtatutũ ſit prohibitiuum actionis dicendum eſt Martinum ſine actione egiſſe & conſequẽter iudicium ſententiamq; ſubſequentẽ eſſe nullã, *Bal. l. iubemus §. ſane col. 3. verſ. quædam eſt iuriſdictionis prohibitiua C. de ſacro Eccleſ. 6. Tiraq. ad l. ſi vnquam verb. reuertatur nu. 173. 175. & 176. verſ. 79. fallit. in verbo non audiatur Mantua d. ſing. 321.*

Et quidem hiſce rationibus detecta iſtius ſententiæ nullitate deſcendo nunc ad il-

ad illius iniquitatem quam etiam breuius tamen detego rationibus autoritatibusque sequentibus. In primis quidem licet ex aduerso producatur transportus anni 1587. Febr. 19. pro quo videtur inducenda probatio quam diu de extinctionis seu resolutionis illius causa non docetur, *l. cum de indebito ff. de probat. Tiraquel. de præscriptionib. §. 1. & glo. 4. vers. 14. in verb sunt tamen*, attamen subsistente statuto non modo Namurcensi vnde hypothecæ reditus controuersæ moueri prætenduntur sed & Louaniensi extinguentur reditus & actiones quæ circumscripto in eo statuto tempore non exiguntur aut in iudicium deducuntur nullus hoc in articulo cuipiam superesse poterit scrupulus nisi quis vt aiunt nodum in scirpo quærere voluerit signanter porro considerata temporis intercapedine non sexdecim annorum quæ præscribunt priuilegia Louaniensium sed viginti septem vti ante ostendimus ex quibus extinctio seu oblitteratio dicti transportus præsumptione quadam iuris vehementissima à statuto formata inducitur cum non sit non verisimili creditorem tamdiu ab exactione sui crediti cessauisse si illico statim à creatore extinctam obliteratamque non fuisset, *Menoch. de pres. lib. 3. pres. 135. nu. 3. & 19. Castr. cons. 58. nu. 4. lib. 2. Dec cons. 596. nu. 9. in fin. Paris. cons. 137. nu. 12. lib. 4. late Simon. de Pretis. cons. 68.*

In idq; collineauit suprema Parisiensium curia dum decimarij tempus hypothecarijs creditoribus inter præsentes inter absentes vero vicennij præscripsit censens nunquam tamdiu creditorem taciturum nisi ei manu quod aiunt breui aut aliter solutione aliqua clancularia fuisset satisfactũ idq; merito optimo ne quod reip. interest actiones vt & dominiũ maneant semper in incerto, *Instit. §. 1. de vsucap. & l. 1. & seqq. eod.* Itaque vt paucis multa complectar obstat appellato temporis exceptio præscripta à statuto Namurcensi imo & Louaniensi quæ est peremptoria & litis finitæ, *l. transacta l. vt sunt ff. de verb. sig.*

Succedit & alia exceptio peremptoria intentionis aduersarij quæ elicitur & ventre eorundem priuilegiorum Louaniensium. Nimirum cessionem ex qua præsens actio est coram conseruatore instituta non esse ex linea directa sed indirecta & proinde iuxta cõstitutionẽ Maximiliani Imperatoris editã Bruxellis anno 1495. Aug 16. efficacẽ scholari ex eiusmodi cessione indirecta nõ dari actionẽ.

Sed obijcietur forsan ex aduerso cessionem controuersiam non esse omnino indirectam sed partim directam partim indirectam à matre scilicet & auunculo respectiue in filium & nepotem factam. Verum eo non obstante respondeo cessionem hanc partim directam partim indirectam censeri debere simpliciter esse indirectã & proinde sub constitutione Imperatoris Maximiliani aliorũq; Priuilegiorũ seu statutorũ Louaniensiũ prohibentiũ cessiones indirectas cõprehendi.

Ratio est quia quãdo concurrũt duæ causę dispositiones aut cessiones quarũ vna permissa est altera vero prohibita illa quæ prohibita est præualere debet efficitq;

alteram

alteram quæ alioquin prohibita non est esse prohibitam, *l. 1. §. suspecti ff. de suspec. tutor. Ias in l si Ruffin num. 4. vbi Dec. nu. 7. C. de testam. milit. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 29. nu. 62.*

Porro vti iam dixi concurrit hic cessio directa matris in filium non prohibita cum cessione auunculi indirecta in nepotem prohibita quæ proinde totam hanc cessionis dispositionem reddit prohibitam ad instar priuilegij prohibitiui cum permisso priuilegio concurrentis quo in concursu præualere solet prohibitiuum, *Decius d. l si Rufinus nu. 5. C. de testam. milit.* Vixque est vt refricetur id cessare cum dispositio permissiua potentior est dispositione prohibitiua, *dec. d. l. si Rufinus Menoch. d. præs. 29. nu. 64.*

Respondetur enim cessiones iure signanter Canonico suspectas esse fraudis atque simulationis. *cap. ex parte de alienat. mutandi iudicij causa facta vbi glo. Baptista de Blasio in contradictionibus iuris Canonici & ciuilis artic. 96. vol. Oce. 1. fol. 157.* signanter porro eæ omnes quæ iudicij mutandi causa fiunt eas enim siue alinea directa procedant siue indirecta quia debitori supponunt creditorem cuius priuilegio debitor forum suum mutare compellitur iure eas velut dispositiones odiosas improbant atque detestantur, *cap 1. & 2. vbi Abb. & DD. de alienat iu. iu. mut. causa facta l. 1. & 2. ff. eod. tit.* permittuntque debitori facultatem exceptionis ope cessionarium talem repellendi vel certe pro eius arbitrio pro eo quod eius interest conditionem eius ob fori mutationem deteriorem esse redditam iudicio aduersus cedentem experiendi, *Abb. d. cap. 1. nu. 6. in fin.*

Non potest itaque sustineri indirecta hæc cessio cum directa concurrens. Tum quod vtraque careat iuris scripti fomento, *Abb. d. cap. 1. nu. 6. in fin.* Tum quod concurrēte causa quæ prodest & causa quæ nocet præponderare solet ea quæ nocet, *l. 1. §. fin. vbi glo. & DD. ff de Sal. Petr. Gerardi sing. 42.* concurrenteque eadem in dispositione odio & fauore ea simpliciter censeri debet odiosa, *DD. cap. vlt. de verb. sig. Bald l. 1. Col 1. ff. de const. Prin.* Et quidem signanter facultas hęc euocandi reos ad suos iudices velut iuri contraria, *Bald. d. auth. habita col. 5.* omnis enim constitutio iuri repugnans iuris est odiosi, *scripsi late lib. 1. quæst. 4. de iurisdict. ord. in exempt.* Nec etiam ita scholaribus fauendum est vt alijs iniqua conditio inferatur, *cap. ex tenore de foro compet.* alioquin certe cum aliena iactura atque incommodo locupletarētur quod iuris ratio non admittit, *cap. locupletari de Reg. iur. in 6.* consequenterque in concursu cessionis directæ atque indirectæ ea simpliciter censeri debet odiosa atque prohibita, *Menoch. & DD. supra allegati.*

Multis proinde alijs rationibus de industria ne tantologiæ reprehendar omissis concludo sententiam conseruatoris iudicis à quo decernendam esse nullam & iniquam Dominumque appellantem ea reformata ab impetitione Martini veris appellati absoluendum cum auctorio victoriæ omnium expensarum.

QVÆSTIO CENTESIMA DECIMA NONA.

Conseruatorum sententias an alij iudices exequi teneantur.

SVMMARIVM.

1. *Executioni sunt demandandæ sententiæ conseruatorum.*
2. *Executioni non sunt demandandæ sententiæ nullæ.*
3. *Sententiæ per appellationem suspensæ non sunt exequendæ.*
4. *Sententia lata secundum statuta loci particularis non est in alieno territorio executioni demandanda.*

1 LOnge & late materiam hanc examinatam reliquit Cardinalis Tuscus, *in com.concl. verb.executio & verb.iudex.* Paucis ego executioni demandandas existimo sententias quas conseruatores in suis requisitorialibus litteris enarrant suæ esse cognitionis atque iurisdictionis idque nisi manifeste constat
2 processum conseruatoris esse nullum, *Anchar.cons.382. DD.cap.de cætero de reg. iur.* explosa nimirum Bartholi sententia existimantis ciuilem iudicem cognoscere posse de iustitia sententiæ & processus iudicis ecclesiastici, *in l.diuus ff.de Castr. reor.l.magistratibus ff.de iurisdict.om iud.*

3 Quod limito nisi à sententia conseruatoris afferatur appellatum, *Abb.& DD. cap.1.de offic.ord. Albert.l.Episcopatu C.de Episc.aud.* Idque nisi talis sit sententia quæ non obstante appellatione executioni debeat demandari *Argenter ad cons. Britanne.Tit.de iustices art.5 fol.16.littera C.* Denique iudicem vnius territorij non
4 teneri executioni demandare sententiam iudicis alterius territorij latam non secundum ius commune sed secundum statuta loci iudicis executionem requirentis tradit Hippolitus de Marsilijs, *sing.138. Vbertus de Bonacursu in sua praxi tit. de impedimentis executionem vers.7. vbi late Apost.* quo loci gloriatur hac se cautela multas executiones elusisse. Qui huius farinæ plura videre gestit legat Cardinalem Tuscum, *loco iam laudato Vincentium Carocium tract.de Remedijs aduersus damnosas executiones.*

QVÆSTIO CENTESIMA VIGESIMA.

Iudices Leodienses an & quibus casibus ad executionem sententiarum per conseruatorem Academiæ Louaniensis latarum teneantur.

SVM-

SVMMARIVM.

1. *Fœdus inter Episcopum Principem Leodiensem & Brabantiæ Ducem.*

DE iure hic disquirere non statui sed placita tantum quæ inter Reuerendissimum Serenissimumque Ferdinandum Episcopum & Principem nostrum Leodiensem ac summæ memoriæ Albertum Brabantiæ Ducem stabilita sunt breuiter hic euulgare ac è tenebris in lucem vendicare proposui. Quæ quidam conceptis hisce verbis proponuntur.

RECES DE LA CONFERENCE TENVE A Maestricht entre les Commissaires de deux Princes Liege & Brabant 17. Nouembre 1615.

COmme ainsi soit qu'a l'instance du Serenissime Electeur du Colloigne Euesque & Prince de Liege les Serenissimes Archiducqz Ducqz de Brabant Ayent par leurs lettres patentes du 26. de Iullet dernier passe commis & depute messires Piere Pecquius Cheualier leur Cancellier de Brabant de leur Conseil Priué & surintendent de la iustice militaire Charles Malineus President de leur Chambre des Comptz, & Iean Baptiste Maes Conseillier & Aduocat fiscal de leur Conseil de Brabant pour auecq les commis dudit Prince Electeur entrer en communication & conference sur plusieurs difficultez & differens tant de iurisdiction & limites qu'autres muez entre leur pays de Brabant & de Liege, Ayans à ces fins par lettres patentes dudit Prince Electeur en date du 29. d'Apuril dernier esté deputez messires Christophre de blocquerie Chanoine de l'Eglize Cathedrale de Liege son Chancellier Godefraye de Bockholt Sr. dudit lieu Cortesem & Orey de son Conseil secret & Francois Diffius aussi dudit Conseil secret & son Aduocat fiscal lesditz commissaires des deux Princes apres auoir par l'espace de quelques mois vacque & entendu à ladite confrerence en la Ville de Maestricht y examine bien & au long lesditz differens ouy ceux qui faisoint sur ce à ouyr veu & visité plusieurs proces auec les appointemens & sentences y rendues par les iuges de l'vn & l'autre desditz Pays prins inspections oculaires d'aucuns lieux contentieux & faire autres debuoirs à l'esclercissement des matieres mises en dispute, Ont en fin à meure & grande deliberation par aduis commun prins & arresté les resolutions reglemens & reces cy apres particulierement declarez. 1

Et post multa.

Comme l'experience at faict cognoistre qu'entre les suiectz desdictz pays de Brabant & de Liege plusieurs differens ont cy deuant esté muez & se pourroient mouoir à l'ad-

l'auenir au grand retardement du iours & execution de la iustice es cas & matieres de iurisdiction cy apres specifiees lesdicts commissaires cy voulant pourvoir & remedier ont conclu & resolu ce que s'ensuyt.

Premierement que les poursuyttes reeles non procedans d'actions personnelles intentees ou qui s'intenteront pardeuant les iours & iustices ordinaires dudict Pays de Liege sur fondz y gisants & situez ne seront doresnauant empeschees ny retardeez par mandemens cassatoires ou autres prouisions du conseil de Brabant non obstant que les proprietaires desditz fonds soient Brabancons mais leurs Recepueurs Seruiteurs & fermes de telz fondz ne porront estre conuenus à raison des fruictz & leueez d'iceux sinon pour autant qu'ils les aureient perceuz de puis l'insinuation faicte à leurs personnes desditz procedures & poursuyttes.

L'on n'accordera aucunnes lettres de cassation au preiudice de la iurisdiction dudit Pays de Liege à personnes estrangeres n'ayans residence ou domicille en Brabant.

Les causes personeles intentees contre ceux demeurans & residens actuelement au Pays de Liege au temps de l'action encommencee ne seront empeschees par prouisions cassatoires ou autres semblables dudit Conseil encores que les adiournez se soient depuis retirez ou ayent prins residence au Pays de Brabant.

La reparation des dommages faiz par les bestiaux des Brabancons sur les fondz de Liege & au contraire appartiendra dicy enauant à la cognoissance des iuges du fond ou le dommage aura esté fait.

Les sentences des iuges de l'vn ou l'autre desditz Pays rendues contre Brabancons ou Liegois ayans recognu & prorogue leur iurisdiction sans que deuant la prononciation d'icelles il y at eu opposition de la part des Princes sortiront leur plain & entier effect sans preiudice de la iurisdiction desditz Pays au regard d'autres parties.

Mais s'il arriue que deuant les sentences rendues l'vn ou l'autre des Princes ayt fait mettre empechement à telles procedures pour la conseruation de sa iurisdiction & que par ce moyen la parte proroganté s'en veulle aussi deporter elle ne pourra estre receue qu'en payant à la partie aduerse tous despens à la taxation du iuge pardeuant le quel aura esté procedé.

Les iuges de l'vn desditz Pays estant requis de faire mettre à execution les sentences des iuges de l'autre passees en force & chose iugee les deburont faire executer au plustost selon les Loiz & coustumes du pays de l'execution en vertu des lettres requisitoriales à eux addressees & deliurees sans donner lieu aux difficultez ou debatz que les condamnes vouldroint susciter contre lesdictes executions soubs coleur de l'iniustice ou iniquité desdictes sentences ny d'exceptions de payement quictance compensation ou autres semblables pour lesquellez ilz seront tenus de pouruoir pardeuant les iuges aiants rendu les sentences & suffira qu'il appareis au iuge requis qu'il y at sentence depeschee

ou

en forme deue & probant selon les loix & coustumes desditz Pays. Que si toutesfois il y auoit de l'obscurite esdites sentences les iuges requis renuoyeront ceux qui en poursuyueront l'execution pardeuant les iuges requerans pour y donner l'esclercissement & interpretation que besoing sera.

Ce que se guardera & obseruera aussi au regard des sentences rendues par le conseruateur des priuileges de l'vniuersite de Louain & mesmement de celles rendues en vertu du priuilege accorde aux estudians de ladicte Vniuersité que l'on appelle priuilegium tractus aux restrictions que sensuyuent. Ascauoir lors que les cessions & transportz sur lesquelz les sentences seront rendues auront esté faictz au suppostz de ladite Vniuersité actuelement y estudians pour continuation & en subside de leurs estudes par leurs parens en ligne directe & non autrement aussi que la somme soit aucunement proportionee a la qualité, L'estudiant & dont l'exaction n'auroit esté differee par l'espace de seize ans que la cession soit de chose ou actions nō defendues par le droict commun & qu'il ny ait simulation ny collusion.

Et tiendront lesditz Commissaires de Brabant la main enuers ceux de ladite Vniuersité qu'ils ayent à donner acte & declaration par escrit qu'il n'entendent de se seruir du priuilege de nomination au preiudice des prebendes & benefices venans à vacquer és moys des ordinaires au dites Pays de Liege.

Comme aussi lesditz Commissaires de Liege continueront de faire bons debuoirs que ledict Euesque & Prince de Liege soit serui de faire instance enuers sa Sainctete de n'accorder à l'aduenir aucuns briefs ny autres lettres Apostoliques en preiudice dudit priuilege de nomination & de l'execution d'iceluy audis Pays selon qu'il se practique au present.

Lon ne pourra donner aucun empechement aux iuges dudit Pays de Liege en l'administration & execution de la iustice criminele contre les delinquans Brabancons saisiz & apprehendez en iceluy Pays de Liege en present meffait ou fraische coulpe ny reciproquement au iuges du pays de brabant contre les delinquans Liegois aussy apprehendez en Brabant.

Et s'il aduenoit que les delinquans se retirassent de l'vn desditz Pays ou ils auront commis les delictz & malefices en l'obeissance de l'autre en ce cas les Officiers du lieu ou les delictz auront esté commis & perpetrez les pourront poursuyure saisir & apprehender en l'obeissance de l'autre Pays ou ils se seront retires en les deliurant à Officier ou Officiers ou ilz seront trouez & prins charges de leurs cas lesquels Officiers seront tenus. En faire incontinent la punition & correction selon les merites des malfaicteurs sans port ou dissimulation & à l'exemple des autres selon ce qui en at cy deuant esté accorde entre les deux Princes par le traicte du 12. de Nouembre Mil Cincq Cent & dixhuict.

A fin d'accomplissement de la promesse cy deuant faicte par feu ue Sa Maiesté

Catholicque de treshaulte memoire de recompenser l'Euesque de Liege & son Eglise du terroir de Mariembourg Philipuille & Charlemont au moyen de la terre & Signorie de Herstal Pays de Brabant & autres Signieuries, lesditz Commissaires de Brabant entendans que sur ce auroient du temps passé esté tenues plusieurs communications & diuerses iournez & assemblees des Deputez desditz Princes, ont requis lesditz de Liege de leur communicquer les pieces ou bien les copies d'icelles qu'ilz en auoient en leur pouuoir. A quoy at esté satisfaict & ne laisseront lesditz Commissaires de Brabant de faire rapport ausditz Serenissimes Archiducques de tout ce que concerne ceste matiere de recompence aussi tost qu'ils seront de retour audit Bruxelles pour y estre prinse la resolution qu'il conuiendrat.

Ainsi faict auisé & conclu par lesditz Commissaires des deux Princes soubz le bon plaisir d'iceux, 27. de Nouembre 1615. estoit signe

Blocquerie, Pecquius, Bockholtz, Malineus,
Fran. Diffius, I. Masius.

Quia autem in præscripto fœdere mensio fit cessionum quæ cum fraude & simulatione non raro finis aut scholares huic breuiter Louaniense statutum adtexto.

EXTRACTVM EX LIBRO STATVTORVM vniuersitatis Louaniensis Tit. de cessionibus actionum in scholares.

CEssiones actionum nisi in casibus à iure permissis non admittantur. Redemptæ vero actiones nulla ratione admittantur, nemo admittatur ad agendam excessione nisi sit ad minus in ea ætate & literarum scientia eo prouectus quod ad grammaticam & pronuntiationem linguæ latinæ progressum fecerit.

Ea duntaxat cessiones admittantur quæ fiunt per patrem in filium aut alia in linea consanguinea ascendente & descendente.

Cum igitur ex actione cessa si in aliqua parte litis appareat actio simulata vel si continet vexationem indiscretam. Actor per vniuersitatem rectorem & deputatos requisitus penitus ab agendo desistat vel causam suspendat prout requiretur. Quod si per triduum facere negliget tanquam priuilegiorum abusor ad arbitrium rectores puniatur scholares eam pecuniam quam ex actione cessa deductis litis expensis obtinebit in vniuersitate studendo expendat nisi ex aliqua causa rationabili superueniente cum eo fuerit per vniuersitatem vel Rectorem deputatos dispensatam.

QVÆ-

QVÆSTIO CENTESIMA VIGESIMA PRIMA.

An exemptus cui de aliquo Canonicatu prouisum est possit aduersus Capitulum, mandata de immittendo in possessionem Canonicatus & Præbendæ à conseruatore impetrare.

SVMMARIVM.

1. *Conseruator est iudex in prima instantia.*
2. *Signatura simplex non impedit executionem Bullæ.*
3. *Gratia est informis litteris necdum expeditis.*
4. *Beneficium conferri potest non obstante signatura supplicæ.*
5. *Iudicandum non est iuxta tenorem supplicæ.*
6. *Praferendus est is qui potiora iura ostendit.*
7. *Vigilantibus iura subueniunt.*
8. *Præcista debet gratiam intra mensem acceptare.*
9. *Nuntius non potest executionem gratiarum Apostolicarum impedire.*
13. *An alphabetus est beneficiorum incapax.*

NVper cum serenissimus noster Princeps Ferdinandus contulisset Domino Nicolao Canonicatum & præbendam Ecclesiæ S. N. Leodiensis vacantem per obitum D. Petri superuenit Lambertus defuncti Frater qui vt prouisionis istius executionem impediret exhibuit eidem Capitulo supplicam signatam manu Sacrosanctissimi qua sistendam prætendebat dictæ prouisionis per Principem & Episcopum Leodiensem Domino Nicolao factæ executionem vsque dum ex vrbe reciperet suæ gratiæ Bullas solemniter expeditas. Dominus autem Nicolaus vt remoram hanc ei prætextu isto per dictum Lambertum & Ecclesiæ S Dionisij Capitulum datam tolleret simulque etiam abrumperet inhibitionem emanatam à Reuerendo Domino Egidio de Gla in iudice per Illustrissimum Nuntium Apostolicum ea in causa delegato recurrit ad conseruatorem priuilegiorum cleri secundarij Diœcesis Leodiensis à quo ego vna cum clarissimo Domino Ioanne Fabritio causa perorata & vtrimque instructa ad coronidemque perducta assessor assumptus alicui quatuor has quæstiones tandemque reuocata omni hac controuersia ad iuris incudem censuimus Dominum Nicolaum autoritate dicti conseruatoris in possessionem huius Canonicatus & præbendæ immittendum.

QVÆS.

mesius de exspectatiuis nu.16.& 17. vti plenius ad regulas Cancellariæ ostendit Ioannes à Chochier *ad Reg.25.num.27.fol.265.*

Itaque cum Dominus Nicolaus habeat ius potentius iam formatum per litteras solemniter expeditas Dominus vero Lambertus ius in forme per solam supplicationis signaturam iuxta quam iudicare non licet vt est expressa regula Can-
cellariæ Rom. de non iudicando iuxta formam supplicationum sed literarum 5
expeditarum *Reg. 25.* Dubium non est quin postpositis omnibus remoris con-
cedi debeat eidem Domino Nicolao suæ prouisionis executio. Duobus enim ius 6
idem prætendentibus is præferendus est qui potius ius habet, *l. contra pupillum §. qui & manis ff. de re iud. l. seruis legatis §. si vni ff. de leg. 3. Rom. cons. 47.* & qui
altero citius prouisionem suam solemniter habet expeditam, *de Reg. Cancel. 15.* 7
quia vigilantibus & non dormientibus iura solent subuenire, *l. pupillus ff. quæ in fraud.*

Tertiæ quæstioni satisfit quod præcista non modo se opponat nec enim 8
vspiam constat de eius mandata sed etiam quod intra mensem gratiam hanc præcium Cœsareorum non acceptarit. Quod tamen necesse esse liquidum est & compertum ex seriæ præcium cœsarearum quas idem Ioannes à Chockier scholiis illustrauit, *in gloss. verb. intra mensem fol. 66.*

Quartæ & postremæ quæstioni breuiter respondeo nuntium nec eius dele- 9
gatum remorari posse executionem gratiæ dictæ Domini Nicolai. Tum quod Dominus Nicolaus prouisus à principe nostro vigore indulti Pontificij censeatur prouisus ab ipso Pontifice vt proinde Nuntius Apostolicus qui hoc respectu
inferior est principe neque per se neque per suum delegatum executionem gra- 10
tiæ per principem vigore indulti Pontificii factæ remorari non possit, *cap. studuisti vbi DD. de officio legati.*

Tum quod inhibitio inferioris qualis hic est nuntius eiusque delegatus executionem gratiæ superioris qualis est principis sistere non possit, *Robert. Lancel. de attentatis par. 2 cap. 20. limit. 20.*

Tum denique quod Lambertus Massin. bullis suis necdum legitime expeditis 11
de attentatis aduersus D. Nicolaum Muno agere aut excipere non possit, *late Lancelot. de attentatis cap. 24. quæst. 31. per tot.* Idque nequidem prætextu suspensionis temporalis donec forte dictus Lambertus bullas ex vrbe receperit.

Nuntius enim ita rescribendo contra iura executionem paratam gratiæ so- 12
lemniter expeditæ concedentia rescribit quod ipsum facere aut rescribere non posse iuris est explorati, *cap. super his de maior. & obed. Villadiego tract. de legato par. 1. quæst. 10. nu. 13.*

Præterquam quod constet dictum Lambertum esse analphabetum hoc est
idiotam & ita beneficiorum Ecclesiasticorum incapacem, *Franc. cap. fin. de* 13

 temp.

temp.ord.in 6.latissime Ignatius Lopes in pract.crim.canonica cap.21.num.3. & seqq. Rebuff.de pacificis possess.nu.213. Nauar.cap.si quando except.11.de rescript. Abb. & DD.cap.cum in nostris de concess.preb. frustra autem expectaretur casus in ius nihil operaretur euentus. *l.si quis ita ff.de hared.instit.*

QVÆSTIO CENTESIMA VIGESIMA SECVNDA.

An conseruatoriæ sint à successoribus eorum qui eas concesserunt confirmandæ.

SVMMARIVM.

1. *Confirmatio necessaria non est sed vtilis.*

DVbitasse videtur Baldus *Cons.112.num.7.vol.1.cons.355.nu.6.eod.vol.* sed verius est priuilegia conseruatorialia confirmatione non indigere. *Cyn. Alber.Cast.& DD.l.priuilegia C.de sacros.Eccles.* Licet enim confirmatio vtilis sit non tamen est necessaria. *Cyn. & DD. l.priuilegia Apost. ad Alex. cons. 33.Vol.5.Franc.Viuius dec.206.Crau.cons.241.num.17.Pereg.cons. 4. nu. 66. Iacobus Cancerius var.resol.cap.3.de priuileg.nu.175.*

QVÆSTIO CENTESIMA VIGESIMA TERTIA.

Religiosi exempti quibus ordinarius in sua diœcesi hac lege cœnobij extructionem permisit vt eum in superiorem pleno iure recognoscant vtrum cœnobio extructo exemptionibus gaudere & conseruatorijs se tueri possint.

SVMMARIVM.

1. *Inanis est quæstio quæ caret ratione dubitandi.*
2. *Nemini licet sine venia Episcopi loca sacra ædificare.*
3. *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
4. *Olim omnia subijciebantur Episcopis.*
5. *Conditio repugnans exemptionibus vitiatur.*
6. *Impossbilis conditio quæ dicatur.*
7. *Quod de iure non licet impossibile censetur.*

8. Pactio

8. *Pactio turpis adiecta contractui per viam conuentionis aut modi vitiatur & non vitiat contractum.*
9. *Facultas construendi locum religiosum est concessio pia.*
10. *Conditio turpis non vitiat concessionem factam piae causae.*
11. *Conditio turpis aut impossibilis non vitiat matrimonium carnale.*
12. *Inter Episcopum & locum religiosum est matrimonium spirituale.*
13. *Diuersis respectibus aliquid censeri potest diuerso iure.*
14. *Episcopus impedire potest exemptos ne aedificent locum religiosum.*
15. *Priuilegium an concedi possit Ecclesiae extruendae.*
16. *Paria sunt disponere tempore prohibito vel dispositionem conferre in tempus prohibitum.*
17. *Facultas data exemptis aedificandi cum pacto quod Episcopum recognoscant repugnat exemptioni.*
18. *Exemptiones sunt iuris publici.*
19. *Exemptiones sunt Pontificis.*
20. *Exemptio extenditur ad futura.*
21. *Exempti possunt ab omni grauamine tam iudiciali quam extraiudiciali appellare ad S. sedem.*
22. *Legati cum potestate de latere cognoscunt de appellationibus ad S. sedem interpositis.*
23. *Participatio priuilegiorum.*
24. *Anathema in violatores exemptionum.*
25. *Benedictio in fautores exemptionum.*
26. *Ordinarius qua cautela exemptos quos in suam dioecesim admittit sibi subijciat.*

INanis est quaestio inquiunt Doctores quae caret ratione dubitandi. *l. quaestionem C. de Fideicommiss. l. Dominus ff. de Testamentis & supra tom. 1. de Iurisd. ord. in exempt. part. 4. quaest. 71. nu. 1.* 1

Dubium porro mouet quod nemini permissum sit loca religiosa & sacra in aliena dioecesi siue dioecesani Episcopi ue licentia extruere *cap. nemo Ecclesiam de cons. dist. 1. vbi Archid. Barth. Funius in aurea armilla verb. Ecclesia nu. 4.* ad cuius Episcopale officium spectat primum lapidem ponere figere cruces coemiterium designare de sufficiente dote prouidere, *aurea armilla dicto loco & tex. d. cap. nemo Ecclesiam,* idq; etiamsi sint qui in loco non exempto aedificare statuerent id enim eis siue Episcopi in cuius dioecesi locus est constitutus aut Papae si locus sit exemptus nulliusq; dioecesis permissum non est *tex. cap. autoritate de priuileg. in 6. vbi DD.* alioquin si secus contingat religiosus ille sacerque locus cedit iurisdictioni ac dispositioni Episcopali, *cap. de Xenedocys de relig. dom. Archidiac. d. cap. nemo Ecclesiam nu. 1. in fin. de consec. dist. 1. Innoc. cap. inter dilectos de donat.* quod ipsum videtur si Episcopus non alia lege & conditione exemptis aedificandi potestatem concedat quam si eum in superiorem recognoscant tum quod contractus ex conuentione legem accipiant, *l. contractus ff. de Reg. iur. cap. contractus eod.* 2

3 *tit.in 6.* tum quod fauorabilis sit pactio per quam reuersio fit ad pristinam na-
4 turam, *l. si vnus §. pactus ne peteret vbi DD ff. de pactis*, qua personæ res & loca omnia diœcesis iurisdictioni Episcopali subijciebantur, *cap. cum Episcopus de offic. ord. in 6. cap. omnes Basilica 16. quæst. 7.* Verum non obstantibus ijs respondemus pactionem hanc conditionalem exemptis locisque religiosis & sacris quominus exemptionibus gaudeant impedimento esse non posse.

5 Primo quia lex illa conditionalis facultati ædificandi adiecto velut repugnans iuri priuilegiario exemptorum impossibilis censeri debet & haberi quasi illi facultati adiecta non esset, *l. conditiones l. filius qui l. sub impossibili ff. de cond. instit. l. obtinuit ff. de cond. & dem. l. impossibilis vbi late Rom. & DD. ff. de verb. oblig. §. impossibilis instit. de inutilibus stipul.*

6 Impossibilis porro conditio censeri debet non modo quæ per rerum naturam adimpleri non potest. Sed & quæ iure aliquo seu communi seu priuilegiario cui renuntiatiua pactione præiudicari non posset quæ propriori significatione turpes etiam nominantur haberique debent dispositioni cui inueniuntur adscriptæ pro non adiectis, *d. l. conditiones d. l. filius qui glo. d. §. impossibilis inst. de hared. inst. vbi Viglius nu. 5.*

7 Quia quod iure communi aut priuilegiario non licet nec fieri quidem posse credendum est. *d. l. filius vbi Castr. Viglius d. §. impossibilis nu. 5.* veluti hac in exemptionum specie est renuntiatio conditionalis quæ à iure est impermissa *cap. cum tempore vbi DD. de arbitris.* haberique proinde debet eiusmodi conditionalis pactio alicui dispositioni adscripta pro non adiecta ac quæ se ipsam quidem vitiet dispositionem autem cui adiecta reperitur non vitiet sed sartam tectam validam relinquat, *d. l. conditiones d. l. filius d. l. sub impossibili & DD. supra citati.*

8 Signanter porro quod pactio recognoscendi ordinarium adiecta sit non per viam conditionis sed per viam conuentionis pacti aut modi quo casu indubie contractus valet & modus sine pactio adiecta contractui vitiatur. *Bald. l. dictam num. 7. C. de cond. ob causam glo. sing. l. cum donationis C. de transact. eleg. Iacobus Cancernis var. resol. cap. 7. de pactis nu. 276. & 277.*

10 Secundo facultas Episcopi data religiosis exemptis construendi locum religiosum & sacrum est pia atque fauore omni prosequenda, *Tiraq. tract. de pia causa in præfatione.* ideoque condita illi addicta recognoscendi Episcopum in superiorem iuri exemptionum quæ ab arbitrio exemptorum non dependent derogamus turpis censeri debet, *d. l. conditiones & d. l. filius & DD. supra citati*, ac talis quæ dispositionem cui adiecta est non vitiet sed ipsa sola vitietur, *Tiraquellus de pia causa priuil. 75.*

Tertio

Tertio ficuti conditio impoſſibilis aut turpis(cuius ſpeciei eſt hæc de qua eſt quæſtio) non vitiat matrimonium carnale ſed ipſamet conditio ſola vitiatur, *cap.fin.vbi DD.de condit.appoſitis.* ita & hæc in facultate ædificandi locum religioſum ſacrumque dicendum eſt. Tum quod à matrimonio carnali ad ſpirituale validum procedat argumentum, *Preſes loco à matrimonio carnali ad ſpirituale.* 11

Tum quod inter Epiſcopum & locum religioſum ſacrumque neceſſitudo quædam & matrimonium quaſi ſpirituale per deſponſationem ſpiritualem contrahatur, *Archidiac.d.cap.nemo Eccleſiam verſ. ſicut in carnali deſponſatione dos aſſignatur*, idque non ratione vniuerſalis iuriſdictionis vel ſuperioritatis ſed reſpectu duntaxat facultatis conceſſæ & certorum quorundam iuriumque Epiſcopis in locis exemptis partim à iure partim à Concilio Tridentino reſeruantur nec enim mirum eſt ſi res eadem diuerſis reſpectibus diuerſo iure cenſeatur, *l.ſi quis §.fin.ff.de furtis DD. l. eum qui ædes ff. de vſucap. Tiraq. de Retr. conu. in fin. num. 142. Rochus de Curte de conſuetud. num. 203. & ſeqq.* diuerſiſque reſpectibus quiſpiam eſſe poſſit exemptus & non exemptus; *Nauar. rep. cap. nouit. not. 6. num. 24. de iudic. Preſes in loco à tanquam ſeu reſpectiuis.* 12 13

Quarto, Epiſcopus recuſando religioſis exemptis facultatem religioſum ſacrumque locum extruendi ſiſtere quidem & impedire poteſt exemptos ne ædificent, *cap.1.& ſeqq.de noui operis nuntiatione d.cap. autoritate de priuileg. in 6.* at vero poſtquam lege & conditione impoſſibili eis data vt Epiſcopo ſubijcerentur ædificarunt conditione ea vitiata ſarta & tecta manere debet eorum exemptio, factum enim legitime retractari non poteſt licet caſus ille eueniat à quo incipere non poterat, *cap. factum de Reg. iur. in 6. l. in ambiguis §.non eſt nouum ff.de Reg.iur.* 14

Quinto, ſicuti exemptionis priuilegium concedi non poteſt Eccleſiæ extruendæ vt valeat vt ex nunc ſed vt ex tunc *Abb. cap. cum audientiam 2. num. 4. de Eccleſ.ædificandis vbi etiam Io. Andrea Barth. l.ſeruos ad cuſtodiam ff. de alimentis & cibarijs legat*, ita priuilegium Eccleſiæ conſtruendæ competitorum non poteſt aliquo pactu per ordinarium reuocari neque vt ex nunc contrarium enim eadem eſt diſciplina, *preſes in locis loco à contrarijs.* neque vt ex tunc quia paria ſunt diſponere tempore prohibito vel diſpoſitionem referre in tempus prohibitum quo ordinarius de exemptione diſponere prohibetur. *l. quod ſponſa C. de donat. ante nuptias Euer. conſ. 60. l. in tempus ff. de hæred. inſtit. l. & heredi l. filio familias ff. de pact. glo. marg. d. l. & hæredi.* 15 16

Sexto, Edificandi facultas per Epiſcopum conceſſa exemptis cum 17

pacto quod cum in superiorem recognoscant iuri eorum priuilegiato repugnans censeri debet de re impossibili & quæ in obligationem deduci non potest, *cap. nemo potest de Reg. Iur. in 6. l. impossibilium ff. eodem Card. Mantica de tacitis & ambiguis conuent. tom. 2. lib. 14. tit. 31. & seqq.* deductaque obligationem non producit idque siue impossibilitas procedat à natura à facto vel à iure *Dynus d. l. nemo potest*, qualis est pactio quia exempti priuilegio sua derogant, cum id eis sine assensu Pontificis non liceat, *d. cap. cum tempore.* impossibilis censeri debet talis pactio & obligationis non productiua, *l. idem Iulianus 41. §. constat ff. de leg. 1. Nauar. Rep. cap. accepta oppos. 10. solut. nu. 19. de Rest. spol.*

18 Septimo, Exemptiones sunt iuris publici & ad Pontificem cuius interest multos habere sibi immediate subditos spectant, *cap. Pastoralis de re iud. Rebuff. resp. 142.* ideoque in commercium pactionemque iniussu Pontificis venire non possunt, *arg. d. l. idem Iulianus §. constat ff. de leg. 1.* alioquin vitiatur pactio exemptioni præiudicialis facultate ædificandi concessa rata atque firma remanente, *l. si quis ita stipulatus §. Chrisogronus ff. de verb. oblig. Gaill. lib. 2. obs. 4. nu. 8. l. 1. § sed si mihi ff. de verb. oblig. cap. vtile l. de Reg. iur. in 6.*

19 Octaua iurisdictio in exemptos ad Pontificem spectat vel alium ab ipso delegatum, *Rebuff. d. Resp. 142.* proinde vt eiusmodi iurisdictio alterius fiat nulla obligatio potest efficere, *d. l. idem Iulianus §. constat. ver. si vero Salustianos hortos qui sunt augusti*, ita enim à testamentis de quibus idem Iulianus iam laudatus ad contractus & humanas inter viuos dispositiones ratiocinari permissum est, *Præsa loco à testamentis ad contractus & è contra.*

20 Nono, Exemptio competens huic ordini de quo est quæstio extenditur non modo ad res tunc cum exemptio eis per Pontifices concedebatur spectantes sed etiam ad futuras & acquirendas adeo vt rationibus antescriptis religiosi illi rebus acquirendis nec sibi nec eorum successoribus præiudicare potuerint, *d. cap. cum tempore vbi DD. de arbitris.* Liceatque proinde eidem ordini & illius membris non modo ad asylum suæ conseruatoriæ iuxta amplissimas priuilegij istius ordinis facultates recurrere.

21 Sed etiam ab omni grauamine tam iudiciali quam extraiudiciali ad sanctam sedem hoc est ad Papam vel ad illius legatum à latere vel cum potestate legati à latere appellare, *v. scholia ad Constit. Lateranens. scholio 17. VVames. cons. 42. num. 3. de off. de leg. par. 1. paris. cons. 17. nu. 3. & seqq. vol. 4. Nauar. cap. cum contingat rem. 5. nu. 2. de rescript. Decius cons. 149.*

22 Legati enim cum potestate legati de latere possunt de caussis appellationum ad Papam interpositarum (qui proprie sub sedis Apostolicæ nominatione intelligitur, *d. schol. 17.*) cognoscere, *Nauar. de rem. 5. num. 2. Pottius cons. 28. num. 6. Franc. Marcus dec. 135. par. 1.*

Signanter

Signanter porro ad cœnobium illud nouiter constructum gaudere possit omnibus ijs priuilegijs immunitatibus exemptionibus quibus non modo totus ille ordo sed etiam particularis aliqua eiusdem ordinis domus Ecclesia aut membrum gaudet & fruitur vt sunt Innoc. Papæ verba, *fol. priuileg. 6.* tenoris sequentis.

Quodque omnibus & singulis alamaniæ bassæ dicti ordinis domibus & omnibus & singulis priuilegijs indulgentijs libertatibus exemptionibus fauoribus indultis nec non etiam literis Apostolicis eidem ordini & alijs aliarum partium & eiusdem ordinis domibus in genere concessis & pro tempore concedendis ipsi vtuntur potiuntur & gaudent vti potiri & gaudere libere & licite possint & valeant in omnibus & per omnia ac si pro eisdem domibus alemaniæ bassæ & eiusdem ordinis specifice & expresse concessa fuissent.

Et quidem cum interminatione anathematis Alex. Papæ in hæc verba, *fol. 14.* 24
si quæ in futurum Ecclesiastica seu sæcularis persona hanc nostræ constitutionis paginam temerarie contrauenire tentauerit si non congrua satisfactione se emendauerit potestatis honorisque sui dignitate careat reumque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat & à Sacratissimo corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi fiat alienus atque in extremo examine districte vltioni subiaciat.

Cunctis autem eiusdem ordinis Dominici sepulchri sua iura & indulta ser- 25
uantibus sit benedictio & pax Domini nostri Iesu Christi quatenus & hic fructum boni operis percipiant & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Nulli ergo liceat hanc paginam nostræ voluntatis confirmationis & constitutionis infringere aut ei ausu temerario contrauenire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit iram & indignationem omnipotentis Dei & BB. Petri & Pauli Apostolorum eius nouerit se incursurum.

Satius itaque est si admissio in diœcesim per ordinarium tali pacto vestita in 26
primis per Pontificem qui de exemptione potest disponere corroboretur. Et quidem cum hac salis mica quæstioni huic coronidem impono.

QVÆSTIO CENTESIMA VIGESIMA QVARTA.

Ordinum mendicantium qui sint conseruatores.

SVMMARIVM.

1. *Qui sint conseruatores mendicantium.*

2. Ordi-

2. Ordines mendicantium plus Ecclesiæ prosunt quam alij status Ecclesiastici.
3. Affectus Pontificis in ordinis mendicantium.
4. Prælati Conc. Trid. decreta plerumque odio exemptionum in prauum sensum contorquent, & nu. 9.
5. Ordinarij varijs qui hic recensentur casibus grauant exemptos.
6. Ordinarij quidam manibus pedibusque laborant vt exemptos suæ iurisdictioni subijciant.
7. Pontifex occurrit permultis ordinariorum excessibus qui hic relati sunt.
8. Mendicantes ordines sustinent pondus diei & æstus.
9. Ordinarij sensum Conc. Trid. in suum compendium trahunt.
10. Mendicantes possunt in suis Ecclesijs concionari sine licentia ordinarij.
11. Confessiones possunt audire tam intra quam extra eorum Ecclesias.
12. Admissus semel in vna diœcesi necesse non est vt iterum approbetur.
13. Confessores Monialium quæ degunt sub cura regularium non tenentur examinari.
14. Lectores & graduati non subijciuntur examini.
15. Quid de ingressu Monialium quo ad Episcopos & de licentia non danda ingrediendi monasteria monialium Episcopus non subiecta.
16. Religiosi vtriusque sexus exempti à iurisdictione ordinaria processusque & sententia nullitati subiecta.
17. Item sindici & eorum procuratores.
18. Ordinarius non potest interesse regimini ordinis mendicantium vtriusque sexus vt neque etiam correctioni.
19. Correctio spectat ad superiorem conuentus.
20. Ordinarius etiam se non intermiscet rationibus sindiconorum cœnobij.
21. Habentes recursum ad ordinarium possunt à suis superioribus puniri.
22. Superiores possunt criminaliter procedere contra religiosos ac etiam ordinario inhibere inuocato etiam brachio sæculari.
23. Ordinarij non debent religiosos extra claustra degentes sub sua protectione recipere.
24. Bona regularium decendentium siue in habitu siue sine habitu spectare debent ad ordinarium quem fuerunt professi.
25. Ordinarij vicinos non debent impedire.
26. Regulares possunt exercere curam animarum.
27. Possunt campanas pulsare missas celebrare mortuorum corpora associare.
28. Quomodo nouitiæ sint examinandæ ab ordinarijs ante professionem.
29. Cap. 8 sess. 23. Conc. Trid. neminem nisi à suo ordinario posse ordinari non habet locum in regularibus.
30. Mendicantes possunt Missas in quibuscumque Ecclesijs celebrare etiam diebus Dominicis dum Parochialis Missa celebratur.
31. Concionare possunt in suis Ecclesijs.
32. Quilibet potest omni tempore diuinis interesse in eorum Ecclesijs.
33. Et etiam Eucharistiam sumere excepto

cepto tempore Paschatis.

34. In Festis Sanctorum ordinum & alijs diebus priuilegiatis suspenduntur interdicta ordinariorum.

35. Quid si quæstio fiat de præcedentia.

36. Regulares ad curam animarum præfici non debent nisi prævio examine ordinarij.

37. Non tenentur ad quartam funeralium.

38. Nec quorumcumque eis legatorum.

39. Saluo tamen iure sepulturæ quod debetur parochijs.

40. Sepultura debet esse libera.

41. Non tenentur ad contributionem pro seminario.

42. Nec ad decimas primitias subsidia charitatiua qualiacumque.

43. Nec ad aliqua onera tam ordinaria quam extraordinaria.

44. Etiamsi sint in possessione soluendi.

45. Eleemosinas petere possunt.

46. Regulares delinquentes à suis superioribus puniuntur.

47. Nisi superiores negligentes sint aut sit periculum scandali.

48. Episcopi debent gratis dare licentiam construendi domos regularium nec recusari potest nisi subsistente legitima causa superioribus explicanda.

49. Mandatum in die cœnæ Domini facere & prædicare possunt.

50. De priuilegio sepulturæ.

51. Testamenta absque præsentia parochi facta subsistunt.

52. Ad quas processiones compelli possint.

53. Pontifex extinguit lites & eas ad se aduocat si quæ suscitentur à iudicibus incompetentibus aduersus regulares vtriusque sexus.

54. Confirmantur & de nouo conceduntur omnia priuilegia quæ decretis Concilij Tridentini expresse non contrariantur alia quam superius est dictum concessum & declaratum.

55. Etiam in fauorem monialium.

56. Communicatio priuilegiorum.

57. Extensa etiam ad moniales.

58. Clausula irritans aduersus aliter iudicantes.

59. Deputantur iudices & priuilegij huius executores.

60. Transumpta huius priuilegij authentica sunt.

61. Exemptio à contributione seminarij.

62. Cœnobia regularium sunt seminaria.

63. Auocantur & extinguuntur lites.

64. Species ordinum mendicantium.

65. Inhibentur quibuscunque sub pœnis arbitrariis.

66. Nulla exceptio huic gratiæ opponi potest.

67. Designantur varij iudices conseruatores & executores.

68. Creditur transumpto.

69. Habet vim extrauagantis.

70. Priuilegium hoc post publicationem habet vim personalis intimationis.

PRiuilegium Pij Papæ ordinibus mendicantium anno 1567. Kalendas Iunij 17.concessum pro conseruatoribus amplissimorum eorum priuilegiorum eisdem ordinibus concessorum deputauit Generalem ordinis Sancti Hieronymi & curiæ causarum Apostolicæ Cameræ generalem auditorem. At idem Pontifex breui suo declaratorio eiusdem priuilegij maioribus fauoribus mendicantium ordines prosequendo longe pluribus & commodioribus conseruatoribus eorundem priuilegia ampliauit declarauit atque confirmauit, conceden-
1 do eis pro conseruatoribus non modo generalem curiæ causarum Cameræ Apostolicæ auditorem sed & quarumcumque tam cathedralium quam collegiatarum Ecclesiarum Decanos præpositos Archipresbiteros Archidiaconos thesaurarios & quoscumque alios in eisdem Ecclesijs dignitates obtinentes vbilibet & in quibuscumque regionibus terris & locis existentes qui & eorum quilibet per se vel alium seu alios priuilegia eisdem concessa vbi & quando opus fuerit ac quoties pro parte alicuius ex ordine requisiti fuerint autoritate Apostolica procedat ac faciat priuilegijs pacifice frui & gaudere. Porro quia vtraque priuilegiaria constitutio in fauorem ordinum mendicantium ac eorum priuilegijs participantium frequenter vsui venire potest, huic in gratiam eorundem ordinum qui sedultum in vinea Domini quotidie exhibere non cessant famulatum hanc vtramque constitutionem hic exemptandam inserendamque existimaui.

Rationi enim congruit vt cum de aliorum priuilegijs conseruatorijsque hactenus tractauerim ne mendicantium priuilegiorum obliuiscar qui non peioris sed melioris quam alij conditionis esse debent, *Nauar. cons. 6. num. 6. de appellat.*

2 Quippe quod mendicantium ordo plus Ecclesiæ prosit quam clericorum sæcularium status, *Nauar. cons. 1. de regularibus.*

Pius Episcopus seruus seruorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam.

ETsi mendicantium ordines qui sedultum in vinea Domini quotidie exhibere non cessant famulatum summo semper studio (etiam dum in minori-
3 bus essemus) amplexi sumus; ad summi tamen Apostolatus apicem (meritis licet imparibus) diuina fauente clementia assumpti dum in mente recolimus facere non possumus quin eos propensioni charitate & paterno affectu amplectamur ; ac ex inde pro suis sanctis studijs honestisque laboribus proque salute animarum ab Apostolica sede (cuius continue pacem & dignitatem ordinis ipsi fortiter tutati sunt) tam spiritualia quam temporalia subsidia ornamentaque acceperint & accipiant quibus & sancta sua officia ac vitam suam regularem facilius atque expeditius exequi & transigere possint & cœteræ religiosæ personæ ordi-

ordineſque alij exemplo ipſorum promptiores alacrioreſque ad ſua officia per-
ſoluenda reddantur. Hinc eſt quod nos attendentes pleroſque ex venerabilibus
fratribus noſtris Archiepiſcopis & Epiſcopis qui eoſdem ordines præcipue tan-
quam fructiferos in agro Domini palmites & colere & adiuuare deberent non
ſolum id exequi negligere verum etiam Conc. Trid. decretis in prauum cenſum
retortis eos & eorum quemlibet varijs afficere incommodis & perturbationibus 4
eorumque priuilegijs non modicum afferre grauamen conantur. Quidam enim
Epiſcopi (vt accipimus) nolunt admittere quoſdam regulares ad prædicationem 5
etiam in ſuis Eccleſijs faciendam, quamuis de eorum habilitate ad huiuſmodi
opus exercendum habeant teſtimonium à ſuis ſuperioribus. Alij vero volunt
vt ne dum ſemel ſed etiam plures in anno coram ipſis vel eorum vicarijs Prædi-
catores præſententur ac pro licentia prædicandi (quam non niſi in ſcriptis dare
volunt) aliquid quandoque exigunt. Alij etiam Epiſcopi maximam regularibus
iniuriam irrogare videntur dum præter ordinem & conſuetudinem abſque vlla
ratione quoſdam reiiciunt & quoſdam (pro eorum libito) admittunt ad prædica-
tionem huiuſmodi habendam in locis ſuæ diœceſis. Quorundam etiam locorum
ordinarij quoſdam religioſos probos viros & idoneos (etiam à ſuis ſuperiori-
bus approbatos) ad confeſſiones audiendas admittere nullo modo volunt.
Quidam ex eis volunt non ſolum ſingulis annis, ſed etiam pluries in anno
in aliquibus partibus eoſdem confeſſores ſibi præſentari. In aliquibus ve-
ro oppidis tam Epiſcopi ſeu eorum Vicarij quam presbyteri curati nolunt vt
fratres mendicantes vocati ad audiendas confeſſiones infirmorum (maxime ſi
infirmitas eſt grauis) aut etiam ſanorum in priuatis illorum domibus vel alibi
præterquam in ſuis Eccleſijs aut monaſterijs poſſint accedere nonnulli etiam
audent confeſſiones monialium (qui pleno iure ſubſunt regularibus) examinare
cum tamen id minime per concilium decernatur ſicut & de fratribus qui ſunt
audituri confeſſiones aliorum fratrum. Qui etiam in aliquibus partibus nituntur
aſſerere ſeu facere ne quiſquam infra annum poſſit ſacram Euchariſtiam in Ec-
cleſijs mendicantium recipere neque etiam moniales tertiarias nuncupatas ſuo-
rum ordinum (vt aliqui aſſerunt) in aliquibus partibus fieri cum tamen ſolum in
Paſchate (quoad ſæculares duntaxat) iuxta priuilegia ſummorum Pontificum
prædeceſſorem noſtrum eiſdem ordinibus conceſſa id obſeruari debeat. Alij ve-
ro Epiſcopi ſeu eorum vicarij audent ad eorum libitum dare licentiam quibuſ-
cumque quæcumque monaſteria monialium etiam Sanctæ Claræ ingrediendi
etiamſi regularium curæ ſubdita ſint. Quidam vero ſub prætextu exquirendi
voluntates puellarum ante profeſſionem earum volunt eas extrahere à mona-
ſterijs & per longum tempus alibi detinere ipſaſque puellas ſeu nouitias de ple-
riſque rebus interrogant neque neceſſarijs neque in decreto Concilij Triden-

tini desuper contentis ex quibus non modica potest oriri occasio scandali. Alij vero plerique noluerunt quosdam regulares aliarum diœcesum sacris ordinibus initiare: ac etiam à sui ordinis Prælatis approbatos admittere nolunt. Aliqui vero singulis dominicis diebus in suos parochianos ad sonum campanæ excommunicationem promulgant vt non possint interesse missis concionibus & diuinis officijs nisi in propria parochia. Alij vero ipsis prohibent vt omnino in aliis Ecclesijs (etiam requisiti) non celebrent. Alij vero in aliquibus partibus in eorum Ecclesijs conciones sacræ scripturæ & sermones pro mortuis haberi nolunt & si aliquid ipsis relictum fuerit vt ab ipsis Missæ dicantur vel alia officia pro mortuis celebrentur ipsi sibi ea vsurpant dicentes quod ipsi ea exequi non possunt quia ipsi sunt Pastores. Alij vero sub excommunicationis latæ sententiæ & exilij per decennium à diœcesi pœna inhibuerunt ne Missæ in eorum Ecclesijs celebrentur in diebus festiuis antequam rector parochialis Ecclesiæ celebrauerit. Alij etiam nolunt vt dum prædicatio in Ecclesia cathedrali habetur alibi prædicetur. Ac insuper in quibusdam locis omnem ordinem & quietem perturbant dum controuersias iamdiu sopitas & extinctas super præcedentia excitarunt & vbi nullæ erant pepererunt duo pro arbitrio & voluntate eorum hos illis præferre voluerunt. Quidam etiam Episcopi volunt regulares à cura animarum excludi & illam solis presbyteris sæcularibus committi. Quidam vero quartam funeralium extendere volunt etiam ad Missas legata & alia quæcunque quæ domibus regularium relinquuntur. Alij autem volunt quartam partem omnium eorumque etiam pro ornamento Ecclesiæ palliorum planetarum corticarum pannorum & eorum etiam quæ pro victu fratrum relinquuntur. Alij etiam in quibusdam partibus etiam volunt vt non solum ius sepulturæ solui consuetum quod semper soluitur neque denegatur sed etiam omne illud quod Ecclesijs ordinum ad eorum libitum partes dant quando sepeliuntur ibidem defunctorum corpora id totum curatis etiam de nouo soluatur instanter conantur impedientes ne aliter corpora defunctorum ad monasteria fratrum deferantur vnde in hoc maxime tam partes quam ipsos fratres grauari contingit. Aliqui vero etiam ex locis mendicantium qui curam habent animarum volunt pro seminario decimas exigere ac in casu renitentiæ etiam pignus exigunt. Alij autem præfatos fratres ac moniales sub eorum cura degentes subsidium regium persoluere cogunt cum multæ earundem monialium vix habeant pro earum victu & vestitu necessaria vitæ. Alij etiam in quibusdam partibus pauperes mendicantes eleemosynas petere prohibent pro eorum duntaxat sustentatione: etsi inuenirent eos panem vel aliquid aliud simile pro amore Dei sibi collatum portantes quandoque ab eis auferre minantur afficientes eos graui iniuria & contumelia. Nonnulli vero Episcopi & Capitula Canonicorum pauperes:

peres mendicantes tam fratres quam moniales suorum ordinum tam de redditibus bonorum si quæ habent quam de possessionibus vineis agris & aliis suis bonis quibuscunque non solum largitione fidelium sibi concessis sed & alijs iustis de causis ab eis acquisitis ac pecunijs emptis sibi decimas ac primitias alijs respectiue soluere cogunt. Alij autem ausi sunt inquirere & processus facere contra aliquos regulares intra claustra delinquentes vel de quorum delictis aliqua erat suspitio non expectata suorum superiorum censura. Alij vero Episcopi monialium monasteria ingredi & illa ingrediendi licentias alijs concedere & aduersus illas processus formare ipsorum ordinum superioribus irrequisitis præsumunt. Aliqui etiam dominium temporale super moniales habere prætendunt. Nonnulli vero frequentissime regulares citant & iurisdictioni suæ subijcere tentant ac eorum conuentum occupant ipsos expellendo ac in ipsos iurisdictionem vel potestatem exercerent. Aliqui vero ipsos carceribus (absque causæ cognitione) mancipant ac manibus pedibusque laborant vt regulares mendicantes suæ ditioni subijciant & vsque adeo se intromiserunt in gubernatione conuentuum & in correctionibus fratrum vt prouincialibus & generalibus nullus amplius videatur relictus locus aut vlla iurisdictio. Aliqui autem conuentuum priores & Guardianos rationes & computa facere cum syndicis conuentuum huiusmodi prohibent fratres quoque qui ad episcopos huiusmodi recursum habent à prioribus & Guardianis præfatis castigari & puniri interdicuntur. Inhibent quoque superioribus ordinum ne faciant processus contra fratres ac in ipsos imperium & brachium sæculare exerceant. Alij vero ipsos extra claustra degentes sub eorum protectione recipiunt eosque sic permanere permittunt eosque etiam inuitis suis superioribus detinent. Aliqui vero bonorum ipsorum fratrum tanquam ad eos (si extra claustra defuncti fuerint) spectantium possessionem occupare præsumunt & ad habitum religionis reuersis sua bona consignare nolunt ac etiam vniones à sede prædicta aut alias rite factas de beneficijs Ecclesiasticis impediunt & sibi relaxare debere volunt & contradictores excommunicationis gladio feriunt. Alij vero regulares campanas diebus festiuis pulsare vel eodem tempore quo ipsi celebrant missas celebrare nolunt. Aliqui etiam pro licentia danda ædificandi quandam domum regularem triginta vel quadraginta ducatos exigere non erubuerunt. Alij vero eos mortuorum corpora associare alij autem illos cum parocho similia munera subire non permittunt nisi maior pars Canonicorum interuenerit. Alij vero mortuorum officia in regularium Ecclesijs peragi nolunt nisi eum ipsorum præsentia & ipsorum moniales vel alias personas etiam si in earum

6.

 funere

funere parochus interuenire non deberet sepelire prohibent nisi ipsi parocho prius certum quid solutum fuerit & si aliquem ipsi sciuerint in regularium Ecclesijs sepulturam elegisse eum (vt dicitur) non ante ad illas adferre sinunt quam ad parochi Ecclesiam delatum inibique officium peractum fuerit. Postremo vero testamenta siue presbyterorum præsentia fieri prohibent & si ipsis regularibus relictum fuerit id asserentes contra Concilij Tridentini canones esse reuocare omnino procurant. Ac propterea volentes præmissis ac aliis similibus excessi-
7 bus & grauaminibus ex nostris pastoralis officii debito prouidere attendentes
8 etiam illos qui onus diei & æstus tam in prædicationibus quam in cœteris spiritualibus muneribus quotidie sustinent nisi etiam aliquantisper subleuentur facile fore vt oppressi à suis officijs omnino desistant ne imposterum eis aliquod in-
9 feratur grauamen Concilii Tridentini huiusmodi decreta quorum falsa seu minus vera intelligentia permissa irrepserunt quorumque declaratio non nisi ad nos spectat modo & forma infrascriptis declarandum censuimus. Nos igitur motu proprio ad alicuius instantiam sed de mera deliberatione & ex certa scien-
10 tia nostris ac de Apostolicæ potestatis plenitudine declaramus canonem *sessionis 24. cap. 4.* per quem omnibus regularibus etiam in suorum ordinum Ecclesijs contradicente Episcopo prædicationis officium interdicitur mendicantium ordinum fratres huiusmodi quando à suis generalibus vel eorum ministris prouincialibus ad id deputati fuerint non comprehendere neque eos afficere posse. Imo volumus quod in suis Ecclesiis quando eis placuerit licite & absque vllo impedimento vel contradictione etiam Episcopi (nisi ipse prædicauerit) prædicare pos-
11 sit. Quod vero in *sessione 23. cap. 15.* circa confessiones à regularibus non audiendas statuitur hoc etiam dictorum ordinum fratres à præfatis suis generalibus vel ministris prouincialibus ad audiendas confessiones vtriusque sexus Christi fidelium approbatos (non permittitur) minime comprehendat ita vt à confessionibus audiendis tam intra eorum Ecclesias & domos quam extra minime prohibeantur super hoc literas felicis recordationis Pauli Papæ IV. etiam prædecessoris nostri, concedentes eisdem fratribus mendicantibus regularis obseruantiæ posse confessiones secularium personarum etiam infirmarum etiam extra domos & monasteria sua & vbilibet audire approbando & de nouo cócedendo. Statuimus
12 etiam quod ille qui semel in vna Diœcesi admissus per Episcopum fuerit semper in eadem diœcesi habeatur pro admisso, nec amplius examinari vel præsentari in dicta diœcesi debeat tam quo ad prædicationes faciendas quam quo ad confessiones audiendas nec aliquid pro prædictis exigere vel recipere debeat. Confes-
13 sores vero monialium qui degunt sub cura regularium ab ordinario examinari nolumus, quemadmodum neque etiam fratres si debeant audire confessiones
14 aliorum fratrum examinari debent. Lectores desuper ex eisdem fratribus & in Theo-

Theologia graduati qui cum licentia ſuorum ſuperiorum ad gradum admiſſi
fuerint cum de ipſorum doctrina ambigendum non ſit tam confeſſiones auditu-
ri quam prædicationis munus ſubituri ab Epiſcopis minime examinentur. Cum- 15
que inhoneſtum ſit quemlibet in alienam meſſem falcem inijcere, cumque mo-
nialium monaſteria nonniſi de Epiſcopi vel ſuperioris licentia & in caſibus ne-
ceſſarijs aliquis ingredi præſumat in *ſeſſione 25. canone 5.* prohibetur hoc tantum
in illis monaſteriis locum habere volumus quæ ordinarijs ipſis pleno iure ſub-
ſunt in quibus caſibus neceſſariis ipſi dare licentiam poſſint & non in aliis mo-
naſteriis. Ita vt in præfatis monaſteriis quæ ordinariis ipſis pleno iure non ſub-
ſunt ipſi ordinarii illa ingredi non poſſunt prout in regulis earum ſeu de iure ſta-
tuitur. Et eis aliquos proceſſus aduerſus moniales ipſas ſeu fratres huiuſmodi 16
propter ea ſeu alias ipſorum ſuperioribus ordinum irrequiſitis quomodo for-
mare aut facere poſſe omnino prohibemus ita vt aliquam iuriſdictionem ſeu a-
liud quodcumq; dominium in moniales & fratres huiuſmodi reſpectiue habe-
re exercere aut exequi nullatenus poſſint aut debeant, imo illas & illos omnes ab
eorum ſuperioritate dominio & iuriſdictione & poteſtate eximimus & libera-
mus prout eis conceſſum eſt per ſua priuilegia à ſede præfata obtenta & ita præ-
fati fratres & moniales ſint excluſi à ſuperioritate & iuriſdictionē ordinariorum
reſpectiue huiuſmodi vt etiam in illarum vel illorum ſyndicis aut procuratori- 17
bus deputandis vel in diſponendis illorum facultatibus vel alia ſibi non compe-
tentia facienda vllatenus non ſe intromittant nec etiam ordinarii ipſi regulares
præfatos citare & iuriſdictioni ſuæ ſubiicere ac eorum conuentus occupare ipſos
ab eis expellendo ac in ipſos iuriſdictionem aliquam & poteſtatem exercere (vt
præmittitur) aut ipſos carceribus mancipare & contra eos aliquid aliud facere
poſſint vt ſuæ dictioni ſubiiciantur neque etiam ſe intromittant vllo pacto aut 18
aliqua ratione in gubernatione conuentuum tam fratrum quam monialium hu-
iuſmodi & illorum correctionibus ſed omnia iſta & alia neceſſaria ad correctio- 19
nem & gubernationem fratrum aut monialium huiuſmodi & eorum generali-
bus ac miniſtris ſeu prouincialibus vel aliis eorum aut earum reſpectiue ſuperio-
ribus etiam ratione computa faciendi cum ſyndicis conuentuum huiuſmodi 20
omnino relinquantur nec vllo modo in præmiſſis & aliis fratres & moniales hu-
iuſmodi tangentibus ordinarij prædicti per ſe vel alias intromittant fratres quo-
que ſi contigerit eos ad huiuſmodi ordinarios recurſum habere à præfatis Gene- 21
ralibus miniſtris & Prouincialibus Prioribus Guardianis & aliis ſuis ſuperiori-
bus caſtigari & puniri poſſe & debere neque ipſos ordinarios præfatis ſuperiori- 22
bus ordinum huiuſmodi vllatenus inhibere quin imo præfatos ſuperiores pro-
fuerit circa delectorum inquiſitionem vel caſtigationem facere poſſe decerni-
mus inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis. Inhibemus 23
etiam

etiam ipsis ordinariis ne fratres extra claustra degentes sub eorum protectione recipiant eosque inuitis suis superioribus detineant. Prohibemus quoque eis-
24 dem ordinarijs ne aliquo modo se intromittant in bonis dictorum fratrum extra claustra suorum monasteriorum pro tempore degentium siue decedentium & quamuis in habitu siue absque habitu moriantur volumus quod eorum bona mobilia & immobilia ad ordinem quem professi sunt pertineant disponenda iuxta constitutiones seu ordinationes præfatorum ordinum neque illa præfati ordinarij occupare præsumant imo huiusmodi & ad habitum religionis reuertentium bona omnia monasterijs ipsis cum ea quæ acquirit monachus de iure
25 monasterio acquirantur pertinere etiam decernimus. Ac ipsis ordinarijs ne quascunque vniones etiam perpetuas à sede prædicta vel alias vt præfertur hactenus factas vel pro tempore faciendas de beneficijs Ecclesiasticis seu illorum fructibus quin suum sortiantur effectum impediant omnino etiam prohibemus & censuras Ecclesiasticas & alias pœnas per eos in contradictores pro tempore
26 latas nullius esse roboris vel momenti similiter decernimus & declaramus. Insuper volumus quod præfati regulares quibus cura animarum inest possint per se ipsos iuxta suorum superiorum ordinem aut alios vicarios seu capellanos seculares ipsorum regularium nutu amouibiles ab eis deputatos & ab ordinario pro idoneis nominatos & approbatos præfatam curam exercere: neque in eorum deputatione vel amotione neque alicuius partis fructuum consignatione pro præfatis capellanis seu vicarijs secularibus si per tales curam exerceri contigerit E-
27 piscopi vllo pacto se intromittant. Prohibemus insuper eisdem ordinarijs ac alijs quibuscumque personis ne impediant ipsos fratres quando eis placuerit tam in diebus Dominicis & Festiuis aut aliis totius anni temporibus campanas pulsare & etiam tempore quo ipsi celebrauerint missas celebrare nec non corpora mortuorum associare & illa per fratres ipsos quando in Ecclesiis suis præfatis delata fuerint & absque præsentia rectorum Ecclesiarum huiusmodi sepeliri facere ac officia mortuorum huiusmodi peragi posse: necessariamque præsentiam rectorum aut aliorum clericorum quin infirmi libere sua possint concedere testamenta minime esse ac ipsos regulares legata aut quæuis alia sibi in testamentis relicta exigere & obtinere posse neque aliquod ius in contrarium esse decernimus &
28 declaramus, volumus etiam quod puellarum Deo dicendarum an scilicet coactæ vel seductæ fuerint examen faciendum nonnisi infra quindecim dies postquam iuxta Concilium Tridentinum Episcopi vel eorum vicarij requisiti fuerint fieri possit quibus elapsis amplius in hoc illis se intromittere non liceat cuius occasione nec Episcopus nec eius vicarius intra septa monasteriorum ingrediantur sed stent ante cratem ferream & interrogationes alias quam eas quæ præfatis Concilium Tridentinum iubet eis fieri omnino prohibemus: ac similiter volumus quod

quod puellæ seu nouitiæ ipse ad alias interrogationes respondere minime te-
neantur *sessionis vero 23. cap. 8.* neminem nisi à proprio Episcopo ordinari posse 29
statuens in regularibus locum non habere omnino declaramus ita quod fratres
huiusmodi præfatos etiam sacros ordines à quolibet antistite gratiam & com-
munionem Apostolicæ sedis habente (ordinarij loci minime requisita licentia)
in locis seu domibus fratrum huiusmodi aut alibi percipere possint. Et insuper
sessionis 22. decretum per quod populum sæpè ad suas Ecclesias saltem domini- 30
cis & maioribus festiuis diebus conuenire debere monet insequendo: volumus
quod Fratribus mendicantibus huiusmodi non solum prohiberi non possit ne
missas & alia diuina officia faciant in eorum Ecclesijs verum etiam in quibuscun-
que alijs vbi celebrari missas solitum est etiam ipsis non vocatis seu ad id requisi- 31
tis celebrare valeant : ac etiam quod conciones & lectiones sacræ scripturæ &
sermones pro mortuis etiam in Ecclesijs suis facere ac eleemosynas pro cele-
brandis huiusmodi missis & aliis diuinis officiis peragendis si eis illas donari seu
relinqui contingat recipere: nec non missas & diuina officia huiusmodi er-
iam in diebus dominicis vel festiuis etiam antequam rector parochialis Eccle-
siæ celebrauerit celebrare & facere & quando eis videbitur etiam si tunc in
Ecclesia cathedrali prædicetur prædicare ac etiam quicunque vtriusque sexus 32
Christi fideles totius anni tempore illas & illa in Ecclesijs fratrum huiusmodi
audire possint : ipsique Christifideles vllatenus desuper molestari aut impediri
per locorum ordinarios seu rectores parochialium Ecclesiarum aut alios quos-
cumque vllo pacto causa vel occasione non valeant seu debeant de præfati
Christifideles audiendo missas & alia diuina officia in Ecclesijs fratrum hu-
iusmodi diebus Dominicis aut festiuis præcepto Ecclesiæ de illis audien-
dis satis fecisse censeantur ipsique Christifideles Sacramentum Eucharistiæ
(Resurrectionis Dominicæ festiuitatem duntaxat excepta) sumere eisque il-
lud per fratres huiusmodi administrari valeant nec ad illud faciendum per lo- 33
corum ordinarios aut Ecclesiarum rectores præfatos seu alios quoscumque (il-
lorum licentia minime requisita) etiam sub censuris Ecclesiasticis & aliis pœ-
nis cogi vel compelli possint seu debeant etiam decernimus & declara-
mus. Et licet in *sessione 25. cap. 12.* caueatur quod censuræ & interdi-
cta Ecclesiastica etiam à locorum ordinariis promulgata mandante Episco- 34
po à regularibus in eorum Ecclesiis publicari debeant tamen si tem-
re celebrationis alicuius ex festis Sanctorum ordinum eorundem a: a-
lias in alijs festiuitatibus iuxta eorundem ordinum priuilegia Aposto-
stolica interdictum huiusmodi emanauerit illud in præfatis festiuitati-
tibus iuxta eorundem ordinum priuilegia Apostolica interdictum hu-
iusmodi emanauerit illud in præfatis festiuitatibus & earum octa-

V u uis suspen-

35 uis suspendimus Controuersias autem omnes de præcedentia quæ in eadem *ses-*
sione 25.cap.vero 13. per Episcopum terminari mandantur nonnisi durantes per
36 illum dirimi finitas autem nullo pacto innouari posse statuimus. Cumque licet
cap.11.sess.25. statuat quod in dominibus virorum seu mulierum quibus anima-
rum personarum sæcularium cura imminet nulli etiam ad nutum amouibiles
inibi deputentur nisi de ordinarij consensu ac præuio examine huiusmodi præ-
cedentes ad curam huiusmodi admitti posse omnino volumus præfatos regula-
37 res. Quartam autem funeralium de qua *sess. 25. cap. 13.* nequaquam soluere te-
neantur monasteria quæ à quadraginta annis citra fundata existunt postquam
concilium ipsum loquitur tantum de monasterijs ante annos quadraginta funda-
tis quæ ipsam quartam soluere consueuerunt & vbi solui consueuit id tantum
ceræ & aliorum quæ in aliquibus partibus deferri contigerit tempore quo de-
functorum corpora ad sepulturam deferuntur non autem de missis seu legatis
vel aliis fratribus ipsis seu monialibus huiusmodi relictis aut alias quomodolibet
donatis solui debet sicque intelligi concilii decretum quoad quartam huiusmo-
di soluendam debere decernimus vbi vero non est consuetudo soluendi quar-
38 tam huiusmodi de nullo suprascriptorum solui debere declaramus. Nec ad
quartam seu aliam partem omnium eorum quæ etiam pro ornamento Ecclesiæ
palliorum planetarum cortinarum pannorum & aliorum quæ dictis Ecclesiis re-
linqui vel dari contigerit etiam si pro victu fratrum aut alias relinquantur ali-
39 quid contribuere teneantur. Ac etiam ius sepulturæ solui tantum consuetum cu-
ratis & non aliquid aliud eis solui debeat quamuis partes ad earum libitum Ec-
clesiis ordinum huiusmodi seu eorum fratribus alia quæcunque tribuant seu
eleemosynas elargiantur quando sepeliuntur ibidem corpora mortuorum hu-
40 iusmodi; nec propterea impediri debeant quin possint defunctorum corpora
41 præfata ad eorum Ecclesias tumulanda deferri facere. Inhonestum quoque esse
censentes mendicantium ordines ad aliquorum onerum contributionem teneri
illos illorumque loca etiamsi curam animarum habeant ac quæcunque beneficia
illis vnita ad contributionem pro seminario ad decimarum aliquarum solutio-
nem imo illos & eorum domos monasteria beneficia & loca quæcunque & ab il-
lis quomodolibet dependentia eorumque possessiones vineas agros & prata ac
alia bona quæcunque tam ad ipsos quam ad moniales præfatos etiam largitione
fidelium seu alias iustis de causis ab eis acquisita ac pecuniis empta vel alias quo-
modolibet pertinentia minime teneri: illosque & illas à quibuscumque decimis
42 primitiis quartis & aliis fructuum partibus nec non subsidiis charitatiuis etiam
43 per nos concessis ad quorumcumque regum principum & dominorum tempo-
ralium instantiam quacunque etiam vrgentissima & de necessitate exprimenda
causa ac etiam aliis quibuscunque oneribus tam ordinariis quam extraordinariis
etiam

etiam ratione fructuum onerum virgultorum lignorum beneficiorum & aliarum quarumcunque rerum tam pro victu quam vestitu aut alias sibi necessariarum quomodolibet etiam autoritate Apostolica nunc & pro tempore impositis ita vt pœnitus & omnino ad alicuius rei contributionem minime teneantur omnino eximimus & liberamus illosque & illas ad illos & illa etiamsi sæculares & aliæ personæ quæcunque in eas exigendi possessione fuerint minime teneri debere volumus nec sub *cap. 12 sessione 25.* comprehendi posse vel debere decernimus. Quod vero de vsu quæstorum eleemosynarum auferendo loquitur *sessionis 21. cap. 5.* id ad mendicantium ordines nullo modo referri posse vel debere etiam decernimus quin potius cum eleemosynis huiusmodi viuere cogantur eis id facere liberum omnino esse declaramus. 45

Quoniam vero ex nimia Episcoporum sibi irrogata auctoritate ipsi personas regulares suæ iurisdictioni subijcere omnino student ac decreto concilij præfati *sessionis 25. cap. 14.* edito quo cauetur quod si regularis intra claustra existens & extra ea ita notoriæ delinquerit vt populo, scandalosus sit termino ab Episcopo præfigendo à suo superiore omnino puniatur sin minus ab ordinario delinquens puniri possit, confisi varijs indebitisque grauaminibus regulares afficiant ordinarios præfatos aliquid contra regulares in claustris degentes huiusmodi quouis prætextu occasione vel causa innouare non posse vel debere nec aliquos processus contra ipsas personas regulares formare aut facere posse volumus nisi propter manifestum scandalum & suorum ordinum superioribus prius consultis & negligentibus alioquin omnia & singula contra præmissa facta gesta ac facienda in futurum pro nullis & infectis habeantur. Licentias vero pro construendis domibus regularibus *qua. 4. cap. 25. sessionis* nisi de ordinari licentia construi prohibeatur gratis omnino dari & non nisi legitima subsistente causa (superioribus explicanda) illas recusari posse nec non fratres præfatos (etiam solos mortuorum corpora associare. Ac mandatum in die cœnæ Domini fieri solitum in Ecclesijs seu domibus fratrum cuiuslibet ordinis prædictorum solemniter facere & prædicta die prædicare hora quæ eis videbitur nec per locorum ordinarios aut rectores Ecclesiarum seu alios quoscumque prohiberi posse etiam decernimus & declaramus. Mandantis etiam vniuersis locorum ordinarijs ne mortuorum officia agere rectores parochialium in Ecclesijs ipsorum fratrum (contra illorum voluntatem permittant. Ac moniales dictis fratribus subditas vel perso nas sepulturam in eorum Ecclesijs eligentes (nulla soluta parocho portione) sepelire vel si fratres ad mortuorum corpora associanda vocati fuerint illa absque fratrum huiusmodi præsentia sepelire facere audeant vel præsumant. Cumque maxime deceat liberam esse cuiusuis testantis voluntatem prauum illum vsum paruo adhuc tempore (vt præfertur) introductum per quem 46 47 48 49 50 51

teſtamenta abſque presbyterorum præſentia fieri interdicuntur omnino abro-
52 gamus. Poſtremo quod *cap. 13. ſeſſ. 25.* cautum fuit quod omnes tam cle-
rici quam regulares quicunque ad publicas proceſſiones vocati accedere com-
pellantur id quod ad fratres præfatos de illis tantum proceſſionibus intelli-
gi volumus ad quas ſecundum conſuetudinem antiquorum locorum ſoliti ſunt
accedere vel quæ pro bono pacis Eccleſiæ vel pro victoria contra infideles in-
dicuntur quod etiam de illis conuentibus (qui collegia nuncupantur) mi-
nime intelligi volumus in quibus fratres ſub arctiori clauſura degunt ita vt nec
in choro cantent nec ad mortuos accedant ſed tantum ſtudiis & lectionibus
vacent. Præterea ſi forte inter Epiſcopos vel Collegia aut Capitula vel alias qua-
uis perſonas & præfatos Fratres ſeu moniales aut eorum aliquos ſuper præmiſ-
53 ſis vel aliquo eorum coram quocunque ſeu quibuſcunque iudicibus etiam
cauſarum palatij Apoſtolici auditoribus &c. ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardi-
nalibus tam in Romana curia quam extra eam vbilibet lis ſeu lites reſpectiue
pendeant : nos litem ſeu lites & cauſam vel cauſas huiuſmodi ad nos aduoca-
mus ac illam & illas quarum ſtatum ac nomina & cognomina iudicium & colli-
gantium præſentibus haberi volumus pro ſufficienter expreſſis caſſamus & ex-
tinguimus ac partibus perpetuum ſilentium deſuper imponimus. Ac inſu-
per vt facilius præmiſſa omnia illibata perſiſtant omnia & ſingula priuilegia-
54 ta immunitates indulgentias facultates libertates indulta diſpenſationes fauo-
res & gratias quæ decretis Concilij Tridentini alias quam vt ſuperius eſt di-
ctum conceſſum & declaratum non contrariantur expreſſe eiſdem Fratribus
nec non moniales quibuſcunque & ſororibus tertij ordinis prædictorum ordi-
num reſpectiue ordinibus ac illorum Eccleſijs domibus & perſonis etiam viuæ
55 vocis oraculo in genere vel in ſpecie tam per piæ Recor. me. Eugenium IV.
Sixtum IV. Leonem X. Paulum III. ac dictum Paulum IV. & Pium etiam IV.
quam alios quoſcunque Romanos Pontifices etiam prædeceſſores noſtros ac
nos & ſedem eandem quomodolibet conceſſa confirmata & innouata : nec
non noſtris & prædeceſſorum noſtrorum ac alias quaſcunque deſuper confe-
ctas litteras quarum omnium tenores ac eorundem prædeceſſorum noſtrorum
nomina & alia de neceſſitate exprimenda ac ſi de verbo ad verbum (nihil peni-
tus omiſſo (& forma in illis tradita obſeruata inſerti forent etiam præſenti-
bus pro ſufficienter expreſſis haberi volumus autoritate Apoſtolica tenore præ-
ſentium perpetuo approbamus & confirmamus illiſque perpetuæ & inuiola-
bilis firmitatis robur adijcimus eaque perpetuis futuris temporibus inuiolabi-
liter obſeruari debere ac fratribus ſuperioribus & perſonis ordinum huiuſmo-
di nec non alijs quibuſcunque quos illa concernunt ſuffragari debere ſeu poſſe
volumus. Nec non priuilegia immunitates facultates libertates indulta diſpen-

ſatio-

ſationes exemptiones fauores & gratias tam ſpirituales quam temporales modo & forma quibus conceſſa ſunt etiam per viam communicationis & extentionis actiue & paſſiue inter ſe & alios quoſcunque ordines reſpectiue de nouo concedimus illaque omnia & ſingula ad domos & loca quæcunque dictorum 57
mendicantium ordinum & monialium quarumcunque ac ſororum de tertio ordine nuncupatarum in congregatione viuentium dictorum ordinum (vt præfertur) hactenus recepta & impoſterum recipienda. Nec non eorum perſonas & bona etiamſi priuilegiorum & aliarum gratiarum præfatorum authentica originalia propter temporis antiquitatem vel varias vrbis ruinas deperdita exiſtant (dummodo de eis alias legitime conſtet) extendimus & ampliamus. Et ſic in præmiſſis omnibus & ſingulis per quoſcunque judices & perſonas 58
quauis autoritate fungentes etiam Cardinales & auditores præfatos ſublata eis & eorum cuilicet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & autoritate iudicari & diffiniri debere nec non quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis autoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari irritum & inane decernimus. Quo circa dilectis filijs noſtro Prædicatorum Cardinali protectori & Sancti Heronymi generali ordinum ac curiæ cauſarum Cameræ Apoſto- 59
licæ etiam generali auditore nunc & pro tempore exiſtentibus per Apoſtolica ſcripta motu ſimili mandamus quatenus ipſi vel duo aut vnus eorum per ſe vel alium ſeu alias præſentes litteras & in eis contenta quæcunque vbi & quando opus fuerit ac quoties pro parte eorundem fratrum aut monialium vel alicuius eorum fuerint deſuper requiſiti ſolemniter publicantes eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant (autoritate noſtra) præſentes & in eis contenta huiuſmodi firmiter obſeruari ac ſingulos quos literæ ipſe concernunt pacifice frui & gaudere non permittentes eos vel aliquem eorum deſuper contra præſentium tenorem per quoſcunque (etiam locorum ordinarios) quomodolibet indebitæ moleſtari contradictores quoslibet & rebelles per cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas aliaque opportuna iuris remedia (appellatione poſtpoſita) compeſcendo legitimiſque ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus cenſuras & pœnas ipſas (etiam iteratis vicibus) à grauando & interdictum Eccleſiaſticum apponendo inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilia brachij ſæcularis. Non obſtantibus præmiſſis & aliis Apoſtolicis nec non in prouincialibus & ſynodalibus conſilijs editis generalibus & ſpecialibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ac etiam iuramento confirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus priuilegijs quoque indultis & litteris Apoſtolicis eiſdē Epiſcopis & quibuſuis alijs perſonis ſub quibuſcunq; tenoribus & formis ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis aliiſque

efficatoribus & insolitis clausulis irritantibusque & alijs decretis in genere vel specie etiam motu simili ac alias quomodolibet concessis approbatis & innouatis. Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa & indiuidua non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quæuis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum (nihil pœnis omisso) & forma in illis tradita obseruata inserti forent præsentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus. Nec non omnibus illis quæ in litteris confirmationis & innouationis priuilegiorum eorundem alijs eosdem Paulum IV. & Pium etiam IV. prædecessores nostros prædictos ordini fratrum minorum huiusmodi concessorum concessum est non obstare contrarijs quibuscunque aut si locorum ordinarijs vel quibusuis alijs communiter vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam
60 & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et quia difficile foret earundem præsentiarum litterarum notitiam ad quascunque personas peruenire vt vbique illis præsentare etiam motu & scientia similibus volumus & decernimus quod transumptis earundem præsentium litterarum (etiam per impressionem factis) manu alicuius notarij publici subscriptis aut sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillatis quemadmodum adhiberetur præsentibus literis originalibus (si præsentarentur vbique) adhibeatur tam in iudicio quam extra illud plena & indubitata fides. Nulli omnino ergo hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis exemptionis liberationis inhibitionis auocationis cassationis extinctionis impositionis approbationis confirmationis adiectionis concessionis extinctionis ampliationis voluntatis & derogationis infringere vel ei ausu temerario contraire si quis autem hoc attentare præsumpserit indignitatem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ ad sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, 17. Kalen. Iulij Pontificatus nostri anno secundo.

Ca. Glorierius

H. Cumin.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

BRE-

BREVE
SANCTISSSIMI DOMINI NOSTRI PII PAPÆ QVINTI.

Super declaratione Ordinum Mendicantium.

PIVS PAPA V. AD PERPETVAM REI memoriam.

ROmanus Pontifex, tam vniuersalis Christianæ quam singularum eius religionum præcipuus defensor, omnibus illarum incommodis pro sui Pastoralis officij debito libenter occurrit, & eorum indemnitati salubribus
iuxta temporum morumque exigentiam declarationibus & alijs remedijs con-
sulere solet opportunis sane licet dilecti filij omnium mendicantium ordinum
fratres à contributione seminarij clericorum in qualibet ciuitate eiusdem conci-
lij formam erigendi per Tridentini concilij decreta eximantur. Nosque inter alia 61
eisdem mendicantium ordinum fratribus concessa priuilegia eos & eorum
quemlibet tam à seminarij huiusmodi contributione quam subsidio quomodo-
libet nec non decimis quibuscumque & certis alijs oneribus Apostolica autori-
tate similiter exemerimus & liberauerimus eosque ad illorum omnium contri-
butionem nullo vnquam tempore cogi & compelli posse decreuimus. Cum ta-
men sicut non sine animi nostri molestia nuper accepimus nonnulli locorum or-
dinarij & forsan in Prouincialibus Concilijs eo forsan sub prætextu quod ordi-
num mendicantium fratres huiusmodi bona stabilia ex indultu seu dispensatio-
ne Apostolica retinere possunt & propterea mendicantes re vera non sint eos
ad seminarij subsidij, decimarum & aliorum onerum huiusmodi contributio-
nem cogere forsan præsumpserunt & in dies præsumunt in graue ipsorum one-
rum grauamen & præiudicium non modicum. Nos animo reuoluentes eos ex
fructibus bonorum huiusmodi varias Reipublicæ Christianæ vtilitates afferre
cum ex ipsis varios magistros & Doctores manu teneant & quorum doctrina
ipsorum fratres nouitij eruditi postmodum effecti gregem dominicum prædi-
cationibus suis orationibus alijsque innumeris pietatis operibus iuuent & pas- 62
cant eorumque domos non minus imo magis quam ea quæ per ordinarios erecta
sunt seminaria vocari posse & propterea mendicantium nomen amittere nullo
modo debere volentes idcirco omnem dubitandi materiam amputare omnes &
singulos mendicantium ordinum fratres huiusmodi ac eorum singulis à quibus-
uis excommunicationis suspensionis & interdicti alijsque Ecclesiasticis senten-

tijs

tijs censuris & pœnis à iure & ab homine quauis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes & absolutos fore censentes nec non quarumcumque litium & causarum coram quibusuis iudicibus & vbicunque quomodolibet pendentium status & merita nominaque & cognomina iudicium & collitigantium nec non quorumcumque priuilegiorum indultorum exemptionum & immunitatem eorundem ordinum mendicantium fratribus hactenus quomodolicet concessorũ tenores præsentibus pro expressis habentes lites quoq; & causas præfatas vt præfertur pendẽtes ad nos harũ serie auocantes illasq; penitus
63 extinguentes & collitigantibus huiusmodi perpetuum super præmissis silentium imponentes. Motu proprio non ad ipsorum fratrum vel alicuius eorum Nobis super hoc oblate petitionis instantiam sed ex certa nostra scientia ac de
64 Apostolicæ potestatis plenitudine omnes & singulos. Quatuor mendicantium ordinum vt sancti Dominici sancti Francisci ac Erimitarum sancti Augustini nec non Carmelitarum & quos etiam recenseri volumus seruorum Beatæ Mariæ nominibus comprehensos fratres eorumque domus monasteria & loca etiam si in communi propria bona tam mobilia quam immobilia & stabilia ac alia quæcunque possederint mendicantium vocabulo & omnibus & singulis mendicantium priuilegijs eis quomodolibet concessis vti posse & debere nec super præmissis vllo vnquam tempore molestari posse autoritate Apostolica per præsentes statuimus & declaramus; ac tam Concilij Tridentini quam omnia & singula alia decreta statuta ordinationes priuilegia & iura de mendicantibus loquentia ad omnes & singulos ordines præfatos eorumque domos & loca etiam propria bona in communi tamen retinentes extendimus & ampliamus illaque de illis loqui etiam autoritate præfata per easdem præsentes declaramus. Ac insuper
65 eisdem ordinarijs & quibusuis aliis tam Ecclesiasticis quam sæcularibus quauis autoritate fungentibus in virtute sanctæ obedientiæ & aliis arbitrio nostro moderandis pœnis similiter per præsentes mandamus vt si quod per eos tam nostro quam prædecessores nostri temporibus tam ratione seminarij subsidij & decimarum quam aliorum onerum huiusmodi exactum fuit id totum eisdem fratribus omni mora & dilatione postpositis restituant districtiue inhibentes eisdem locorum ordinarijs ceterisque personis tam Ecclesiasticis quam sæcularibus quauis autoritate fungentibus & cuiusuis dignitatis gradus & conditionis existentibus ne eosdem mendicantium ordinum fratres præfatos bona huiusmodi retinentes quouis prætextu super seminarij subsidij & decimarum contribu-
66 tione molestare inquietare vel perturbare audeant vel præsumant. Decernentes quoque præsentes literas nullo vnquam tempore de subreptionis vel obreptionis vitio aut intentionis nostræ vel quopiam alio defectu notari vel impugnari

nulla-

nullatenus posse minusue sub quibusuis similium & dissimilium gratiarum reuocationibus modificationibus limitationibus restrictionibus & alijs contrarijs dispositionibus tam per nos quam etiam successores nostros quomodolibet ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs alijsque efficatioribus & insolitis clausulis irritantibusque decretis pro tempore factis & faciendis quorumcumque tenore existant includi sed illis non obstantibus in suo robore & efficacia persistere & quoties illæ emanabunt toties in pristinum statum restituas repositas & plenariæ reintegratas etiam sub datum etiam per ipsos eligandas de nouo concessas esse & ita incommutabilis voluntatis & intentionis nostræ esse & ad hoc vt perpetua firmitate subsistant vim validi & efficacis contractus inter sedem Apostolicam & præfatorum ordinum mendicantium huiusmodi fratres habere debere sicque per quoscumq; iudices & commissarios quauis autoritate fungentes etiam causarum palatij Apostolici auditores ac sanctæ Rom. Eccles. Card. sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & autori ate iudicari debere: irritum quoque & inane quicquid secus super his à quoquam quauis autoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa dilectis filijs curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Generali auditori necnon quarumcumque tam cathedralium quam collegiatarum Ecclesiarum decanis præpositis Archipresbyteris Archidiaconis thesaurarijs & quibusuis alijs in eisdem Ecclesijs dignitates obtinentibus vbilibet & in quibuscumque regionibus terris & locis existentibus per præsentes motu simili mandamus quatenus ipsi & eorum quilibet per se vel alium seu alios præsentes litteras & in eis contenta quæcunque vbi & quando opus fuerit ac quoties pro parte dictorum fratrum vel alicuius eorum fuerint requisiti solemniter publicantes eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant autoritate nostra eosdem fratres & eorum singulos præmissis omnibus pacifice frui & gaudere non permittentes eos vel eorum quempiam super illis quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoslibet & rebelles per sententias censuras pœnas Ecclesiasticas aliaque opportuna iuris & facti remedia appellatione postposita compescendo. Et nihilominus legitimis super his habendis seruatis processibus sententias censuras & pœnas ipsas etiam aggrauando inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Non obstan. fel. re. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna & concilij generalis de duabus dietis dummodo vltra tres dietas quis vigore præsentium ad iudicium non extrahatur & alijs Apostolicis nec non in prouincialibus & synodalibus concilijs editis specialibus vel generalibus constitution. & ordination. ac quibusuis etiam iuramento confirmatione Apostolica vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus priuilegijs quoque indultis & litteris Apostolicis sub quibuscunque teno-

ribus & formis ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs alijsq; efficatioribus & insolitis clausulis irritantibus & alijs decretis in genere vel in specie etiam motu simili & ex certa scientia ac Apostolicæ potestatis plenitudine ac alias quomodolibet etiam consistorialiter concessis approbatis confirmatis & sæpius innouatis. Quibus omnibus etiamsi de illis illorumque totis tenoribus specialis specifica & expressa mentio seu aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso & forma in illis tradita obseruata inserti forent præsentibus pro expressis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus contrarijs quibuscumque aut si aliquibus communiter vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam
68 ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod præsentium transumptis manu alicuius notarij publici subscripti aut alicuius prælati vel in dignitate Ecclesiastica constituti sigillo munitis eadem prorsus fides adhibeatur quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibi-
69 tæ vel ostensæ. Quodque præsentes in valuis Cancellariæ Apostolicæ & Basilicæ principis Apostolorum de vrbe nec non in acie campi flore per aliquem ex cursoribus nostris publicentur & inter extrauagantes constitutiones perpetuo valituras conscribantur ac postquam publicatæ fuerint plenam & indubiam fidem
70 faciant nec non omnes & singulos illas concernentes perinde ligent ac si esse personaliter intimatæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris de prima Octobris M.D.LXII. Pontificatus nostri anno secundo.

Io. Alf. Naldi.
A. Catorius.

ANNO à natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo. Indictione decima die vero decima sexta mensis Octobris Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri D. Pij diuina prouidentia Papæ Quinti anno eiusdem secundo retroscriptæ literæ in forma breuis affixæ & publicatæ fuerunt in retroscriptis locis vt moris est per me Alexandrum Astancollum præfati sanctissimi D. N. Papæ cursorem.

Idem Cursor.

Philippus Chappius Magister Curs.

Nos

NOs Ioannes Baptista Cicada miseratione diuina S. R. E. Presbyter Cardinalis tituli sanctæ Agathæ omnibus & singulis præsens literarum Apostolicarum confessionis declarationis confirmationis & voluntatis sanctissimi D. Pij diuini prouidentia Papæ quinti in fauorem mendicantium impressum transumptum visuris lecturis pariter & audituris notum facimus & in verbo veritatis attestamur qualiter cum supra dictis originalibus Apostolicis literis quas non cassas non abolitas nec in aliqua sui parte suspectas vidimus & cum præmisso transumpto auscultauimus concordant. In quorum omnium fidem & testimonium ad instantiam R. P. Christophori Patauini ordinis Erimitarum sancti Augustini prioris generalis has præsentes nostras attestationis litteras etiam imprimi & nostri soliti sigilli (quo in similibus vtimur) impressione communiri & per notarium infra scriptum subscribi fecimus.

Actum & datum Romæ in ædibus nostris anno à natiuitate Domini 1568. indictione decima die vero 3. Aprilis Pontificatus eiusdem sanctissimi D. N. Pij Papæ quinti anno tertio.

Pro D. Felice de Romacelis Notarius cui Illust. ac Reuerendiss.
PP. Io. Lucas Romerius subscripsit.

EGo Hieronymus Comes de Portia attestor & affirmo hoc suprascriptum sigillum esse sigillum Reuerendiss. & Illustrissimi Cardinalis Cicadæ tunc nuncupati Cardinalis S. Clementis quod ex litteris circa ipsum sigillum impressis apparet in quorum fidem manu propria scripsi & subscripsi & hoc ex experientia quam per multos annos habui in vrbe.

Hieronymus Comes de Porcia manu
propria scripsi.

Actum Monaci in S. Francisco
10. Nouembris. 1576.

Originale seruatur Monachi S. Augustini.

QVÆSTIO CENTESIMA VIGESIMA QVINTA.

An exempti cleri secundarij diœcesis Leodiensis possint vocare in ius suos debitores etiam exemptos coram Abbate S. Laurentij, eorum conseruatore.

SVMMARIVM.

1. *Retentione rei ad alium spectantis vis censetur inferri.*
2. *Vbi est casus legis non est vlterius dubitandum.*
3. *Conseruator est iudex primæ instantiæ.*
4. *Vtile est exemptis quod in prima instantia conueniantur coram conseruatore.*
5. *Exempti in Hispania Francia Belgio conueniuntur in prima instantia coram conseruatore.*
6. *Exemptionum finis est vt quietius in maiore libertate Deo inseruiretur.*
7. *Conseruatoris iurisdictio in exemptos non aufert exemptis eorum exemptionem & nu. 16.*
8. *Conseruator non sua sed Pontificis iurisdictione vtitur.*
9. *Conseruatores non habent iurisdictionem Episcopalem.*
10. *Impugnantes exemptiones violant libertatem Ecclesiæ & censuras incurrunt.*
11. *Imperator non potest derogare exemptionibus & conseruatorijs Ecclesiasticis.*
12. *Molestiæ sunt duplices iuris & facti.*
13. *Casus omissus remanet in dispositione iuris communis.*
14. *Exemptus potest exemptum conuenire coram conseruatore.*
15. *Verba generalia sunt magnæ efficaciæ.*
16. *Præiudicium non fit exemptionibus nec etiam ordinariis si exempti subsint iurisdictioni conseruatoris.*
17. *Correlatiuorum idem est iudicium.*
18. *Conseruatoria respectu Pontificis est late interpretanda.*
19. *Creditores exempti & debitores exempti sunt correlatiui.*
20. *Capitula qualem iurisdictionem habeant in capitulares.*
21. *Capitula non habent cum conseruatore iurisdictionem priuatiue sed habere possunt accumulatiue.*

TALIS mihi occurrit hodie facti species Dominus Ioannes Canonicus S. Dionisij prætendens domum claustralem à Domino Natali eiusdem Ecclesiæ canonico occupatam ad se pleno iure spectare recurrit ad conseruatorem cleri secundarij cuius iurisdictionem Natalis subterfugiens conqueritur apud cleri secundarij deputatos ac etiam Concilium Serenissimi Ferdinandi

dinandi Episcopi & Principis nostri Leodiensis penes quod est conseruatoriæ Cæsareorum priuilegiorum se in prima instantia coram conseruatore iudice incompetente euocari. In qua facti specie consultus respondi Natalem temere & sine aliquo iuris fundamento iurisdictionem conseruatoris impugnare, multis equidem rationibus quæ superius. *quæst. 117.* & hic recensentur.

Primo, quia secundum constitutionem Sixtiuam officium conseruatoris implorari potest ab exemptis aduersus eos qui grauamen vel molestiam ipsis inferunt & consequenter aduersus natalem qui dicitur Domino Bistenio molestiam inferre eumque turbare in iure domus claustralis quam prætendit ad se pleno iure spectare. Per retentionem enim rei ad alium spectantis vis censetur 1
inferri, *l. vim facit qui ff. de vi & vi armata Amanellus de claris aquis sing. incip. nota quod si promisi.* Et proinde cum hic sit casus legis & priuilegij expressus non 2
sit vlterius inquirendum, *Zasius cons. 14. nu. 17. Paris. cons. 136. par. 3. glo. in l. ancilla. C. de furtis.*

Secundo communi classicorum doctorum calculo in hoc itum est conseruatorem etiam in prima instantia de exemptorum caussis ciuilibus atque pecunarijs posse cognoscere, *Emanuel Roderiq. quæstionum regularium 65. articulo 12. tom. 1. fol. 381. Nauar. cons. 3. de offic. deleg. Gregorius Sayrus in floribus decisionum lib. 1. tit. 17. de offic. deleg. dec. 1. Ioannes Baptista Confettius de priuilegiis ordinum par. 2. tit. 4. cap. 7. de officio conseruatoris fol. 350. Guido. dec. 18.* 3

Tertio vtile est exemptis quod in prima instantia suas actiones tam actiue quam passiue coram conseruatoribus indigenis possint proponere alioquin enim quauis ex causa litem moturi Romam deberent excurrere vel ex vrbe delegatos sibi in patria iudices postulare. 4

Indeque est vt speciali Hispanorum Francorum Belgarum de priuilegio exempti in prima instantia non Romam euocari sed in patria coram proprijs iudicibus ordinarijs (vt eorum sunt conseruatores) debeant conueniri. *Renatus Choppin. de sacra politia lib. 2. tit. 4. nu. 6. fol. 231. Nauar. cons. 9. de priuil. vbi ostendit quid sit ordinarius.* 5

Neque refricari potest exemptionis priuilegium futurum exemptis elusorium & inane si liberati à iurisdictione ordinaria diœcesani recognoscere debeant conseruatorem aliquem pro ordinario.

Etenim exemptionum pontificiarum origo & finis est vt exempti ab oppressione & iugo diœcesani qui eis infestus esse consueuit liberati quietius liberiusque diuinæ contemplatione vacent, *late Rebuffus resp. 142. Bald. cons. 337. vol. 4. Boer. de statu Eremitarum num. 6. Mandos de signatura gratia tit. exemptio. col. 2. & 3. DD. cap. recolentes de statu Monachorum Ioannes Bacquet liure cinquieme de droit. du donaire de france cap. 18. nu. 6.* 6

7 A qua quidem contemplatione seruitioque diuino periculum non est ne exempti per hanc conseruatoris iurisdictionem auocentur. Quippe quod ea sit longe dissimilis & dispar à iurisdictione diœcesanorum ordinaria in suos subditos.

Conseruatores enim iurisdictionem habent non propriam qualis est diœcesani in suos subditos sed aliam scilicet Apostolicam atque ad vniuersitatem causarum delegatam quæ licet eo nomine & respectu ordinariæ iurisdictioni æquiparetur, *Fel.cap.qualiter & quando de accusat. Abb.cap.1.& 9.de offic.del. Nauar.cons.3.de offic.del.Emanuel.Roder.d.art.16.quæst.65.* attamen in modo procedendi atque appellandi iurisdictione immediate à S. sede delegatæ par est & æqualis, *Card.Tuschus in com.conf.verb.conseruator.nu 6.Anchar.cons.132.Rufin cons.3.& 4.Mandos de inhibitionib.quæst.4.nu.10.* at vero iurisdictioni ordinariæ omnino

8 dispar atque dissimilis. *VVames.cons.463.de Regular.* vtpote quod conseruator non sua iurisdictione sed Pontificis qui ei demandauit perfungatur. *l. solet ff. de iurisdict.om.Iud.*

Deinde conseruatores iurisdictionem quidem habent primæ instantiæ in

9 exemptos, *Emanuel Roder.Nauar.Io.Baptista Confettius loco supra citato.* at verò Episcopalem seu diœcesanam iurisdictionem neutiquam sed ab ea manent omni modo exempti liberique à præsumpto illo ordinariorum odio iugoque quod præsertim à lege diœcesana solebat emanare, *Rebuff.rest.143.*

Itaque Dominus Nicolaus Tabolet & cum eo Capitulum S. Dionisij reddendo se supplices concilio ordinario Cæsareorum priuilegium conseruatori iurisdictionemque sui conseruatoris multopere eis proficuam atque etiam procedendi stilo compendiosam oppugnando non modo (quod Impp. Honorius &

10 Theodosius rescripserunt *in l.si pater in fin.C.de sponsalibus*) laborant contra sua propria commoda sed etiam impingunt in censuras quas incurrunt qui Ecclesiæ libertatem priuilegiaque impugnant, *Card.cap. perpendimus de sent.excom. Io.Andr.cap.fin.col.fin.de immunit. Eccles. Rochus de Curte tract. de consuetudine nu.457. Emanuel. Roderiq. in compendio quæst. reg. verb. communio. in fine vers. Episcopi.* à quibus censuris ne quidem Dominus Ioannes Biltemus immunis esset si iudicio isti laico quod ei coram concilio ordinario dictatur acquiesceret, *Nauar.cons.1.nu.81.quæst.42.de constit.* dispositio enim pœnalis de vno correlatiuorum extenditur ad aliud *præses in locis legal.loco à correlatiuis.*

Denique mandatum illud Concilij ordinarij per Capitulum S. Dionisij impetratum nullius est roboris & momenti.

11 Quippe quod imperator qui istius conseruatoriæ autor est afficere nequeat iurisdictionem conseruatoris Pontificiæ vt nec res personasque huius hypothesis Ecclesiasticas, *cap.verum cap.bene cap.imperator dist.96.cap. Ecclesia S.Mariæ*

cap.cum

cap. cum accessissent vbi DD. de const. Peckius cap. ea qua nu. 5. de Reg. Iur. in 6. Card. Mantica de tacitis & ambiguis conuentionibus par. 1. lib. 4. tit. 1. num. 10. Emanuel Roderiques quæst. Reg. tom. 1. quæst. 65. art. 12. fol. 383. Col. 2. & 3. vti ego supra fuse ostendi.

Summa constitutio Sixti Papæ qua Abbati S. Laurentij demandatur cognitio quarumlibet molestiarum etiam alia ex causa quam beneficiali comprehendit vti genus vtrumque molestiæ speciem iuris & facti, *DD. l. 1. C. de nundinis vti in tractatu de aduocatijs ostendi.* 12

Vt proinde cum ex narratiua mandati soleat iurisdictio fundari, *Gaill. lib. 1. obs. 31.* non possit non dici mandatum per Dominum Ioannem Bulteniùm à conseruatore cleri secundarij impetratum ex narratiua illius molestiæ turbationisque esse fundatissimum.

Sed dubium monetur num Sixtiua illa constitutio etiam vires habeat in casu quo exempto sit aduersus suum debitorem etiam exemptum iudicialiter experiendum arguiturque pro negatiua parte Pontificem de hoc casu sigillatim non 13
disposuisse & proinde casum hunc omissum remansisse in dispositione iuris communis, *l. commodissimo ff. de liber & post l. si post dotem ff. sol. matr.* quo priuilegiatus contra priuilegiatum priuilegio suo vti non potest; *DD. auth. quas actiones C. de sacro Eccles. Franc. cap. 1. §. verum nu. 4. de iure patr. in 6.*

Sed dubium non est quin hic casus sub conseruatoria Sixti Pontificis qua 14
exemptis facultas concessa est quoscumque suos debitores qualicumque ex causa coram abbate S. Laurentii eorum conseruatore euocandi posse comprehensum.

Ratio vna sit quia Pontifex vtitur verbis illis generalissimis *nec non contra* 15
quoscumque eorundem Decanorum Capitulorum canonicarum personarum & suppositorum etiam alia quam beneficiorum Ecclesiasticorum ratione debitoru quæ sunt magnæ emphasis atque energiæ adeo vt in materia etiam stricta atque odiosa comprehendant omnem casum qui dici excogitariue potuisset, *Hieronymus Gonsales de mensib. & alternat. Episcopo glo. 9. nu. 24. & seqq. vbi id probat Hieronymus Gratus cons. 21. nu. 77. par. 2 August. Bero. familiarum quæst. 56. num. 2. Iosephus Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1271. nu. 45. late Anton. de amatis. dec. Marchij 104. nu. 52. & seqq. prases in locis legal. loco à generalitate & loco à subiecta materia*, vt proinde in tam generali dispositione non possint non comprehendi etiam debitores exemptorum qui etiam pariter exempti sunt, *latissime Antonius Gomesius ad Reg. Cancell. tit. de infirmis resignant quæst. 5. fol. 73.* idque non obstante quod idem Gomesius ibi subiiciat teoriam hanc non habere locum quando dispositio respicit aliquam tantum vniuersitatem. Tum propter emphasim dictæ generalitatis verborum quibus Pontifex vtitur. Tum quia à subiecta materia huius

ria huius Sixtiuæ illius verba interpretationem extensiuam recipere debent & qualitate exemptiua eorum omnium qui in genere & specie in ea enuntiantur ita & debitores in ea enuntiati non tantùm intelligendi sint de ijs qui non sunt exempti sed etiam de debitoribus exempti, *præses loco à subiecta materia DD. cap. solita de maior. & obed. Calderin. cons. 122.* Tum quia obstat argumentum à rubro de quo late præses *loca à rubro.* Tum denique quod qualitas illa præcedens exemptionis censeatur repetita in omnibus aliis enuntiationibus qualitas enim in genere conueniens pluribus repetita in eadem oratione vni personæ intelligitur etiam repetita in alia *Bart. & DD, l. Seca. §. Caio. col. vlt. ff. de fundo instr. leg. perego de fideicommiss. art. 25. nu. 29.*

16 Signanter porro quod hoc sensu præiudicium iurisdictioni ordinariæ aut exemptionibus non fiat manent enim hac interpretatione sarta tecta exemptionum priuilegia respectu diœcesanorum qui multifariam solebant exemptos grauare vti sigillatim recenset Clemens V. *Clem. frequens de excess. Prelatorum,* sola iurisdictione contentiosa in conseruatore translata qui quidem non autoritate ordinaria de causis exemptorum ciuilibus cognoscit sed autoritate pontificia specialibus eiusmodi in causis vices Papæ gerens, *l solet ff. de iurisdict. om. iud.* vt certe conseruatoriæ istius verba latissime in præiudicium iurisdictionis quam papa habet in exemptos sint interpretanda, *l. beneficium vbi DD. ff. de const. prin. cap. 1. de filiis presb. in 6. Abb. cap. olim. nu. 7 de verb. sig. Castr. & DD. l. 2. C. de in ius vocando milis in repert. verb. priuilegium principis.*

17 Ratio altera sit desumpta ab argumento à correlatiuis Constitutio enim disponens in vno ex correlatiuis habent etiam locum in alio, *late præses in locis legal. lib. loco à correlatiuis Ioannes Baptista à S. Blasio in tract. de correlatiuis DD. l. fin. C. de indict. vid. toll. Gabriel. com. concl. lib. 6. de legibus concl. 3.* etiamsi constitutio esset pœnalis stricta atq; odiosa, *Bart l. fin. ff. de acceptil. præs. d. loco.* & cõsequenter Sixtiua cõstitutio siue conseruatoria S. Laurentij dispones creditores exemptos posse debitores suos in ius vocare coram conseruatore extendenda etiam est non modo ad debitores non exemptos sed etiam ad debitores qui pariter sunt exempti, idque quia hic non agitur de præiudicio iurisdictionis ordinariæ sed
18 abdicatione iurisdictionis Papæ in exemptos competentis cuius respectu conseruatoria est late interpretanda atque extendenda. *d. l. beneficium vbi DD. & alij superius laudati.*

Quin autem creditores exempti de quibus in Sixtiua constitutione fit men-
19 tio correlatiui sint debitorum etiam exemptorum nemo credo dubitauerit nisi qui Pirrohoi philosophastri sectator esse voluerit qui vt est apud Alciatum, *l. certum ff. si cert. pet.* de omnibus dubitandum esse asserebat, subiicitur & alia dubitatio exemptos cleri secundarij Diœcesis Leodiensis immediate eorum ca-

rum Capitulis veluti eorundem iudicibus subiacere proinde conseruatorem in iudicem recognoscere non posse.

Cui obijci postposita quæstione qualitatis iurisdictionis quam de re collegia habent in collegas exemptos respondetur primo exemptiones has esse ab omni iurisdictione ordinaria & extraordinaria solum ea excepta quæ est à S. sede specialiter in exemptos alicui delegata, *cap. si Abbatem de elect. in 6. vbi DD. Nicolaus Boer. de potest. legati à latere nu. 28. spec. de legato §. sequitur num. 13. vers. sed nunquid VVamesius cons. 63 de iudicijs tom. 1.* 20

Et licet capitula seu iure seu præscriptione seu Pontificia commissione speciali iurisdictionem quampiam haberent in collegas de quo late VVames. *cons. 63. de iudiciis tom. 1.* attamen ea iurisdictio non priuatiue sed accumulatiue eis vna cum conseruatore competeret, *cap. Pastoralis cap. irrefragabili vbi DD. de offic. ord. cap. quia contingit de Ret. dom. Rom. cons. 393. Barth. l. 1. ff. de officio præf.* 21 *verbis*, ita vt vtrimque præuentioni locus sit quippe quod specialis iurisdictio vni competens alterius vniuersali iurisdictioni derogare non soleat, *glo. & Angel. l. 1. C. vbi & apud quem VVames. cons. 63. num. 6. tom. 1. de iudiciis cap. vt debitus de appel. cap. 3. de offic. ord. Fel. cap. irrefragabili in pr. vers. declara prædicta eod. tit.*

QVÆSTIO CENTESIMA VIGESIMA SEXTA.

Exempti non possunt in prima instantia ab eorum creditoribus non exemptis conueniri.

SVMMARIVM.

1. *Conseruatores sunt ordinarij exemptorum.*
2. *Hispani, Galli, Belgæ exempti in primo instantia coram ordinario conueniuntur.*

Conseruatores sunt iudices velut ordinarij exemptorum ad vniuersita- 1
tem causarum eorundem deputati adeo quidem vt conseruatoribus postpositis in prima instantia Romam vel aliunde extra eorum domici- 2
lium euocari non posse priuilegijs Hispaniæ Galliæ Belgij ostendit Renatus Choppinus quem laudaui superius, *par. 1. scholio 184. & par. 2. quæst. 27. & 103.* quibus in locis quæstioni huic respondi vt nolim quod actum est agere, Confirmarique eædem quæstiones possent ex eis quæ præses Euerardi ea ratione casus conuersiua adfert in locis legalibus loco à ratione casus conuersiua.

QVÆSTIO CENTESIMA VIGESIMA SEPTIMA.

An capitula iurisdictionem habentia causam collegæ cognoscendam possint alicui committere.

SVMMARIVM.

1. Capitula non habent generalem iurisdictionem.
2. Iurisdictio non competit capitulis priuatiua.
3. Capitula an possint constituere officialem generalem.
4. Iurisdictionem vniuersalem an delegati possint subdelegare.
5. Capitula habent iurisdictionem inferiorem.
6. Processus ex capite incongruo non sustinetur ex capite congruo.
7. Conseruator officium suum non imploratum impartitur.

TALIS exurgit controuersia coram Abbate S. Laurentij quam Clarissimus Dominus Ioannes Fabritius illius assessor consilium meum exquirens mihi communicauit Capitulum B. Mariæ Huensis designat pro generali omnium causarum officiali & iudice Dominum Pholianum Massaert suum collegam & pro fisco Ernestum Hoyoul qui Huberto Gaskon Capituli supposito libellum edit accusatoriam coram Domino Pholiano officiali Hubertus autem iurisdictionem illam subterfugiens recurrit ad conseruatorem quærebatur quid iuris.

Respondi primo capitula de iure non habere generalem iurisdictionem sed
1 tantum leuium quorundam criminum coertionem vbi late respondit Dominus Ioannes VVamesius *cons. 63. de iudiciis tom. 1.* nisi tamen consuetudine seu temporis præscriptione iurisdictionem acquisiuerint, *Oldra. cons. incip. quia omnes nu. 8. & cons. 251. incip. nu. 1. Regonus Archiepiscopus VVames. d. cons. 63. nu. 1. in fin.* vti capitula cleri secundarij Leodiensis fecisse existimo.

Respondi secundo eiusmodi iurisdictionem capitulis non competere priua-
2 tiue cum conseruatore sed accumulatiue ita vt inter eos præuentioni sit locus *glo. & ang. l. 1. C. vbi & apud quem cap. vt debitus de appell. cap. 3. de offic. ord. Fel. in cap. irrefragabili in pr. ver. declaro prædicta eod. tit. VVames. d. cons. 63. nu. 6. & 7. latius Farinac. dec. 30. par. 2. vbi limitat. nisi fauore certæ personæ iurisdictio concedatur.* an autem conseruator criminalem iurisdictionem habeat non insisto pendet enim id à textu priuilegii vti ostendi, *quæst. 6. & 96.*

Respon-

Respondi tertio capitula posse quidem particularem aliquam causam alteri cognoscendam decidendamque delegare, *VVames. cons. 44. de offic. ord. tom. 1.* sed an ad vniuersitatem causarum ambigi. In affirmatiuam enim sententiam me impellit quod iurisdictio competens iure proprio in alium transferri possit. *l. more l. solet l. praetor ff. de iurisdict. om. iud. & C. Tit. l. qui pro sua iurisdictione iudices dare dariue possunt & ff. de offic. eius cui mandata est iurisdictio.* 3

At vero pro negatiua quod nequidem iudices ad vniuersitatem causarum deputati iurisdictionem à se abdicare non possint, *l. legatus de offic. praes. Host. in summa de officio de leg. DD. l. à iudice vbi Ias. C. de iudicijs Nicolaus Bellonus ad Rubr. de officio eius cui mandata est iurisdictio nu. 62.* 4

Deinde quod capitula sint è cathegoria iudicum inferiorum iurisdictionem habentium qui iurisdictionem à se abdicare non possunt nisi ad breue tempus valetue ius scilicet vel absentiae causa, *DD. l. si longius ff. de iudicijs l. obseruare ff. de officio pro consulis Franc. cap. 1. nu. 4. in fine de offic. vic. in 6. Lapus alleg. 5.* Post eius quod regulariter nemo delegare possit causam nisi is qui iurisdictionem habet ordinariam. *Rom. l. eum qui nu. 1. ff. de iurisdict. om. iud.* Sed quia Capitulum Huense mutato consilio forsan dictam commissionem generaliter Domino Pholiano datam reuocabit eaque particularem hanc causam committet quaeritur an processus coram eo sub titulo officialatus inceptus progressum habere poterit sub speciali commissione à capitulo ei demandata. 5

Respondi negatiue. Ratio est quia processus coram eo tanquam officiali sustineri nequit alio ex capite quo processum non fuit actus enim gestus ex capite incongruo sustineri nequit ex capite congruo ex quo gestus non est, *l. si is ad quem ff. de acq. hared. late Rom. cons. 343.* 6

Tum quod repugnat voluntati agentis, *l. nullum interest C. si quis alteri vel sibi cap. super. de offic. del.*

Tum quod via quam quis elegit ei patere debeat, *l. si mulier in fin. vbi DD. ff. quod met. causa.*

Tum quod processus iudicis procedentis vna autoritate quam putat se habere robur non accipiat ex alia autoritate quam habet, *Host. cap. cum ex officij de praescript. feder. de senis cons. 125. Rom. d. cons. 343.*

Tum denique quod processus factus coram iudice putatiue confirmari non possit vt ex tunc ex sequente delegatione, *Rom. l. eum qui num. 4. ff. de iurisdict. omni. ind.*

Denique quaesitum est vtrum conseruator talem nullitatem iudicij à parte non supposita supplere possit. Respondeo breuiter posse. Tum quia iudex officio suo nobili prouideri debet parte etiam non postulante in iudicium reddatur nullum atque elusorium. *Anton. de Amatis. decis. Marchiae 33. num. 14* 7

Alex.cons.225.nu.3.lib.6.Rota nouiss.dec.666.num.4.par.1.DD.l.dies cautioni §.hoc autem iudicium ff.de dam.infect. Tum quia conseruator etiam irrequisitus officium suum impartiri potest vti superius ostendi, *quaest.116.*

QVÆSTIO CENTESIMA VIGESIMA OCTAVA.

Ordinarius an sententiam conseruatoris remotioris exequi teneatur.

SVMMARIVM.

1. *Casus huius quaestionis.*
2. *Exceptio declinatoria competens principali non extenditur ad fideiussorem.*
3. *Exemptio debitoris non prodest eius fideiussori.*
4. *Ordinarius non exequitur sententiam notoria iniquam.*
5. *Non licet eligere conseruatorem remotiorem postposito viciniori.*
6. *Officialis resistere potest cuilibet iudici officium suum excedenti.*
7. *Executor non debet esse facilis in sententiarum executionibus quae apparent iniustae.*
8. *Index potest etiam irrequisitus executioni sententiae iniustae per alium latae sese opponere.*
9. *Iudicis requisiti quale sit officium.*
10. *Index ad executionem requisitus exceptiones altiorem indaginem requirentes non admittit.*
11. *A sententia iudicis requisiti ad quem sit appellandum.*

CAsus talis occurrit. Religiosi quidam exempti contrahentes cum vidua Henrici le Brand dederunt ei pro contractus securitate quendam Natalem expromissorem, quem eadem vidua iuxta legem contractus coram officiali Leodiensi vocauit in ius. Is ab officiali condemnatus recurrit praetextu exemptionis religiosorum pro quibus sese obligarat ad Abbatem Luxemburgi residentem qui sententiam Officialis quauis certe trutina iustiorem cassauit atque irritauit & viduam in expensis condemnauit.

Quaeritur vtrum officialis Leodiensis ad litteras requisitoriales istius Abbatis teneatur eisdem sententiam executioni demandare.

Et

Et quidem hac in facti contingentia respondi non teneri sequentibus argumentis.

Primo, Quia religiosi non fuerunt contra relictam Henrici le Brand coram officiali Leodiensi cuius sententiam Abbas irritat iudicij partes. Sed Natalis eorum expromissor qui priuilegio & conseruatoria eorundem religiosorum non gaudens non potuit suo aut religiosorum respectu sententiam per officialem Leodiensem aduersus se latam coram dicto Abbate pseudo-conseruatore in disputationem reuocare. Catholica enim est doctorum vtriusque scholæ teoria exemptionem declinatoriam competentem principali ad illius fideiussorem vel expromissorem non extendi, *l. si reus ff. iudicatum solui l. sed & si §. 1. ff. de iudiciis Aufrer. de potest. sæculari super Ecclesiast. reg. 4. fall. 22.* 2

Exemptionemque debitoris principalis ad illius fideiussorem quoque deriuare non posse, *Martha. de iurisdict. inter Ecclesias & sæcularem exercenda casu 106. numer. 1. spec. de compet. iudicis additione §. 1. num. 26. Rom. cons. 633.* 3

Secundo, quia officialis Leodiensis ad exequendam sententiam conseruatoris requisitus exequi non potest sententiam quam notoriæ videt nullam esse aut iniquam, *DD. l. à diuo pio §. sententiam Romæ datam ff. de re iud. Bald. cons. 36. lib. 4. cons. 98. lib. 3. Cumanus cons. 141. Guido dec. 574. Angel. cons. 276. incip. punctus talis Card. Tuschus com. concl. tom. 4. concl. 466. nu. 12. & seqq.* Quin autem sententia dicti Abbatis pseudo-conseruatoris horum religiosorum nulla sit & notoriæ iniqua notorietate nullitatis & iniquitatis resultante ex actorum inspectione quæ solet executionem iudicis requisiti impedire dubium non est, *Vincentius Carocius de remediis aduersus demnos executiones except. 22. num. 14. & except. 70. num. 21. & seqq. Lucas de penna l. quoties nu. 6. vers. 2. casu. C. de exact. tribut. lib. 10. Alberic. l. additos nu. 1. C. de Episcop. aud. Cagnol. l. 1. §. non videtur num. 28 ff. ne vis fiat.* 4

Quo autem ad illius nullitatem non potuerunt religiosi quibus electio conseruatorum concessa est postpositis tot Abbatibus nobis vicinioribus adire Abbatem longe remotiorem Luxemburgi extra hanc Diœcesim residentem, *Io. Andrea in addit. ad spec. de offic. delegati §. sequitur num. 1. super verb. sed nunquid Emanuel Roder. quæst. regul. tom. 1. quæst. 65. art. 8.* vt viduam tœdio expensarum & itineris asperi difficilisque vltra tres dietas à suo domicilio euocatam contra formam conseruatoriæ opprimerent quo & nomine vt officialis Leodiensis iudex ordinarius conseruatori vt & cuilibet alteri delegato limites suæ commissionis excedenti resistere possit omni iure permissum est, *Card. Tuschus com. concl. tomo 4. concl. 436. verb. index ordinarius maior* 5

delegato §. volumus vbi Barth. & Iacob. de Bellouis Auth. vt iudices siue quoquo suffragio Feder. de Senis cons. 216. nu. 2. Cyn. Auth. qua in prouincia in fin. C. vbi de crimine.

At vero si ad eiusdem sententiæ iniustitiam nos conuertamus & ea luce ipsa meridiana dilucidens patebit ex actorum inter viduam Henrici le brand & Natalem inspectione ex ijs enim certe constabit se suaque bona huic viduæ coram scabinis Leodiensibus nodo gordio validius nexuisse vt proinde officialis ad executionem sententiæ Abbatis ita apparenter iniuste requisitus facilem se exhibere non debeat, *Baldus cons. 98. casus scribit iudex lib. 3.*

Imo vero cum Abbas ille pseudo-conseruator sententiam officialis Leodien-
7 sis tam æquam & iustam irritando in ipsam iustitiam palpabiliter & liquide impegerit Officialis Leodiensis detecta iam illius nullitate atque iniustitia ex actis resultante etiam irrequisitus atque ex officio sese potest illius executioni oppo-
8 nere vti apposite respondit Ludouicus Romanus, *cons. 51. Innoc. cap. 1. in fin. de offic. vicar. glo. l. qui cum maior §. qui patris verb. succurrendum ff. de bon. liber. not. Barth. l. eum qui ita §. qui ita ff. de verb. oblig.*

9 Sed dubitatur quales sint iudices requisiti in iudicando partes? Quidam censuerunt eum non posse quicquam de nullitate aut iniquitate sententiæ cuius executio vrgetur decernere sed quod rescribere debeat iudici requirenti, sententiam cuius executionem requirit notoriæ nullitatis aut iniustitiæ vitio laborare, *Cumanus cons. 141. vers. ad secundum Castr. l. à diuo Pio §. sententiam num. 5. vbi Barth. in pr. legis de re iud. Innoc. cap. de cætero de re iud.* vel etiam remittere causam & partes ad iudicem requirentem, *Card. Tuschus d. cons. 466. nu. 15. DD. d. l. à diuo Pio §. sententiam.*

Sed alij sentiunt indistincte si notoria sit nullitas aut iniustitia iudicem ad id non teneri sed iudicem requisitum posse eiusmodi sententiam declarare executioni demandari non posse. *Rom. cons. 51. Apost. ad Cast. de §. sententiam num. 5. Baldus l. ab executione vers. sed nunquid exceptio nullitatis suspendat C. quorum appell. non recipiuntur in l. vnica vers. in cuius cap. verbis C. ne liceat in vna.*

10 Idque si exceptiones quæ opponuntur sint notoriæ secus si requirerent maiorem indaginem eiusmodi eum exceptiones iudex requisitus non admittit, *Fel. cap. Pastoralis §. quia vero de offic. del. & in cap. de cætero de re iud. Card. Tuschus com. concl. tom. 4. concl. 466. nu. 60. DD. l. 4. §. condemnatum de re iud.*

11 Denique ambigitur quid si iudex requisitus grauamen inferat ad quem sit appellandum an ad superiorem iudicis requisiti vel requirentis.

Respondetur ad superiorem iudicis requirentis seu executionem requirentis, *Card. Tuschus d. conc. 466. nu. 19. capell. Tholos dec. 411. vbi Aufr. Barth. l. à diuo Pio §. sententiam in fin. vers. quia in exequendo de re iud.*

Cæte-

Cætera quæ ad huius quæstionis illustrationem plenius spectant videri poterunt in superioribus quæstionibus. *quæst. 106. & 119. & tomo meo 1. de iurisdict. ord. in exemp. lib. 2. quæst. 44.*

QVÆSTIO CENTESIMA VIGESIMA NONA.

Tenantes Ecclesiarum an gaudeant earum Priuilegijs & conseruatorijs.

SVMMARIVM.

1. *Tenantes qui dicantur.*
2. *Curia tenantium est Ecclesiasticum tribunal.*
3. *A curia tenantium appellatur ad Ecclesiasticum & nu. 7.*
4. *Tenantes an sint exempti.*
5. *Causæ coram curia tenantium censentur Ecclesiasticæ.*
6. *Causæ bonorum Ecclesiasticorum agitari debent coram iudicibus Ecclesiasticis.*
8. *Appellari ab Ecclesiasticis temporalem iurisdictionem habentibus debet ad Ecclesiasticum nisi eam tenerent in feudum.*
9. *Causa semel effecta fori Ecclesiastici semper manet Ecclesiastica.*
10. *Secularis qualiscumque inferior est Ecclesiastico.*
11. *Cameræ imperialis causæ sunt aniternæ.*
12. *Camera imperialis reijcit appellationes ab Ecclesiasticis.*
13. *Cameræ obstat præscriptio.*

COllegia Ecclesiastica huius Diœcesis Leodiensis habent plerumque tenantes hoc est iudices coram quibus controuersiæ bonorum suorum temporalium possunt terminari pœnæsque quos est iurisdictio non solum actionum personalium sed etiam realium atque mixtarum ad eorum iurisdictionem temporalem pertinentium, *Baldus cap. 1. de eo qui curtim vendidit VVames. cons. 67. nu. 6. de iudicijs & cons. 175. nu. 5. & 6. de appellat. Chopinus in Monasticon lib. 1. tit. 3. nu. 19. fol. 130.* licet autem curia eiusmodi tenantium constari soleat ex personis laicis est tamen tribunal Ecclesiasticum quod eodem iure censeri debet quo Ecclesiastica collegia à quibus sunt stabilita, *Barth. l. 1. §. hac actio ff si quis testam. liber esse VVames. d. cons. 67. & 175. num. 6.* vt proinde sicuti à collegijs Ecclesiasticis ad sæcularem appellari non potest ita neque ab eiusmodi curia tenantium appellationem interponere non ad laicum sed ad Ecclesiasticum necesse est, *VVames. d. cons. 175. nu. 8. & 10. cap. si duobus § fin. de app.* Dubitatio huic insurgit vtrum eiusmodi tenantes & personæ seruitio Ecclesiarum exempta-

exemptarum adscriptæ sint exemptæ & conseruatoriis se tueri possint. Et quidem ita visum fuisse Emanueli Roderiques in syndicis seu quod mihi perinde est tenantibus Fratrum Minorum est compertum, *Regul. quæst art. 1. quæst. 40. & art. 4. & in suo compendio quæst. Reg. verb. procurator vers. imo ipse cum vxore fol. 459.*

Ego iudicium meum hic suspendo nolens stilo exactiore articulum hunc sub acumen præsentis calami reuocare. Discuti poterit Emanuel iam laudatus ac reduci ad trutinam iuris cum ijs quæ alio in loco deduxi, *lib. 1. de iurisdict. ord. in exempt. quæst. 30. & lib. 4. quæst. 38.*

Parergos tantum pro multitudine eiusmodi curiarum ab Ecclesiasticis stabi-
5 litarum animaduersione dignum existimaui causas quæ coram talibus curijs agitantur censeri debere Ecclesiasticas, *VVames. d. cons. 67. nu. 6. & 7. de iudiciis & cons. 175.* quippe quod coram istis curijs de bonis tantum disceptetur quæ ab ipsis Ecclesijs Ecclesiasticisue personis mouentur & proinde eiusmodi curiæ & causæ quæ coram ijs agitantur quantumuis reales atque sæculares censeri debeant Ecclesiasticæ non respectu conditionis iudicium qui laici sunt sed contemplatione curiæ ad Ecclesiam pertinentis cuius respectu surrogatione atque repræsentatione laici illi iudices quos tenantes hic vocamus eodem iure censeri
6 debent quo illi quos repræsentant, *Barth. d. l. 1. §. hæc actio ff. si quis test. liber esse iussus Baldui. cap. 1. de eo qui curtim vendidit. VVames. dictus locus.* Signanter etiam quod causæ bonorum Ecclesiasticorum quæ etiam à laicis occupantur ventillari debeant coram iudicibus Ecclesiasticis quos huiusmodi curiales repræsen-
7 tant, *cap. verum vbi Abb. de foro comp. VVames. d. cons. 175. nu. 1.* & consequenter appellationes ab ijs interponi debent non ad aliquem laicum sed ad Ecclesiasticum extatque hac de re iuris Canonici silentio non inuoluenda diffinitio, *in cap. Romana §. debet de appell. in 6.* ab Ecclesiasticis iudicibus spiritualem & tem-
8 poralem iurisdictionem habentibus appellandum non esse ad sæcularem sed ad Ecclesiasticum iudicem, *VVames. d. cons. 175. nu. 11.* idque etiamsi Ecclesiastici eorum bona à laicis principibus obtinerent, *Spec. de appellat. §. nunc tractemus nu. 22. cap. licet vers. vel ad nostram de foro comp. cap. 1. de delictis puerorum Ioannes Gallus dec. Parlamenti Parisiensis 258. Lancelot. de attentatis par. 2. cap. 12. limit. 50. nu. 236.* quod procul est dubio cum iurisdictio temporalis libere est translata in Ecclesiasticum id quod præsumitur, *Abb. cap. veniens not. 2. de accusat. Fel. cap. cæterum in fine de iudiciis.* Secus autem si iurisdictio esset infeudata, *Franc. Rubr. de appel vers. 3. quæro. Innocen. cap. cæterum de iudiciis Spec. d. loco.* Idem quoque si feudum Ecclesiæ concessum sit Francum & liberum nam nec eo casu etiamsi de leg. feudi esset quæstio ad cameram erit appellandum. *Aret. cons. 14. Petr.*
9 *Gregorij de feudis par. 5. q. 6. Bero cons. 32. nu. 17. lib. 1.* Sed quid si causa quæ per appellatio-

pellationem debebat deuolui ad superiorem sæcularem interponatur coram Ecclesiastico an poterit postea conuerso pollice per appellationem introduci coram iudice sæculari? Respondetur non posse. Causa enim censetur Ecclesiastica non modo respectu materiæ illius vtpote quod sit ex earum cathegoria quæ spirituales sunt sed etiam respectu iudicis Ecclesiastici ad cuius examen per iudicij prorogationem appellationemue reuocatur, *cap. diligenti cap. significanti de foro compet. VVames. d. cons. 175. num. 7.* Hincque est vt cum iudex Ecclesiasticus semel manum huiusmodi causæ apposuerit causa semel effecta Ecclesiastica semper manere debet Ecclesiastica iudexque sæcularis sese illi intromissere non possit, *cap. vt nostram de app. cap statutum de rescriptis in 6. VVames. d. cons. 175. nu. 10. cap. solita de maior. & obed.* sed appellari debeat ad Ecclesiasticum iudicem non ad alium sæcularem cuiusuis sit culminis qui eo respectu inferior censetur quocumque iudice Ecclesiastico, *Clem dispendiosam de iudicijs Abb. cap. quod clericis de foro compet.* & quidem hæc veluti per salyram ad conuelleneas multorum vitilitigatorum appellationes quæ frequentiores intercedunt morandi iudicij causa quam auxilij ab Ecclesiasticis iudicibus ad Spirensem Cameram, quæ licet iudicij sit Aristarchi atque incorrupti attamen causæ eæ sunt ad instar telæ penelopes quarum cursus & aqua vt cum Budeo in forensibus loquar hæret & subdit magno equidem rei & publicæ & priuatæ incommodo. *Clement. dispendiosam de iudicijs cap. nonnulli §. cum autem de rescriptis l. quidam ff. si cert. pet.* possitque de ea quod in adagio est dici Bunas iudex est. 11

Indeque factum est vt Camera Spirensis non raro appellationes iudicibus Ecclesiasticis ad se interiectas reiecerit vti constat anno 1594. Augusti 24 in causa appellationis Adolphi van Detz contra Hubertum van Buchell item anno 1603. octobris 3. in causa Conradi van Bœnen, contra Margaretam de Alsteden, anno 1587. in causa Francisci Hensh, contra Iodocum Delen, idque multis rationibus in iure fundatissimis quas hic vti ab hoc meo scopo alienas prætereo quibus etiam conformis est eiusdem Spirensis Cameræ consuetudo atque imperialis constitutio edita anno 1555. de religionis pacificatione, §. *damit auch obberurte beyderseits vervvanten* vbi constituitur quod contra imperij status qui augustanæ sunt confessionis Ecclesiastica iurisdictio exerceri non debeat in causis religionem ipsorum & Ecclesiarum ordinationes Cæremonias & ministeria concernentibus sed in alijs casibus & causis exerceri poterit Ecclesiastica iurisdictio per Archiepiscopos Episcopos aliosq; prælatos prout in singulis locis consuetudine receptum est & in exercitio ac possessione reperiuntur, verba constitutionis sic habent, *aber in anderen sachen vnd vorfallen solle vnd mag die Geistliche iurisdiction ohne deren exercitium an einem jeden ort her gebracht vnd die deren in vbungen gebrauch vnd possession seind hinfurt ohne bis her vnverhin-* 12

dert exercirt vnd gebraucht vverden. Quæ verba cum sint generalia non poterunt restringi ad causas primæ instantiæ sed comprehendunt etiam causas appellationum; in quibus eadem consuetudo reperitur.

V Quibus accedit præscriptio quæ cum consuetudine simbolisat, præscriptio inquam qua ab omni æuo postposita Camera Spirensi à iudicibus Ecclesiasticis ad superiores Ecclesiasticos appellari solitum est. Ad quam quidem præscriptionem inducēdam licet nonnulli existimarint scientiam imperatoris aduersus quem præscribitur necessariam esse, *Bald. cap. 1. num. 3. qua sint regalia Rom. l. 1. §. denique num. 5. ff. de aqua pluuia arcenda.* attamen alij censuerunt sufficere scientiam magistratus inferioris, *Barth. l. si publicanus §. in omnibus ff. de public. Bald. de præscript. §. 2. par. 8. princ. quæst. 3. n. 8. D D. cap. cum contingat de foro comp. Imola. d. l. 1. §. denique vers. nunquid ciuitates.* Imo vero scientiam Imperatoris in præscriptione temporis immemorialis qualis est hoc in casu præsumi plures alij optimæ notæ Doctores voluerunt, *Anton. Gabr. Com. conc. tit. de præscript. concl. 1. nu. 62. Curt. in cons. 158. num. 12. Ias. l. imperium num. 21. ff. de iurisdict. om. iud.* probaturque abunde hæc Imperatoris scientia varijs ex quærimonijs quas Imperatori olim Imperij proceres fecerunt ob euocationes subditorum in prima instantia ad curiam Romanam alto tunc silentio inuoluentes permissas visitatasque appellationes ciuilibus in causis ab Ecclesiasticis iudicibus ad iudices alios Ecclesiasticos vti plenius videre est apud Melchiorem Vedastum in collectione constitutionum Imperialium in grauaminibus in dicta Nuremburgensi, *Anno 1522. editis cap. 5. fol. 459.*

QVÆSTIO CENTESIMA TRIGESIMA.

Quid hac in exemptionum materia in regno Franciæ obseruetur.

VARIA ex sacra politia & monastico Renati Chopini nec non Papone alijsque Galliæ scriptoribus quæ in Francia animaduersione hac in materia digna sunt adferri possent. Hoc in loco occurrit L. Bochellius qui in libro 5. *tit.* 16. decretorum Ecclesiæ Gallicanæ, *folio* 866. hæc quæ sequuntur scripto reliquit.

DE

DE EXEMPTIONIBVS

TIT. XVI.

EX SYNOD. TVRON. 1583.

CAP. I.

NE defectus & excessus aliaque crimina quæ per Ecclesiasticos in magnum totius cleri scandalum licentiosius committuntur prætextu exemptionum, per nonnulla Capitula, Abbates, monasteria, ordines etiã mendicantium conuentus & alia loca tam sæcularium quam regularium prætensarum in multarum animarum periculum impunita remaneant quarum intuitu quam plurimis flagitiosis ac grauibus obnoxios criminibus addicta loca tanquam ad aliquod impunitatis asylum confugere plus satis compertum est; statuimus vt in quibuscumq; iuribus, exemptionibus, immunitatibus & priuilegijs non obstantibus ab Episcopis ex autoritate quam œcumenicorum conciliorum canones illis concedunt contra delinquentes procedatur seruata ea forma quæ in ijsdem concilijs præscribitur quoties contra regulares exemptos aut aliquem de capitulis ipsis Episcopis penitus non subiectis fuerit procedendum.

Si qui vero ab vna Ecclesia in aliam aut locum quem prætendunt exemptum suis criminibus impuniti per fraudem aut iudicij declinandi gratia migrasse comperiantur nihilominus ab ordinario caussa cognita iuxta Canonicas sanctiones puniri volumus in cuius diœcesi fuerint crimina commissa dictis iuribus exemptionibus immunitatibus & priuilegijs quibuscumque non obstantibus. Quibuscumque vero taliter fugitiuum Episcopo suo requirenti non reddiderit sed defensare præsumpserit Ecclesiæ communione priuetur.

EX CONSIL. BVRDIG.

CAP. II.

QVæcumque monasteria nec Episcopis subiecta sunt nec ab vllis generalibus capitulis pendent nec designatos ordinis sui visitatores habent sed proxime ad sedis Apostolicæ protectionem & gubernationem referuntur

feruntur exactis ad summum sex mensibus post harum constitutionum promulgationem comitia seu congregationes sui ordinis habere & ad eas conuenire teneantur vt ea ibi statuant inter se ac decernant quæ ad instaurandam atque conseruandam religiosam disciplinam deinceps obseruari curabunt eaque de causa certos visitatores designent quorum spectata sit sanctitas & eis id muneris communi suffragio committant. Alioquin eorum negligentiæ à nobis coepiscopis nostris pro sua cuiusque parte prouidebitur.

EX SYNOD. TVRON. 1583.

CAP. III.

DEcretum Concilij Viennensis sub Clemente V. editi cupiens hæc synodus in vsum reuocare eiusdem Concilij constitutionibus adhærendo Archiepiscopo licere decernit & declarat per quæuis loco exempta suæ Prouinciæ facienti transitum aut ad ea forsan declinanti vt crucem ante se libere portari faciat benedicat populo diuina officia priuatim vel publicæ ibidem audiat & ea etiam in Pontificialibus celebret & faciat in sua præsentia sine Pontificialibus celebrari (quouis priuilegio contrario non obstante) simili modo Episcopo vt in locis eiusdem suæ Diœcesis possit populo benedicere audire diuina officia & ea etiam celebrare & in sua præsentia celebrari facere sic tamen quod prætextu concessionis huiusmodi & in locis ipsis exemptis vel circa hoc priuilegiatis nullam aliam iurisdictionem idem Archiepiscopus vel Episcopus exerceat nec personis exemptis vel priuilegiatis molestiam inferat vel grauamen nullumque exemptioni vel priuilegijs eorumdem aliud præiudicium generetur nec ipsis Archiepiscopo vel Episcopo ius aliud quomodolibet acquiratur.

EX IO. GOLLO. QVÆST. 307.

CAP. IV.

PEr Arrestum anno 1393. fuerunt redditi custodiendi frater Petrus Salebron Petrus Vade Priori Franciæ prisionarij existentes in castelleto, non Episcopo Parisiensi nec Episcopo Podiensi quamuis in suo Episcopatu fuissent. Quia notoriæ exempti eo quia ipse persequebatur vt particeps delictorum propter quod dicti fratres erant prisionarij.

EX

EX CONCIL. APVD CASTRVM GONTERII. 1235.

Cap. V.

NE sub falso exemptionis prætextu quisquam iurisdictionem ordinariam illudere possit præsentis Concilij auctoritate statuimus vt si qui coram ordinarij conuenti iudicibus se exemptos allegent de quorum priuilegijs dubitatur priuilegium exemptionis suæ exhibeant. Quod si facere noluerint pro exemptis nullatenus habeantur.

ARMERICVS PICTAV. EPISC. IN SYNOD. 1367.

Cap. VI.

ITem cum Capellani seu Præsbyteri exempti seu prætextu exemptionis & de ipsis confidentes plures excessus iniurias contumelias committere non formident prout experientia nos edocet inhibemus sub pœna excommunicationis omnibus & singulis.

EX SYNOD. ECCLES. RHEM.

Cap. VII.

ITem causas siue lites proprias suorum hominum liberorum eidem exempti suo nomine aut actores vel defensores non assumant alioquin &c.

EX IISDEM SYNODALIV.

Cap. VIII.

ITem exempti ad Ecclesiasticam sepulturam excommunicatos vel nominatim interdictos non admittant alioquin ingressum &c.

CHARLES IX. AVX ESTATS D'ORLEANS, 1560. ART. II.

Chap. IX.

TOus Abbez Abbesses Prieurs Prieures non estans chefs d' ordre ensemble tous channoines & chapitres tant seculiers quæ reguliers & des

Eglises cathedrales ou collegiales seront indefferemment subiects à l'archeuesque diœcesian sans qu'ils puissent s'ayder d'aucun priuilege d'exemption pour le regard de la visitation & punition des crimes demeureront toutesfois aux Abbez & Abbesses Prieurs & Prieures la visitation & correction accoustumee sur leurs religieux ou Religieuses par faute d'obseruance de leur regle.

EX CONCIL. THOLOS. AN. 1590.

Cap. X.

Episcoporum iurisdictioni non mediocre impedimentum exemptis profusioris vitæ occasionem Christianis non vulgare scandalum afferre laxius quam par sit acceptæ exemptiones consueuerunt. Hunc igitur in exemptionum cognitione Episcopi modum adhibeant & vt illas ad vnguem obseruent & vltra quam loquuntur minime.

EX EOD. CONCIL.

Cap. XI.

Quæ à metropolitano suffraganeis aut eorum vicarijs & officialibus censuræ quæ interdicta promulgabuntur ea Regulares etiam exempti in eorum Ecclesijs ita statuente Tridentino Concilio publicæ proponant & seruent.

EX EOD. CONCIL.

Cap. XII.

Qui dies festi in metropolitano suffraganeorumue diœcesi seruandi indicentur eos quicumque tandem exempti fuerint qua iussum est veneratione celebrent quemadmodum tridentino concilij decreto cauetur.

EX EOD. CONCIL.

Cap. XIII.

Qui ad publicas processiones exempti clerici monachiue vocabuntur ad eas accedant qui recusarint ni ij fuerint qui strictiori septo conclusi perpetuo

petuo viuunt omnibus iuris remedijs ad id præstandum Tridentini concilij authoritate compellatur.

EX EOD. CONCIL.

CAP. XIV.

QVi exemptus prælatus etiam Episcopus in aliena diœcesi Ecclesiam quacumque ratione exemptam imo & spiritualem iurisdictionem sæculari possessione memoriamque excedente tempore habendum obtinet is aut ad sacrum oleum conficiendum aut ad Christo ministrandum ad Ecclesiam consecrandam aut denique ad alia quæuis obeunda Pontificis munia alienum in eam Episcopum non inducat neque ipse ea officia muneraue absque diœcesani Episcopi expressa licentia ministret nisi aliter exemptionis priuilegio caueretur.

EX EOD. CONCIL.

CAP. XV.

QVicumque Abbas exemptus licet benedictus & præsbyter fuerit is ex Tridentini Concilij decretis nulli omnino qui regularis sibi subditus professusque non sit aut primam tonsuram aut minores quatuor ordines conferat aut dimissorias litteras concedat.

EX SYNOD. ECCLESIÆ RHEMENS.

CAP. XVI.

IN causa decimarum possunt religiosi exempti trahi coram ordinario nisi de rebus exemptis agatur alioquin, &c.

QVÆ-

QVÆSTIO CENTESIMA TRIGESIMA PRIMA.

Quid de conseruatoribus Franciæ in regno statutum sit.

Et ibidem L. Bochellus eodem in libro decretorum Ecclesiæ Gallicanæ hæc quæ sequuntur scripsisse inuenitur tit. de conseruatoribus.

NOn possunt authoritate Apostolica dari conseruatores nisi Episcopi Abbates vel habentes dignitates aut personatus in cathedralibus vel collegiatis Ecclesijs nec extra ciuitatem vel Diœcesim in quibus sunt deputati nec aliter nisi in ciuitatibus & locis insignibus vbi possit haberi copia peritorum & infra vnam dietam à fine diœcesis rei procedere possunt vices etiam suas committere non possunt nisi quantum ad citationes & sententiarum denunciationes & non nisi in locis vbi sunt deputati & personis superius expressis & quicquid contra hoc fecerit ipso iure sunt nulla & nos denunciamus nulla esse.

PARS

PARS TERTIA.

MATERIAM CONSERVATORVM laicorum Tribunali vigintiduum virum Leodiensi comparatam comprehendens.

PROEMIVM DE RATIONE HVIVS STVDII.

Tribunal vigintiduumvirum Patriæ Leodiensis à maioribus nostris institutum est ad Reipublicæ quietem aduersus violentias tum priuatas tum publicas corruptosque iudices. Cui cum iurisdictio tutelaris & conseruatoria solum competat, rarior olim esse solebat illius iuris administratio: sed sensim vt tempus edax rerum omnia immutat, ita tribunal hoc paulatim iurisdictionem suam ampliando falcem suam in messem alienarum huius patriæ iurisdictionem dispendio reipublicæ huius adeo immisisse experimur, vt aliud vix sit tribunal in quo talis causidicina habeatur. Quod me mouit vt ijs quæ tenebras huic tribunali suffuderunt discussis iurisdictionem illius ad incunabula eius originis trutinamque iuris reuocarem. Bono equidem Leodiensis huius reipublicæ cuius sicuti magnopere interest sanctum hoc tribunal ab annis trecentis erectum, sartum tectum conseruari ita & mala quæ ex ampliatione istius iurisdictionis in aliorum dispendium irrepserunt expedit velut præsecmna resecari. Tu quisquis es iustitiæ alumnus studio hoc meo fruere & pro gratia Deum vt sit mihi merces adprecare.

QVÆSTIO PRIMA.

An sint etiam conseruatores laici.

SVMMARIVM.

1. *Sunt etiam conseruatores laici.*
2. *Iniuria committitur vi aut fraude.*
3. *Principes sunt conseruatores.*
4. *Speciales magistratus sunt conseruatores.*
5. *Vigintiduum viri Leodienses sunt conseruatores.*

DVbium non est quin & in sæculari statu quam plures sint qui conseruatorum munere aduersus iniuriatores fungantur. Cum enim Cicerone teste *officiorum 1.* Omnis iniuria aut vi aut fraude inferatur visque leoni fraus vero vulpeculæ comparetur vtrumque sit indignissimum ab homine sed fraus odio digna magis primus ad quem spectat conseruatoriale hoc munus est princeps cui incumbit iniurias omnes à suis subditis inter se propulsare & ne exteri eis inferant auertere, *l. 1. C. quando imperat Anfrerius cap. 1. de offic. ord. Carolus Grasal de regalib. Franciæ lib. 1. Iure 7. auth. de quæstoribus in pr. vers. vt subiecti à Dei clementia nobis traditi illæsi conseruentur.* vti latius ostendi tractatu de aduocatijs feudalibus. A principe defluxit in speciales magistratus qui hoc munere stabiliti erectique sunt vt fraudem omnem violentiamque auertant atque eliminent cuius speciei sunt vigintiduum viri Patriæ Leodiensis tribunal constans viris duobus & viginti erectum à principe icto cum maioribus nostris fœdere pacis quam vocamus de Fexhe in calce huius operis descriptæ.

Cum itaq; munus huius magistratus consistat maxime in aduertendis violentijs & fraudibus quæ à priuatis personis aut publicis prætextu iudicialis officij inferri possunt non immerito hic magistratus conseruatoriali munere fungi dicendus est non pari & æquali iurisdictione qua Pontificij conseruatores de quibus hactenus scripsimus sed analogicæ ac pro proportione fœderis quo constitutus est non omnino dispar aut dissimilis.

QVÆSTIO SECVNDA.

Tribunal vigintiduum virale Leodiense an sit odiosum vel fauorabile.

SVMMARIVM.

1. *Tribunal vigintiduum virale institutum ad salutem reipublicæ.*
2. *Statutum tendens ad corroborationem iuris communis est fauorabile.*
3. *Conseruatorum iurisdictio fauorabilis opinione quorundam sed verius est esse odiosam.*
4. *Ordinaria iurisdictio sola fauorabilis.*

Vide-

VIdetur fauorabile quia institutum est ad salutem & Reipublicæ quietem aduersus iudicum corruptelas sordes atque violentias quas iuris communis dispositio detestatur, *l. 1. §. sed & si ff. ad l. Cornel. de falsis ff. ad l. Iuliam de vi priuata & de vi publica late glo. l. fin. in verb. discriminis C. de pœna iudicis qui male iudicauit*, ad instar statuti quod tendit ad corroborationem iuris communis quod à iure communi non exorbitas censeri debet fauorabile, *Anchar cons. 158.* vti prolixe ostendit Marcus Antonius Blancus *tract. de compromissis quaest. 1. nu. 3. vers. contraria opinio.* Vt proinde non defuerint qui eiusmodi conseruatorum iurisdictionis censuerint fauorabilem, *Gem. cap. cum illis §. illis de prab. in 6. Fel. cap. cum te nu. 15. de Rescr. Ias. cons. 145. Ceuallos de cognit. per viam violentiæ quaest. 11. nu. 36.* verum placuit magis tribunal hoc odiosum esse & proinde illius iurisdictionem intra suos carceres esse restringendam & neutiquam extendendam, *Bellam. cons. 20. Bertrand. cons. 24. nu. 8. vol. 1. Cran. cons. 132. num. 2. Flan. de Resig. benef. lib. 3. quaest. 11. nu. 2. Hieron. Ceuallos de cognitione per viam violentiæ in causis Eccles. quaest. 26. num. 11.* Ratio est quia sola iurisdictio ordinaria censeri debet fauorabilis, *Feder. cons. 130. Abbas cap. quoniam nu. 4. cum addit. de priuileg. archid. ca. frater. 16. quaest. 1.* at vero extra ordinaria qualis est huius tribunalis censeri debet odiosa, *scripsi lib. 2. de Iurisdict. ord. in exemptos quaest. 2. nu. 19. Guimer. ad pragmat. sancti. tit. de collationib. §. & quia in glo verb. forinam.* 1 2 4

Neque obstat antinomia in principio adducta intentio enim statuentium facere non potest vt quod suapte natura odiosum est censeri debeat fauorabile & è contra quod fauorabile est censeri debeat odiosum, *Tiraquel. de Retr. cons. in præmio nu. 68*, odiosum porro est quicquid derogat ordinariæ potestati, *dixi lib. 1. de iurisdict. ord. in exempt. cap. 4.* ad cuius quippe quod officium spectat violentiarum malefactorumque coertio, *cap. 1. de offic. ord. in 6.*

Hincque est quod alio loco etiam concluserimus conseruatorum iurisdictionem iuris esse odiosi cum quibus tribunal hoc vigintiduumvirale quod ad iniurias violentiasque vindicandas erectum est non parum simbolisat, *vide supra quaest. 2. de conseruat in fin.*

QVÆSTIO TERTIA.

Tribunal vigintiduumvirale an censeri debeat Ecclesiasticum vel laicum.

SVMMARIVM.

1. *Vigintiduumviri constant partim Ecclesiasticis partim laicis.*

Aaa 2 2. Lai.

2. *Laicum censetur collegium in quo laicorum numerus excedit Ecclesiasticorum numerum.*
3. *A maiori parte denominatio.*
4. *Cleri si vt cleri sunt in collegio censeri debet Ecclesiasticum etiamsi clerici sint pauciores laicis.*
5. *Qualitas potentior attrahit ad se totum mixtum.*

1 TRibunal vigintiduumvirale constat personis Ecclesiasticis & sæcularibus Ecclesiasticæ personæ quatuor sunt Ecclesiæ cathedralis Leodiensis Canonici sæculares vero sunt partim ex ordine equestri partim populari. Hinc breuiter dubitatur vtrum tribunal hoc censeri debeat Ecclesiasticum vel sæculare. Quod sit tribunal laicum videtur. Quia sæculares qui in eo perso-
2 nam gerunt excedunt Ecclesiasticos, *Nauar. consil. 3. de foro compet. Maranta. de*
3 *ord. iudic. par. 4. dist. 11. num. 21. & 23. Barth. l. fin. ff. de colleg. illicit.* à maiori enim
4 parte solet fieri denominatio, *Fel. cap. 1. de prascript. Socin. cons. 12. vol. 5.* at è contra quod Ecclesiasticum censeri debeat videtur quia cum in collegio aut tribunali sunt æquali numero clerici & laici aut etiam clerici numero inferiori in eo sunt non tanquam quilibet sed tanquam clerici tunc qualitas maioris numeri cedit qualitati numeri inferioris ita vt eo casu opinione aliorum tale collegium censeri debeat Ecclesiasticum, *Rochus de iure patronatus verbo ius num. 24. & 25. Abb. cap. auditis in 3. not. de elect. in cap. 2. in fin. de for. comp in cap. per tuas de arbitr. & in prœmio decr. in prin præmij glo. cap. à collatione de appellat.* nã & in om-
5 ni mixtura qualitas potentior solet trahere ad se totum mixtum *DD. l. cum quæritur ff. de statu hom. fusissime Romanus l. 1. §. stipulationum ff de verb. oblig.* & propter mixturam priuilegiati cum non priuilegiato datur priuilegij ad non priuilegiatum extentio, *Rebuff. late de priuileg. scholarium priuileg. 105. num. 37. Crauetta Rubr. de leg. 1. nu. 152.* & latius confirmari id posset ex ijs quæ *lib. 1. de iurisdict. ord. in exemptos ostendi quæst. 26.*

QVÆSTIO QVARTA.

Princeps an sub pace vigintiduumvirale comprehendatur.

SVMMARIVM.

1. *In generali dispositione non comprehenditur persona loquentis nisi dispositio sit fauorabilis aut subiecta materia id expostolet.*
2. *Sub generali dispositione non comprehenditur persona speciali nota digna.*
3. *Inferior non potest docere legem superiori.*

3. Prin-

4. *Princeps ratione regularium est loco imperatoris.*

5. *Laici potestas concurrens num Ecclesiastica illi cedit.*

NOn comprehendi conuincunt paucis rationes sequentes. Prima ratio quia sub generali dispositione nunquam comprehenditur persona sequentis. *l. inquisito C. de solut. cap. quisquis de præbendis pulchre apud Ruinium cons. 83. col. vlt. lib. 5. Gosad. cons. 76. nu. 14. & cons. 101. num. 20. Menoch in resp. 2. causa Finariensis num. 74.* nisi tamen dispositio esset fauorabilis *Crau. cons. 174. num. 12.* aut subiecta materia aliud suaderet, *Menoch. d. nu. 74. & seqq.* aut nisi concessio ex certa scientia procederet, *Gosad. d. cons. 76. nu. 11.* vel nisi alioquin frustranea esset dispositio, *Menoch. & DD. iam laudati.* 1

Secunda ratio quia sub generali dispositione non comprehenduntur personæ speciali nota dignæ quales sunt principes quam ego teoriam prolixius discussi in tractatu de iurisdict. in exemptos, *lib. 1. quæst. 3.* 2

Tertia ratio quia princeps ab hoc fœdere specialiter excipitur vti videre est ex illius textu.

Quarta ratio quia etiamsi nominatim princeps ab hoc pace non exciperetur non tamen eadem pace ligaretur. *Bertachina tract. de Episcopo lib. 4. par. 2. nu. 33. Bald. auth quibuscunque in fine C. de sacro Eccles. & in l. digno vox C. de legib. Barthol. l. Lucius §. Titius ff. de fideius. libert.*

Quinta ratio quia inferiores legem dicere Episcopo eorum superiori non possunt, *cap. cum inferior de maior & obedient.* Idque non solum qua Episcopo sed nequidem quæ Principi. Tum quia princeps ob regalia est imperatoris regisue loco, *Martinus Laudensis tract. de principe quæst. 11. Iason loquens de Duce Mediolanensi consilio 101. par. 4. Franciscus Balbus de præscriptionibus in 2. parte partis 5. quæst. 8.* 3 4

Tum quia potestas illa laica quæ concurrit cum Ecclesiastica herbam dat & cedit Ecclesiasticæ cui subditi nullo modo possunt imperare aut legem præiudicialem dicere, *Nauar. in cap. nouit. not. 6. num. 26. de iudiciis cap. cum inferior vbi DD. de Maiorit. & obed.* 5

QVÆSTIO QVINTA.

Clerici an sub eadem pactione comprehendantur.

SVMMARIVM.

1. *Sub generali dispositione non comprehenduntur clerici.*
2. *Tribunal vigintiduumvirale est laicum.*
3. *Statutum non potest clericos subijcere laicis.*
4. *Episcopi clericos non possunt subijcere potestati laicæ.*
5. *Clerici subijciuntur potestati laicæ ratione officiorum secularium.*
6. *Diuersis respectibus potest aliquis subijci diuersis iudicibus.*
7. *Laicus iudex supplet negligentiam iudicis Ecclesiastici.*

1 NEutiquam sub generali enim dispositione præsertim odiosa non veniunt ij qui sunt speciali aliqua nota digni, *cap. sedes de rescriptis vbi DD. l. prætor ait §. quod autem ff. de iniuriis*, quales sunt clerici, *Abb. cap. verum num. 22. de foro compet. cap. 1. de pœnis in 6. cap. vestra de locato cap. quæ in Ecclesiarum de constit.* signanter quoties generalis dispositio particulari priuilegio præiudicium adferret, *cap generi de Reg. iur. in 6.* id quod ego limatius alio in loco cõprobaui,
2 *de iurisdict. ord in exemptos lib. 1. quæst. 3. nu. 13.* porro si clerici subijcerentur paci vigintiduumvirali eriperentur à iudice eorum clericali subijcerenturque tribunali laico quale est vigintiduumvirale in quo laicorum numerus excedit clericos, *Barth. l. fin. ff. de collegiis Abb. cap. ex literis num 3. & 4. de constit. Marant. de*
3 *ord. iud. par. 4. dist. 11. nu. 23. Aufrer. de potest. Eccles. super laicis num. 12.* quod non est in potestate statuentium seu autorum dictæ pactionis vigintiduumviralis, *cap. Ecclesia S. Mariæ de constit. Hier. Grat. cons. 110. nu. 38. par. 1. Rot. decis. 10. de consuet. in antiquis, vbi loquitur de consuetudine & statutis anglicanis in clericos Restau-*
4 *rus de Imperatore quæst. 101.* Nam neque Episcopi clericos potestati laicæ subijcere possunt, *glo. cap. clericum 11. quæst. 1. cap. si diligenti de foro competenti Bertachi-*
5 *nus de Episcopo lib. 4. par. 5. quæst. 49. nu. 95. vol. Oce. 2. fol. 188.* imo nequidem ipsi clerici seipsis *cap. si diligenti de foro comp.* id ne quidem si laicis vim inferrent, *Iason. l. est. reptum nu. 6. ff. de iurisdict. om. iudic. arg. l si manente ff. de prec.* patitur tamen hæc conclusio diuersas limitationes inter quas hæc vna sit clericos huic tribunali subijci ratione officij secularis quod gerunt, *cap. Sacerdotibus ne clerici vel Monachi Cassaneus ad consuet. Burgundiæ Rubrica des iustices §. 5. in glo. ad*
6 *verb. si n'a grace vers & isti sunt late Aufrer. de potest. hac super Eccles. Reg. 1. nu. 24 & seqq* diuerso enim respectu diuersis iudicibus quis subijci potest, *cap. cum*
7 *Capella de priuileg. vbi DD.* similiter in defectum iustitiæ seu negligentiæ iudicis Ecclesiastici, *ca. princeps seculari 24. quæst. 5. vbi glo. cap. tua de decimis Chassan. d. loco vers. 11. fallit. Aufrer. de potest. seculari super Ecclesiast. Reg. 1. nu. 11.*

Deni-

Denique multis alijs in casibus qui ex tractatu Stephani Aufrerij de potestate laica super Ecclesiasticis personis elici possent quos ego casus ne fusior sim alienique studij exemplator hic non transcribo.

QVÆSTIO SEXTA.

An exempti subijciantur huic vigintiduumvirum tribunali.

SVMMARIVM.

1. *Dispositio generalis non comprehendit exemptos.*
2. *Episcopus non potest exemptos nec exempti se ipsos alteri subijcere.*
3. *Disponere nemo potest de eo quod sua non est potestatis.*
4. *Iuliana constitutio est exemptionis amplissima.*
5. *Iuliana eximit etiam respectu officiorum & beneficiorum.*

Constitutio hæc vigintiduumviralis nominatim huic tribunali subijcit omnes cuiuscumque sint gradus qui autem de omnibus disponit neminem censetur excludere. *Prases in locis legalib. loco à generalitate.*

Verum opinor exemptos constitutione hæc vigintiduumvirali non posse comprehendi.

Primo quia sub dispositione generali non comprehenduntur exempti quoties quæstio est aut periculum ne priuilegio eorum derogetur, *scripsi lib.1.de iurisdict.ord.in exemptos cap.3.nu.13.& lib.2.quæst.2.nu.12.* 1

Secundo quia hactenus ostendimus Episcopos non posse clericos nec clerici se ipsos subijcere alterius potestati longe porro minus exempti qui extraneis comparantur, *lib.2.de iurisdict.ord.in exemp.quæst.19.nu.4.* in quos cum Episcopus imperium non habet consequens est vt nec ipsi se nec quispiam alius à Papa inferior eos alterius potestati non possit subiicere. Disponere enim nemo potest de eo quod suæ non est potestatis, *l. Lucius ff. ad municip. l.si Pater ff.quæ in fraudem credit.cap.in generali de controuers.inter dom.& agnat. Mantua sing.485.* 2

Tertio ipsimet exempti sese subiicere non possunt vti variis in locis in dicto tractatu comprobaui, *cap.cum tempore vbi Abb.& DD.de arbitris.* 3

Quarto, Diplomata Iulij Papæ exemptionum amplissima sunt concedentia exemptionem omnimodam ab omni iurisdictione ordinaria & extraordinaria cum clausulis prægnantibus & comminatoriis indignationis BB. Petri & Pauli de cuius energia scripsi alio in tractatu. 4

Quin-

Quinto, Eadem diplomata adeo eximunt vt ne quidem officiorum quæ gerunt contemplatione exempti vocari possint coram qualicumque iudice tam ordinario quam extraordinario vti videre est ex illa Iuliana quam huic tractatui inserui, *parte 2. quæst. 77. nu. 6.*

QVÆSTIO SEPTIMA.

Pontifex an statuere possit ne exempti ratione officiorum subiaceant vigintiduumviris.

SVMMARIVM.

1. *Iulij Papæ priuilegium eximit etiam ratione officiorum & beneficiorum.*
2. *Pirrho Philosophus censebat de omnibus esse dubitandum.*
3. *Ecclesiæ clauibus non est detrahendum.*

1 IVlius Papa exemptos cleri secundarii diœcesis Leodiensis adeo exemit vt ne quidem officiorum quæ gerunt respectu possint coram quibusuis ordinariis aut extraordinariis iudicibus conueniri sed an iure fulciatur hæc constitutio Pirrho aliquis Philosophus qui de omnibus dubitandum censebat vti est apud
2 Alciatum, *l. certum ff. si cert. pet.* fortassis ambiget. Certe nemo ambiget nisi qui
3 Papæ potestati ac Petri clauibus à Christo acceptis derogare voluerit. quare vti bene Nauarrus admonet iudices sæculares, *in cap. nouit. not. 6. num. 34. sexto Corollario de iudicijs*, & Iacobus Almaynus, *de potestate Papæ cap. 11.* cauendum eis est ne dum plus satis placere volunt iurisdictioni atque potestati laicæ displiceant diuinæ detrahendo clauibus Petri & Ecclesiæ potestati acceptæ ab ipsomet Christo Domino Deo nostro.

QVÆSTIO OCTAVA.

An Ecclesia cathedralis illiusue singuli canonici subijciantur huic tribunali.

SVMMARIVM.

1. *Cathedrales Canonici sunt membra mystici corporis Episcopalis.*
2. *Canonici cathedrales an sub dispositione generali comprehendantur.*
3. *Canonici cathedrales sunt exempti.*

De

DE Priuilegijs atque prorogatiuis Ecclesiæ cathedralis singulorumque eiusdem Ecclesiæ cathedralis Canonicorum qui sunt pars corporis Ecclesiæ cathedralis, *cap. requisisti de testam.* atque membra Episcopi qui Ecclesiæ cathedralis caput esse dicitur, *ca. nouit. cap. quando de his quæ fiunt à prælato Oldra. cons. 230.* multa si operepretium esset adferre possemus quæ essent extra Rombum vt est adagium atque huius materiæ cantilenam, vt proinde nolim etiam ingredi palestram illam. Num Ecclesia cathedralis illiusque membra sub dispositione generali comprehendantur in qua inuenio affirmantes, *DD. cap. quamuis §. 1. de præb. in 6. Io. de Selua de beneficio par. 3. quæst. 61. nu. 5.* & negantes sententias, *Compost. cap. capitulum S. crucis de rescriptis DD. d. cap. quamuis Lud. Gomes. de gratiis & expectatiuis nu. 95.* satis sit cathedralem Ecclesiam Leodiensem illiusque membra magnificis titulis ab omni iurisdictione tam ordinaria quam extra ordinaria eximi vti ex illius conseruatoria quam huic tractatui inserui liquidum est. Itaque non magis huic tribunali subijci possunt Canonici cathedrales etiam nolentes volentes quam alij cleri secundarij exempti. Neque referet vigintiduumviros sibi iurisdictionem in exemptos tam cleri primarij quā secundarij diœcesis quādoq; vsurpasse. Temporis enim iste qualis qualis cursus signanter cum de primordio causæ huius iurisdictionis constat ijsdem exemptionibus præiudicare non potest vti aliis in locis rationibus non paucis quos per compendium hic prætereo comprobaui. 1 2 3

Proinde non quid factum sit sed quid fieri debuerit respiciendum est vti de eo qui non quid Romæ fieret sed quid Romæ fieri deberet considerandum esse respondit egoque id in alia quæstione quam ostendi iurisdictionem vigintiduumvirum temporis præscriptione ampliari non posse confirmaui. Denique dispositio eximens Episcopum extendenda etiam ad illius cathedrale capitulum, *VVames. cons. 4. nu 3. de rescriptis.* idque propter connexitatem qua Episcopus fingitur vnum esse corpus cum capitulo, *VVames. d. num. 3. cap. si quis eum 6. q. 1. cap. nouit. de his quæ fiunt à Prælato.*

QVÆSTIO NONA.

An collegia seu alia quæuis capitula aut vniuersitates comprehendantur sub hac pace.

SVMMARIVM.

1. *Odiosa in materia appellatione personarum non veniunt collegia vel vniuersitates.*
2. *Extensiua in materia appellatione persona venit collegium aut vniuersitas.*

PAx hæc de personis loquitur in materia autem restringibili appellatione personarum non veniunt collegia capitula ciuitates aut vniuersitates. *Fel. cap. eam nu. 15 de rescriptis Rom. cons. 400. idem Rom. cons. 436. l. metum §. animaduertendum ff. quod met. causa Saruensis Reg. de idiomate quæst. 2. nu. 1. Caputaque dec. 42. par. 3. VVames. cons. 259. nu. 5. & 6 de prabendis.* quamuis secus esset

2 si in materia fauorabili vel extensiua versaremur, *Rom. d. cons. 400. in fine.* in materia enim extensiua personæ appellatione comprehenditur vniuersitas ciuitas quæ etiam personæ vice fungi dicuntur, *l. mortuo ff. de fideiussoribus l. 1. l. nihil interest ff. ad S.C. Maced. l. eos §. cæteros.*

Similiter nisi aliud suadeat generalitas verborum. *v. g.* contra quascumque personas cuiuslibet generis, *Alex. cons. 17. num. 6. lib. 6. Farinaceus decis. 412. num 4. lib. 1.*

Vt & nisi materia sit proportionata ad capitulum. *Fel. cap. eam te num 15. de rescript Rebuff. super concordatis Rubr. de collationibus § statuimus verb. personis & §. præfati ordinarij verb. quicumque Sarnensis Reg. de Annali quæst. 12.*

QVÆSTIO DECIMA.

Vigintiduumviri an cognoscere possint de iustitia vel de iniustitia nullitate aut validitate sententiarum aliorum iudicium.

SVMMARIVM.

1. *Responsum Domini Balduini de vaux IC. Leodiensis.*
2. *Intellectus clausulæ de ne mener quelqu'vng hors loy.*
3. *Intelligi debet de priuata autoritate.*
4. *Per iniustitiam & nullam sententiam l'on n'est mene hors loy.*
5. *Extraordinarij iudices non cognoscunt de nullitate aut iniquitate sententiarum aliorum iudicum.*
6. *Iudices de incidentib. quæstionibus coram alijs non cognoscunt.*
7. *Mutuis actibus rerum turbari non debent officia.*
8. *Causa finalis tribunalis vigintiduumuiralis.*
9. *Tribunal hoc cognoscit de sordibus & violentiis non autem de validitate sententiarum.*
10. *Iudices Cambysiani.*
11. *Concussionis cognitio in quo consistat & qualiter à cognitione iustitiæ vel iniustitiæ sententiæ differat.*
12. *Sordium quæstio decidi potest sine cognitione iustitiæ.*
13. *Permissum quando experiri potest sine prohibito permissum trahit ad se prohibitum.*

14. Vigintiduumviri non possunt decidere inter ciuiles quæstiones.
15. Responsum Domini VVamesij in vigintiduumvirali materia.
16. Iurisdictio vigintiduumvirum est limitata.
17. Sententia vigintiduumvirum nulla quæ excedit limites suæ iurisdictionis.
18. Ciuiles causæ non spectant ad tribunal vigintiduumvirum.
19. Pax vt violata dicatur quid requiratur.
20. Spolium quod directe non fit ad turbandam pacem non est cognitionis vigintiduumviralis.
21. Furtum non est tribunalis vigintiduumviralis.
Quarela omnes pertrahi possent ad hoc tribunal nimia fœderis extentione.

QVid hac in quæstione sentiendum sit olim Dominus Baldouinus de Vauz iurisconsultorum sui æui non infimus respondit sed satis ieiune vti patet hoc eius ex responso.

Cest vng point plus que pestilentieux & renuersant toute autorite souue-
raine Imperiale & populaire de vouloir maintenir que les vingtdeux peuuent 1
cognoistre de rectitudine processus iudicij Ecclesiastici aut laici. Car si cela
auoint lieu il ne seroit besoing d'appeller aux superieurs ains seroint lez XXII.
les Monarches & souuerains contre tous iuges voir Papes Empereurs & leurs
delegues Ce que non seulement le droict escript empesche mais aussi les priui-
leges imperiaux du pays du liege auec les ordonnances & constitutions de
l'empire comme ce peut voir par 2.ord.com.cap.1.ne ce peuuant pource exten-
dre la iurisdiction desdits XXII. contre ce que est iuge par iuges Ecclesiastiques
ou temporels soit en antecedent ou consequent.

Et quand l'on voudroit venir à la clause de la paix des XXII. disant que l'on 2
ne doibt mener quelqu' vng hors loy icelle ne sentend au regard des procedu-
res ou iugements ains seulement des iuges ordonnes par la paix des XXII. & de
leurs competence sans tomber pource soubs pretexte de la dite clause à la iusti-
ce ou iniustice valleur ou non valleur de leurs procedurs autrement nunquam
esset litium finis causæque continentia distraheretur contre la disposition du
droit commun. *l. nulli C. de indic. l. à diuo Pio ff de re iud.*

Dabondant ceste clause mener quelqu' vng hors loy ce doibt seulement ex- 3
tendre de priuata autoritate & potentia non autem vbi intercedit autoritas
iudicis competentis alioquin pax vigintiduumviralis quæ est constituta ad salu-
tem iurisdictionum ordinariarum esset earundem belua vorax origoque &
confusio inexplicabilis omnium iurisdictionum.

Finalement pour monstrer que par vne sentence soit iniuste soit nulle l'on
ne peut estre dit mener hors loy il enappert asses par la responce du iuriscon- 4

 sulte

sulte Paulus *l. ius pluribus modis §. prator ff. de iustitia & iure*, & tele forte. Prætor quoque ius reddere dicitur etiam cum inique decernit ratione scilicet facta non ad id quod ita prętor facit sed ad illud quod facere prætorem conuenit ita hactenus Balduinus de vaux. Hanc porro Domini Balduini de vaux sententiam multis ego rationibus ex iure depromptis confirmo.

5 Primo vigintiduumvirum iurisdictio est extraordinaria atque odiosa vti ante pluries annotaui, proinde cum eiusmodi iurisdictio sit restringenda de nullitate aut iniustitia sententiæ aliorum iudicum eiusmodi extraordinarij iudices cognoscere non possunt. *Sebast. Vantij tract. de nullit. tit. coram quo de nullit. dici possit l. si prætor ff. de iudic. Massuerus in sua praxi tit de executionib. nu. 26.*

6 Secundo quia licet ij quibus iurisdictio demandata est possit de annexis connexis incidentibusque quæstionibus cognoscere, *Menoch. de arb. iudicum lib. 1. quæst. 45. Ias. l. 1. num. 5. C. de edict. diui Andr. toll. Dec. cap. Pastcralis numer. 4. de appellat.*

Id tamen ita demum verum est si coram ijsdem iudicibus qui de causa principaliter cognoscunt quæstio quæpiam incidens superueniat secus vero si coram diuersis iudicibus nam tunc cognoscere non poterunt quia incidens quæstio diuerso tunc iure censetur nec assumit naturam causæ principalis, *Imola Clem. dispendiosam nu. 16. de iudiciis Menoch. d. quæst. 45. nu. 12. in fin.*

7 Tertio quia si id liceret vigintiduumviris mutuis actibus rerum turbarentur officia, *l. consulta diualia C. de testam.* ideoque non solum quando iurisdictiones diuersorum iudicium sunt omnino separatæ non licet alteri in alterius officio se intromissere, *d. l. consulto l. apparitores C. de apparitoribus præfecti annonæ vbi Io. de Platea lib. 12.* sed ne quidem si officia sint communia licet vni de eo quod alius inchoauit sese intromiscere, *d l. apparitores.*

8 Quarto quia auditorium illud vigintiduumvirum seu pactio pacis vigintiduumviralis introducta est aduersus violentias & priuata autoritate ius sibi dicentes vt & aduersus corruptos iudices venales sententias in mercedem proferentes seu deprauatos pretio aut gratia perperam iudicantes prout & aduersus officiatos ministros iustitię subditos vexantes seu concutientes, quæ pax concedit quidem vigintiduumviris cognitionem aduersus iudices legitimę institu-
9 tos num quippiam per sordes eiusmodi commiserint hoc est num corrupti pecunia venalem sententiam siue iustam siue iniustam perinde enim est protulerint, *l. fin. vbi Bald. C. de pœna iudicis cap. vendentes 1. quæst. 3. Nauar. de datis & promissis pro iustitia vel gratia Vantius de nullitat. tit. de nullit. ex defectu processus nu. 155. & 136.* at vero vt de valore aut non valore nullitate aut subsistentia sententiarum per iudices legitime constitutos latarum cognoscant seu an eiusmodi sententiæ quod contingere potest valeant ipso iure aut non valeant, *Vantius d. nu.*

d. nu. 135. & 136. id eis pace hac vigintiduumvirali concessum neutiquam est imo vero satis abnegatum per prohibitionem expressam ne de heritagijs cognoscant sed tantum de prædictis sordibus atque concussionibus.

Neque refricari potest eiusmodi incidentem quæstionem iustitiæ aut iniustitiæ ad eos spectare quia ad eorum tribunal pertinet principaliter de concussionibus iudicum cognoscere. Respondeo enim quæstionem concussionis vt & 10
aliarum sordium quibus Cambysiani iudices sese contaminarant tantum inter se differre quantum vna qualitas ab alia qualitate differre potest. Cognitio enim 11
concussionis in eo versatur num iudex quispiam incusso metu per odium fauorem simulationem pecunia accepta aut non acoepta quippiam commiserit, *eleganter Paris. de Puteo de sindicatu verb. sindicatum fol. 347. vol. Oce. 2. Albericus in suo dictionario verb. concussio & etiam Spigelius in lexico iuris*, at vero iustitiæ vel iniustitiæ disquisitio ciuilis est & iurisdictionis separatæ distinctæque à quæstione sordium quæ criminalitatem sapit. *Marant. de ord. iud. par. 4. dist. 1.* vt proinde quæstiones iustitiæ vel iniustitiæ nullitatis aut subsistentiæ sententiarum per iudices legitime constitutos Prælatorum sub incudem istius tribunali reuocari non possint.

Quinto quia incidentes istæ coram vigintiduumviris quæstiones iustitiæ vel 12
iniustitiæ nullitatis aut subsistentiæ sententiarum aliorum legitimorum iudicum non sunt adeo principali illi quæstioni sordium aut concussionum connexæ quin principalis illa quæstio ad eorum tribunal spectans sola ab eis possit diffiniri proindeque de incidentibus istis quæstionibus quoad approbationem vel improbationem cognoscere non possunt *Calderin. cons. 4. de iudiciis*, vti apposite post Menochium, *lib. 1. de arb. iud. quæst. 19 nu. 9.* explicat prosper Farinaccus, *in pract. crim. lib. 1 quæst. 1. nu. 58. l. 1. C. de ord. cognit. l. si quis à liberis §. si vel parens ff. de liberis agnoscendis.*

Iuxta enim iuris theoriam quando permissum experiri potest sine prohibito 13
permissum non trahit ad se prohibitum, *Castr. in l. quoties num. 9. C. de iudicijs cap. cum quid vbi Dyn. & DD. de Reg. iur. in 6. l. athletas § 1. ff. de infamibus*, & consequenter præmissa vigintiduumviris cognitione sordium & concussionum quæ discuti expedirique potest relicta alijs iudicibus decisione ciuili quæ certis casibus potest aut non potest non obstantibus sordibus transitum facere in rem iudicatam, *Vantius de nullit. ex defectu processus nu. 135. & 136.* concludendum est 14
permissam istam eis iurisdictionem non posse ad se adtrahere ciuiles illas incidentes quæstiones eis prohibitas quod ipsum hac in facti contingentia pridem respondit primus iurisconsultus sui æui præceptor meus Ioannes VVamelius, *cons. 294. de fide instr. tom. 1.* in hæc verba.

Diligenter perlectis & excussis actis causæ quæ acta & peracta est coram vigintiduumviris

gintiduumviris ciuitatis & patriæ Leodiensis inter scabinos altæ iustitiæ oppidi S. Trudonis conquerentes & impetrantes & mantionarios curiæ præpositi Mo-
16 nasterij S. Trudonis reos opponentes hoc in primis nobis mirum videtur qua ratione cum horum dominorum iudicum iurisdictio omnino sit limitata & restricta duntaxat ad causas fractæ suæ violentiæ pacis publicæ hæc ciuilis quæstio de vsu & potestate sigilli adferri potuerit ad eos quippe limitata causa iurisdictionis ipsam iurisdictionem limitat & restringit & qui male fruorum est iudex de ciuili quærela seu quæstione nec cognoscere nec iudicare possit, *l. solemus §. latrunculator ff. de iudiciis Bald. cons. 203 præsupposito nu. 2. vol. 1. Ang. cons. 257. inter capitula pacis nu. 2. Andr. Tiraq tract. res inter alia acta post. princ. vers. cui proxime accedit.* Et si fines suæ iurisdictionis excedendo iudi-
17 cet iudicatum sit nullum, *Raph. Fulgos. cons. 162. visis actis.* Ciuilem autem non
18 violatæ pacis esse aut posse esse quæstionem quæ ex materia propositæ litis exorta est ob vsum noui sigilli & sigillandi officium à dictis scabinis translatum res ipsa demonstrat. Vt enim actioni seu constitutioni violatæ pacis publicæ locus sit non sufficit quæcunque quærela nec quodcumq; contraueniatis factum sed requiritur vel publica vel maior & atrocior violatio armis etiam adhibitis dolo malo illata cui priuatim resisti non potuerit, *And. Gaill. de pace pub. cap. 7.* ita vt quæcunque iniuria aut iniustitia quæ alicui capitulis pacis publicæ subiecto in-
20 fertur non possit mox fracta aut violatæ pacis dici & quidem spolium quodcumque quod directe non fit ad turbandam pacem sed est huiusmodi vis interdicto apud ordinarium iudicem ciuilem coercenda nam etiam extraordinaria eiusmodi iurisdictio vindicanda, *And. Gaill. d. cap. 7. num. 19.* neque enim ea quæstio ratione præteritorum vel futurorum vllo modo pertinet ad capitula pacis publicæ sed ad rem priuatam saltem ad ius commune & ciuile controuersiam-
21 que iudicialem, *Bald. cons. 195 laudare num. 3. & 6. vol. 2.* etiamsi esset furtum aut rapina aut quæcunque alia quæ in hoc directe aut proximæ non tendit vt vel bellum aut ciuiles motus excitentur vel sopitæ inimicitiæ resuscitentur, *Barth. l. aut facta §. causa ff. de pœnis Rom. cons. 183 in casu proposito & cons. 258. in casu pro-*
22 *posito.* alioquin si ad quamcumque quærelam vel iudicialem controuersiam fractæ seu ruptæ pacis consideratio accommodaretur nulla suboriri posset inter subditos quæstio quæ non ad hoc extraordinarium auditorium aut iudicium posset pertrahi sed ad hanc scrupulositatem de iudicij competentia vel incompetentia non subsistendo postquam pro parte reorum hoc iudicium (vti poterat) declinatum non est & tacite videatur prorogatum quatenus de iure prorogationem admittit, *Cast. d. §. Latrunculator*, ad merita causæ principalis progrediemur.

QVÆ-

QVÆSTIO VNDECIMA.

An iurisdictio hæc possit alia in causarum specie à partibus prorogari.

SVMMARIVM.

1. *Prorogatio iurisdictionis vigintiduumviralis est impermissa.*
2. *Iudices damnorum de aliis causis non cognoscunt.*
3. *Iudices criminales de ciuilibus non cognoscunt.*

RESpondendum non posse, Cum enim hi iudices designati sint vt de iudicum corruptela violentijsque cognoscant non potest hæc iurisdictionis 1
species ad aliam quæ diuersæ est naturæ atque speciei prorogari. *Hippol. de Marsiliis l. fin. num. 199. & seqq. ff. de iurisdict. om iud. Calderin. cons. 10. de for. comp.* sic responsum est iudices designatos in causis damnorum cognoscere de
causis meri mixtiue imperij non posse, *Angel. lib. 1. col. vlt. ff. de iudic.* & causarum 2
criminalium iudices falcem suam immittere in quæstiones ciuiles non posse, *l.* 3
solemus §. *latrunculator ff. de iudiciis Marsil. d. nu. 199.* Denique mercatorum iu- 4
dicibus de causis ad mercatutarum non concernentibus cognoscere non licere, *Hippol. de Marsil. d. nu. 199.*

QVÆSTIO DVODECIMA.

Qualis debeat esse sensus clausulæ que l'on ne doibt mener aucun hors Loy.

SVMMARIVM.

1. *Clausula de mener aucun hors loy intellectus & nu. 7. & 8.*
2. *Factum iudicis est factum pactio.*
3. *Debitor iniuriam facit creditori non soluendi.*
4. *Iurisdictio ordinaria nullis circumscribitur terminis.*
5. *Absurdum quod est euitandum est.*
6. *Dispositio omnis interpretanda est ne contineat absurdum.*
8. *Dispositio interpretationem accipit à sensu vulgari.*
9. *Origo clausulæ ne mener aucun hors loy.*
10. *Legis actio penes quem magistratum sit.*

11. Sen-

11. Scabini Leodiensis habent legis actionem.
12. Iudex inique iudicans dummodo citra sordes non subiacet huic paci.
13. Iudex non est in defectu iurisdictionis qui aliquid decernit.
14. Elenchi vigintiduumvirales.
15. Iudex rite & recte procedens vim non committit.

1 AMphibologia huius clausulæ de ne mener personne hors loy est scaturigo & velut mater errorum qui in illo vigintiduumvirum tribunali sensum irrepserunt & quotidie succrescunt.

Etenim qui iurisdictionis istius terminis alioquin circunscriptos ampliare satagunt ij hanc clausulam hoc sensu accipiunt quasi per eam iudicibus aut
2 quod perinde partibus, *l. 1. C. si in causa iudic. pig. captum sit Gaill. de arrestis cap. 1. nu. 20.* prohibitum sit quippiam quod contra aut præter leges sit admittere. Qui sensus si verus esset atque paci vigintiduumvirali genuinus iurisdictio ista nullis esset circumscripta terminis liceretque vigintiduumviris de omnibus ijs casibus cognoscere qui præter aut contra leges & iura sunt sicque nulla non actio fingi posset quæ coram isto tribunali proponi non posset. Qui enim debitor est
3 iniuriam hoc est non iure facit non soluendo vt & is qui non patitur quempiam vti re sua iniuriarum obligatur, *l. qui pendente ff. de act. exempti l. iniuriarum §. si quis prohibeat ff. de iniuriis l. sicuti §. aristo ff. si ser. vend. Petr. Iacobi in libello condictionis quæ oritur ex literarum obligatione verb. sententia*, facit enim contra id quod iure definitum est cum creditori suo paria non facit solutionemue impedit, Qui iniuriam verbalem aut realem alteri infert procul dubio contra iu-
4 ra facit, possentque hi & infiniti qui fingi possent casus si talis esset istius clausulæ sensus sub incudem & malleum iurisdictionis vigintiduumviralis quæ extraordinaria est in pernitiem iurisdictionis ordinariæ quæ nullis circumscribitur terminis reuocari quod foret perabsurdum & consequenter à iuris scripti ratione est alienissimum vt hic sensus capi posset. Omne enim quod absurdum est
5 à iure est alienum, *l. Pomponius ff. de neg. gest. l. illud §. absurdum ff. de reg. iur.* paxque vigintiduumviralis vt & leges ac statutariæ dispositiones ita interpretandæ sunt ne contineant absurdum, *Hier. Grat. cons. 35. num. 22. vol. 1. fol. 54. cons. 91. nu. 4. eod. vol. fol. 111. l. scire oportet §. aliud ff. de excusat. tut. d. l. Pompon. d. l. illud §. absurdum late præses in locis legalib. loco ab absurdo.*
6 Itaque clausulæ huius energia vis ac sensus est nemini licere cum alio agere vel experiri coram aliquo qui legitime iudex non sit constitutus estque etiam num popularis & plepeius loquendi modus qui à prisco illo tempore credo pacis vigintiduumviralis institutæ profluxit.
8 Nous sommes deuant la loy, id est nos sumus coram lege seu coram iu-

dice

dice proindeque cum in omni dispositione ille verborum sensus capiendus sit qui vulgari & vsitato sermoni conuenit, *l. in vulgari §. fin. ff. de verb. sig. vbi Alciat. Bald. Authen. sed nouo iure C. de furtis Stephanus de Fredericis tract. de interpretat. iuris par. 3. nu. 68.* Non potest huius clausulæ sensus in alium contorqueri quam ad eos qui negotium alijs facescunt coram ijs qui publicam iudicandi autoritatem non habent. Nam vt recte Horatius. Multa renascentur quæ iam cecidere cadentque quæ nunc sunt in honore vocabula si volet vsus quem penes arbitrium est & ius & norma loquendi. Nec certe omnino barbara est locutio 9
huius clausulæ se ad iudices publicæ constitutos deflectentis. Sed quæ elegan- 10
tiam etiam habet & originem ab antiquo Romanorum iure quo penes quosdam magistratus dicebat legis esse actionem & quibus tria illa verba proferre licebat Do Dico Addico, *l. 4. ff. de adopt.* hoc est quibus non tantum cognitio permissa erat sed etiam executio & in bonorum possessionem immissio vt ele- 11
ganter docet alciatus, *l. pecunia § actionis ff. de verb. sig.* qualem hodie magistratum velut primarium inter laicos tribunal gerunt scabini Leodienses. Dicunturque causæ adhuc hodie coram eis pendentes coram lege agitari seu pendere vt proinde consonus sit sensui huius clausulæ non modo vulgaris vsus sed etiam qui à peritis atque pragmaticis obseruatur iuxta quorum mentem atq; sensum dispositiones statutariæ interpretationē solent accipere, *l. labeo vbi Barth. ff. de sup. leg. glo. ad l. apud Iulianū §. scio verb. vulgo. ff. de leg. 1. l. si dictū in pr. ff. de euict. Steph. de Federicis de interpret. iuris par. 3 nu. 66.* Vnde fit vt si iudices legitime sta- 12
biliti instiitiam aut nullitatem quampiam committant (dummodo tamen citra corruptionis aut concussionis sordes) non posse vigintiduumviros talem quæstionem ad suum tribunal reuocare iudex enim etiam inique aut nulliter iudicans non eo minus ius administrare dicendus est quod inique aut nulliter iudicauerit relatione scilicet facta ad id quod fecit quamuis non ad id quod facere debüit, *tex. l. ius pluribus § prætor ff. de iustit. & iure.* & vti bene ad propositum dicit Petrus Iacobi, *in libello de constitutione ex lege quæ oritur ex literarum obligatione.* Iudex non potest dici esse in defectu iurisdictionis dummodo decer- 13
nat pro vel contra etiamsi forsan inique decernat ius tamen dicit, *l. ius pluribus.* ita ille.

Pro cuius quæstionis coronide notandum est vigintiduumviros qui sub hu- 14
ius clausulæ fuco atque argumento iurisdictionem suam in dies ampliant impingere in elenchas quos dialectici vocant æquiuocationis atque etiam accidentis, *Petrus Andreas Gammares in dialectica legali lib. 3. cap. 18. & 19.* non secus quam si his qui sequuntur modis argumentarentur. Qui ligat os bouis triturantis, facit contra legem, *cap. cum secundum de prabendis,* rusticus ligat os bouis ergo rusticus facit contra legem.

Item. Quodcumque est alterius non est tuum, codex quem emisti est imperatoris Iuliani ergo non est tuus.

Item. Nulla fœmina potest legem condere testamentum est lex ergo fœmina non potest testamentum condere.

Item. Ista canis est mater & est tua ergo est mater tua.

Item. Quicquid emisti commedisti carnes crudas emisti ergo carnes crudas commedisti.

Item. Qui facit contra leges pacem vigintiduumviralem violat, debitor qui mihi non soluit facit contra leges ergo debitor qui mihi non soluit pacem vigintiduumviralem violat. Æquiuocatio enim est in verbo legis quæ quandoque pro lege scripta quandoque pro iudice sumitur.

Item. In accidente legis cuius accidens seu qualitas vitioso elencho conuer-
25 titur ad substanciam seu personam iudicis. Concludo itaque iudicem rite recteque procedentem violentiæ redargui non posse. *cap. consultationibus vbi Imol. n. 1. Dec nu. 9. de offic. deleg. paris cons. 1. nu. 165. lib. 1. Farin. dec. 139. nu. 3. par. 2.*

QVÆSTIO DECIMATERTIA.

Vtrum officialis vices suas alteri committens impingat in hanc pacem.

SVMMARIVM.

1. *Criminales & matrimoniales causæ an inferioribus possint committi.*
2. *Officialis Leodiensis potest committere causas criminales & matrimoniales.*
3. *Præscribi potest cognitio causarum arduarum.*
4. *Officialis Leodiensis gerit in contentiosis vicem Episcopi qui arduas causas potest inferiori committere.*
5. *Canonicus iuris imperitus non est idoneus causarum iudex.*

1 IVre scripto vt plerisque placuit criminales matrimonialesque causæ subdelegari inferioribus Episcopo non possunt, *Couarruuias var. Res. tom. 1. de matrimonio par. 2 cap. 8. §. 12. num. 3. fol. 234.* Idque nisi priuilegium consuetudo præscriptio aut tempus memoriam omnem hominum excedens id hoc permit-
2 tat id quod vsuuenit in officiali Leodiensi qui potestatem habet committendi aduocatis suæ curiæ nonmodo causas ciuiles, *l. more l. solet l. prætor ff. de iurisd. om. iud. & tot. tit. C. qui pro sua iurisd.* sed & alias magis arduas quales sunt criminales & matrimoniales vti liquet ex antiquis curiæ Leodiensis registris in quibus sententiæ commissariorum huiusmodi causarum scribuntur. Proinde nihil hic est

est quod vigintiduumvirali iudicio possit coerceri. Tum quod præscribi potest 5
cognitio eiusmodi causarum arduarum, *Couar. d. §. 12. num. 4. cap. accidentibus de excess. prelat.* Tum quod ex delegatione Episcopi cuius vicem in contentiosis gerit officialis Leodiensis inferior possit huiusmodi causarum cognitionem assumere, *glo. ca. 1. de consanguinit. vbi Abb. Henric. & prepositus Couar. d. §. 12. nu. 5. & Abb. cap. ex litteris d. in integ. rest.* imo etiam vice officialis constitui. *VVames. cons. 74. de offic. ord.* quod tamen intellige dummodo is cui committitur Pontificij iuris imperitus non sit. *Brabat. cap. proposuisti col. 1. de probat. Host.* 4
Abb. & DD. d cap. 1. de consang. Couar. d. nu. 6. late VVames. cons. 44. de officio ord. tom. 1. Quamuis plerique etiam illiterales iudices esse posse consueuerunt. *l. certi Iuris C. de indic. glo. cos sciscitatus de Rescript. Nepos. tract. de exceptionibus art. 3. nu. 31. Oce. vol. 9.*

QVÆSTIO DECIMA QVARTA.

Iudex exequens sententiam iniquam an in hanc pacem impingat.

SVMMARIVM.

1. *Iniuriosum est quicquid non iure fit.*
2. *Cognitio per viam violentiæ exercetur in Hispanijs per modum administrationis.*
3. *Iniqua sententia est rapina inquit Ceuallos.*

Videtur quod sic, quia iudex ita exequens iniuriam facit, quicquid enim 1
non iure fit iniuriosum est, *l. 1. vers. iniuria ex eo dicta ff. de iniurijs §. 1. inst. de iure natur. l. 1. in pr. ff. de noui. oper. nunc.* & ideo quasi per vim factâ reuocari posse tradit Hieronymus de Ceuallos, *de cognitione per viam violentiæ glo. 5. nu. 10. fol. 65.* Verum hoc in tribunali aliud respondemus si dolus aut sordes ac corruptela iudicij absit quemadmodum alijs in quæstionibus adduxi. Neque obstat ratio & autoritas Hieronimi Ceuallos hic citata. Quia ipse loquitur de superioritate regni Hispanici & aliorum regnorum. *Ceuallos d. loco in prolog. nu. 185. & 198.* quod ad ius hoc statutarum seu pacem vigintiduumviralem quæ Cæsareo iuri subiecta est ostendi non potest, *l. omnes populi ff. de inst. & iure.*

Deinde cognitio per viam violentiæ de qua disserit Hieronymus Ceuallos 2
non exercetur in Hispanijs per viam iurisdictionis contentiosæ sed per viam extraiudicialis & ordinariæ iurisdictionis atque politicæ administrationis, *Hier. Ceuallos de cognitione per viam violentiæ glo. 1. nu. 58. & seqq.* seu remedij charita-

titui extraiudicialis, *Olimanus de iure fisci cap.8. num. 30. Martha iurisdictione inter Ecclesiast. & secularem exercen. cent. 1. casu. 39. num. 6.* vt proinde rationes Hieronymi Ceuallos ad iurisdictionem contentiosam huius tribunalis transferri non possint. Indeque est quod idem Ceuallos sententias per iniuriam hoc est iniuste latas posse censuerit per viam cognitionis violentiæ reuocari, *Ceuallos d.glo.5.nu.9.& seqq.* Cum tamen iuris certi sit sententias iniuriosas hoc est non iure dictas sed contra ius partis latas dummodo procul absint sordes valere nisi per appellationem rescindantur, *L. iniuriarum §.idem labeo in fine ff. de iniuriis Vant. de nullit. sent. ex defectu processus & formæ sent.* Ieiuna itaque est
3 opinio Hieronymi Ceuallos, *d. tract. in prolog. num. 143.* tradentis simpliciter iniquam sententiam non esse sententiam sed rapinam ideoque licere etiam clerico qui inique à suo Episcopo condemnatus est postposita ad metropolitanum aut Nuntium apostolicum appellatione recurrere ad asylum Regij istius tribunalis quasi si eo casu iurisdictio ad suum principiũ quod à iure naturæ profluxit reuertatur. Id enim indistincte concedere est laxare habenas ad vias extraordinarias postpositis appellationum remedijs ordinarijs quod non est admittendum præterquam si conquerendum esset de sententijs per sordes corruptelas aut maleferiatos iudices prolatos aduersus quos non immerito inuehitur & exclamat idem Hieronymus Ceuallos.

QVÆSTIO DECIMAQVINTA.

Quid si iudex circumuentus aliquid decernat quod postea motu proprio reuocat an id ad vigintiduumvirale iudicium possit reuocari.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

1. Iudex quod de facto facit de facto tollit. 2. Iuris executio non habet iniuriam.

1 HAnc quæstionem quæ nuper occurrit respondi non esse cognitionis vigintiduumviralis. Etenim iudex qui vel facti errore vel partium circunscriptione quid decreuit potest illud velo leuato motuque proprio de facto reuocare, *Io. Andr. cap. consultationibus de offic. deleg. Bald. cap. 1. col. 5. in fine de milite vasallo qui contumeliam. Marsilijs sing. 18. incip. quotidie sing. 320. incip. sæpe contingit sing. 840. incip. deceptus non tenetur.* Et quidem iure optimo. Cum enim iuris executio careat iniuria, *l. iniuriarum § is qui ff. de iniuriis*, consequens est vt quod lege permittente fit vigintiduumvirali hoc iudicio coerceri non possit,

possit, *l. Gracchus ff. de adulterijs Menoch. de arb. iud. casu. 398. nu. 29.* Deniq; quod iudex parte non citata decreuit altera parte non citata eadem qua decreuit facilitate potest reuocare. *Innoc. cap. querelam nu 6. de elect. Ias. l. si pact, nu. 9. & 10. C. de pactis per tex. l. 1. §. 1. ff si mulier ventris nomine glo. l. minor. ff. de euictionibus Gail. lib. 2. obs. 76. num. 15.* idque citra aliquam causae cognitionem aut indaginem, *Bald. cap. ab excommunicato nu. 6. de rescriptis Ias. d. l. si pacto nu. 11. Gail. d. nu. 15.*

QVÆSTIO DECIMASEXTA.

Actiones vigintiduumvirales sint ne ciuiles vel criminales.

SVMMARIVM.

1. *Actiones vigintiduumvirales sunt criminales.*
2. *Voragia vigintiduumviralia sunt poenae corporales.*
3. *Poena corporalis infligi non solent nisi ob dolum.*
4. *Poena pecuniaria surrogata in locum poenae corporalis eodem iure censetur.*

CRiminales esse hinc arguo quod ad vigintiduumviros spectet ex lege cornelia de falsis alijsque publicis criminalibus iudicijs cognitio coertioque iudicum corruptorum, *glo. l. fin. verb. discriminis C. de poena iudicis qui male iudicauit l. 1. § sed & si ff. ad l. Cornel. de falsis.* vt & cognitio de vi publica & priuata que pacem omnium communem solet violare, *Cicero de aruspicum responsis*, atque ex lege Iuliana publicorum iudiciorum coerceri, *tot. tit. ff. & C. ad l. Iuliam de vi*, qui ideo ex suę iurisdictionis praescripto solent reos peregrinatum ablegare seu ad voragia longiora vel breuiora pro ratione commissi reatus condemnare atque huiusmodi itinerationum poenis reorum corpus affligere alterare fatigare flagellare quae poenae sunt corporales, *l. si quis forte in fin. cum l. seqq ff. de poenis Card. cons 94. incip. Hac est inquisitio Ignatius Lopes in pract. crim. cap. 143. num. 1.* irrogarique non solent nisi ob quippiam dolo malo commissum, *Card. d. cons. 94. Lopes d. cap. 43. nu. 1. Bart. l. 1. ff. si quis testament. liber Iulius Clarus lib. recept. sent. 5. § laesa maiestatis quaest. 84. nu. 1. Iason l. in actionibus num. 23. & 26. ff. de iureiur. qui testatur de communi Hippol. de Marsilijs l lege cornelia §. cum quidam nu. 3. & in l. in lege nu. 1. & seqq. ff. ad l. Cornel. de sicarijs in l. de minore in pr. nu. 17. ff. de quaest.* licet alij censeant quandoque etiam ob culpam latam poenas corporales infligi posse, *Robert Marant de ord iud par. 4. dist. 4. n. 59. Angel. cons. 287. col. pen. Capola cons. 33. col. 4. cons 34. col. 4. Petr. Loriotus late ad l. quod*

nerua nu.22 ff.depositi l.1 §.fin.& §.Diuus l.lege §.cum quidam ff.ad l. Cornel.de Sicariis l.si fortuito ff.de incendio ruina.

Vt non referat voragia vigintiduumviralia pro arbitrio reorum plerumque in pecuniariam pœnam conuerti pœna enim pecuniaria in locum corporalis surrogata eodem iure quo pœna corporalis censenda est, *Baiardus ad Iulium clarum quæst.67. num.4. fol. 290. citat. Baldum l. si quis cum in vlt. lect. ff. si quis cautionibus.*

QVÆSTIO DECIMASEPTIMA.

Iudex exequens sententiam iniquam in præiudicium appellationis an possit hoc tribunali coerceri.

SVMMARIVM.

Exequens in præiudicium appellationis non tenetur hac pace nisi sordes & corruptela probentur.

1 RESpondetur posse. Ratio est quia hoc in casu iudex in præiudicium appellationis quæ regulariter suspendit & deuoluit de facto procedit cui etiam de facto resisti potest, *DD. l. omnes C. de decurionibus lib. 10. arg. l. 2. vbi DD. ff. de app. Claudius de Seysello rep. l. vt vim num. 36. ff. de inst. & iure Hier. Ceuallos de cognitione per viam violentiæ glo. 5. nu 6. & seqq. Felinus cap. si quando nu. 2. de offic. deleg.* quod tamen restringi nisi iudex à dolo & sordibus possit excusari vti alijs in quæstionibus ostendi.

QVÆSTIO DECIMAOCTAVA.

An omnis violentia ad hoc tribunal spectet.

SVMMARIVM.

1. *Iniuria & violentia æquiparantur iuxta opinionem Ceuallos.*
2. *Vis & iniuria non sunt termini conuertibiles.*
3. *Violentia qualis à vigintiduumviris coerceatur.*

1 SI vera est teoria Hieronymi Ceuallos spectabit quia omnis inquit iniuria pertinet ad iudices violentiarum vis autem & iniuria à pari procedere eodem in loco testatur. *Ceuallos de cognit. per viam violentiæ quæst. 11. num. 18.*

Castr.

Castr. cons. 27. num. 1. vol. 1. Verum ego in Hieronymi Cauellos sententiam non descendo. Nec enim vis & iniuria sunt termini vti Philosophi loquuntur conuertibiles sed iniuria longe latius patet quam violentia omnis enim vis est iniuriosa hoc est non iure facta. Sed non omnis iniuria est vis vtpote si cuipiam verbalis iniuria inferatur is non recte vim sibi illatam apud vigintiduumviros conqueri posset. Verius itaque est eam solum vim ad hoc tribunal spectare per quam sibi aut alijs quispiam priuata autoritate ius dicit seu de facto aliquid committit quod non nisi iudicis autoritate poterat explicari.

2

3

QVÆSTIO DECIMANONA.

Qualiter intelligatur clausula auront à corrigee tous iuges qui auront messait.

SVMMARIVM.

1. *Iudices sindicantur tantum de actibus dolosis.*
2. *Statuta interpretationem sumunt à iure.*
3. *Ius dicit etiam qui inique decernit.*
4. *Dolus qualiter probetur.*
5. *Iudex clementior lege esse non debet.*
6. *Deus reliquit mundum disputationi.*
7. *Iudices ob iniquas sententias non tenentur dummodo dolus aut sordes absint.*

DVbitatur an eiusmodi clausula intelligi debeat de correctione iudicum qui per imperitiam citra tamen dolum male aut nulliter iudicauerint. 1

Respondeo intelligendum esse solum de ijs qui dolo barataria aut extortionibus aliquid committunt vel omittunt. *Glo. cap. ex parte tua. 3. verb. forfactis de priuileg. textus l. 2. ff quod quisque iuris.* Hodierno enim iure iudices solum sindicantur de dolo barataria aut extortionibus quod notandum esse refert Iulius Clarus §. *fin. quæst. 73. nu. 3. & post eum Card. Tuschus com. concl. tom. 4. concl. 48. num. 1 incip. iudices de quibus sindicari debeant.* id quod ego adhuc alijs autoritatibus comprobaui ideoque statutum hoc iuxta iuris istius interpretationem est intelligendum *DD. l. 1. C. de noxalib.* Signanter quod dici non possit 2
non iudicare is qui pro vel contra inquit Petrus Iacobi decernit. Licet enim 3
fortassis iniq; decernat ius tamen dicit, *l. pen. ff. de iust. & iure*, ita Petrus Iacobi. *in libello de contradictione ex lege qua ex litteram obligatione verb. sententia col. 1. fol. 55.* Sed qualiter probari poterit dolus merito in quæstionem posset reuocari. Multis omissis quæ à Mascardo *de probat.* Cardinale Tuscho & aliis adferun- 4
tur pau-

tur paucis dico quod etiamsi doli præsumptio induci soleat cum iudex contra
5 quam legibus sancitum est decernit aut quid statuit, *Baldus cons. 235. in fin. vol. 1. Marsiliis in pract. §. successiue num. 9* quia iudex clementior lege esse non potest, *Marsiliis sing. 182.* legisque orbitas transgredi prohibetur, *Nauar. in Manuali cap. 27. in miscellano. Quæ opinio sit eligenda & Mattheus Mathesilanus tract. de electione veræ opinionis*, attamen vt sindicatui subijciatur non id sufficit nisi probatione dilucidiore conuincatur vti infra dum de iudice nulliter aut inique iudicante ostendemus. Quid autem si occurrat casus aliquis biuius & disputabilis. Certe tunc dubium non est quin iudex excusetur. *Bald. & DD. ad tit. C. de pœna iudicis qui male iudicauit.* Cum enim iuxta ecclesiastem. *cap. 3. vers. 3. vers. 11.* Laudatum à Patre Ludouico Richeome *en l'academie d'honneur degre. 2. sect. 30. fol. 213.* Deus nondum reliquerit hominum disputationi dolo carebit
6 in foro hoc exteriori qui in conflicta disputationum citra iudicij sordes opinionem
7 eliget etiam paradoxam *Doctores ad d. tit. de pœna iudicis*, idque in foro fori de foro vero poli hoc est conscientiæ & Dei cui omnia patent nostrum non est disputare. Concludo itaque quæstionem hanc iudices ob sententias iniquas & male latas dummodo dolus absit non posse à vigintiduumviris sindicari & ita restringendo iura punientia iudices qui per imperitiam male iudicauerunt de quibus late Menoch. *de arb. iud. cent. 4. casu 339.* censet Ioannes Baptista Baiardus *in Iulium Clarum quæst. 83. num. 8.* Grammatic. *cons. 54. num. 11.* Bertasolus *cons. 71. nu. 8. cons. 91. num. 1.*

QVÆSTIO VIGESIMA.

An requiratur dolus veri aut lata culpa vt quispiam à vigintiduumviris possit coerceri.

SVMMARIVM.

1. *Lata culpa excusat à delicto.*
2. *Culpa alia in committendo alia in omittendo consistit.*
3. *Culpa in committendo grauior quam in omittendo.*

1 MIhi aqua hæret. Tum quia lata culpa excusat à delicto, *tex. l. igitur ff. de liber. causa Cœpola ad l. quis sit fugitiuus 2. idem celsus nu. 6. ff. de edilit. edict. fol. 73.* Tum ob rationes autoritatesq; & antinomias à Doctoribus hoc in quæstionis conflictu allatas vti videre est ex ijs quæ alio in loco adtuli

tuli. Certe illud notatu, dignum est ad infringendam sententiam non sufficere dolum præsumptum sed requiri verum *Farinac. decis. 185. par. 2 folio 142. Menoch de arbitr. iudicum lib. 2 cent. 3, casu 209. num. 40. Rota dec. 157. par. 1. diuers. arg. l. 2. ff. quod quisque iuris.* De duplici porro latæ culpæ specie quarum vna in committendo alia in omittendo seu negligendo consistit tractatum est apud Doctores, *Barth. l. si seruum num. 1. ff de verb. oblig. glo. & DD. l. si mora ff. sol. matr. Couar. var. Res. tom. 1. de matrimonio par. 2. cap. 6. §. 8. nu. 17. fol. 172.* & inter vtramque speciem multum interesse ostendit Couarruuias, *d. §. 8. num. 17. D. Thomas 2. 2. quaest. 7. part. 1. Petrus Loriotus l quod nerua nu. 29. & seqq. ff. depositi.* grauioremque esse eam quæ in committendo quam in omittendo consistit tradit Couarr. & D. Thomas iam citatus & quandoque eam quæ in omittendo quam in committendo enucleat ibidem Petrus Loriotus *glo. l. 2. ff. ad S.C. Syllan. Ias. l si mora ff. sol. matr.* 2 3

QVÆSTIO VIGESIMA PRIMA.

Iudices an ob negligentiam puniantur.

S V M M A R I V M.

1. *Iudex negligens quandoque ciuiliter quandoque criminaliter tenetur.*

IVdicis negligentia in non iudicando commissa in id omne quod partis interest tenetur, *l. sancimus C. de iudiciis Peck de iure sist. cap. 24.* interdum etiam criminaliter coercetur, *l. mancipia vbi glo. verb. exigatur C. de ser. fugit §. 1. instit. de oblig. quae ex quasi delicto Petr. Loriot. l. quod nerua nu. 31. & 32. ff. depositi.* nimia enim negligentia minimo gradu à dolo malitiaq; distat & doli malitiaque effectus habet *VVames. cons. 160. de re iud.* 1

QVÆSTIO VIGESIMA SECVNDA.

Qua actione teneatur qui aliquem temere in ius coram hoc tribunali vocat.

S V M M A R I V M.

1. *Iniuriarum tenetur qui temere quempiam pulsat iudicio vigintiduumvirali.*

2. *Causa iusta litigandi quando abesse videatur.*

1 Vocans quempiam in ius coram hoc tribunali sine iusta litigandi causa iniuriarum actione tenetur, *l. iniuriarum § si quis l. item apud Labeonem §. si quis de iniurijs l. qui iniuriarum ff eod. late Suadinnus §. 1. num. 16. instit. eod. tit. Peck de iure sist. cap. 18.* iusta autem causa litigandi abesse censebitur si id
2 de quo conqueritur non probet quia probationis hac in actione defectus doli atque calumniæ præsumptionem inducit *late Benintendus Bononiensi dec. 74. Cran cons. 262. nu. fin. & cons. 214. col. pen. & fin. Bald. l. qui crimen C. qui accus. non possunt Repert. Fel. verb. accusator. an calumniari dicatur Hieronymus Giacharus in suo consilio sindicatus nu. 222. cum seqq. ad Iulium Clarum*, qua de re plenius apud Menochium *lib. 5. præs. 25. & de arb. iud. lib. 2. casu 321.*

QVÆSTIO VIGESIMA TERTIA.

An tribunal hoc iurisdictionem habeat aduersus delegatos Papæ.

S V M M A R I V M.

1. *Inferiores regulariter non habent iurisdictionem in delegatos Papæ. Delegati Papæ ab inferioribus reformari non possunt.*
2. *Delegati papæ corriguntur ab ordinario cum iuxta formam eis traditam non procedunt aut non purificato rescripto.*
3. *Delegati corriguntur ab ordinario ob ineffrenatos processus vel si sint negligentes.*
4. *Si nulliter procedant.*
5. *Si delinquant in causa sibi commissa.*
6. *Si delinquant in sportulis.*
7. *Vt euitetur scandalum.*
8. *Iuris executio non habet iniuriam.*
9. *Delegati non subiacent vigintiduumviris si procedant absque sordibus & corruptela.*
10. *Diœcesanus regulariter non cognoscit de iustitia sententiæ iudicis delegati.*
11. *Diœcesanus cognoscit de sententia dispensationis delegati eo fine tantum vt ad Papam remittat.*

Licet

Licet iudices inferiores quantumuis ordinariam iurisdictionem habentes iurisdictionem non habeant aduersus delegatos Papæ qui hoc respectu quibuscunque alijs maiores censentur, *cap. sane de offic.delegati Gem. cap. legitima nu.14.de app.in 6.* aliquot tamen in casibus subijci possunt iudicibus sibi inferioribus, *Petr. Bellulagin.in speculo principum Rubr 38. de præsidibus vsurpantibus iurisdict.§. conqueruntur num. 4. & seqq. Card.Clem.nolentes § notarij nu.2. de hæreticis Abb.cap.fin.nu.1.vbi Apost.de rescriptis.* 1

Primo, Cum delinquunt extra causam ijs commissam vel in causa eis commissa litem suam faciendo, *Auth. quia in prouincia vbi DD. C.vbi de crimine DD.Clem.1.de offic.ord vbi Io.de Imola Bellugas d.nu.4.& 5.* 2

Secundo, Ratione negligentiæ eorundem vel ob inefrenatos processus eorundem *DD.cap.signif.de offic.ord.* 3

Tertio, Procedendo extra formam eorum commissionis vel non purificatio rescripta, *Io. And.& DD.cap.fin.de rescriptis Bellugas d.num.4.& 5.Gigas de pensionibus quæst.7.num.1.& 2.*

Quarto, Si procedat contra dispositionem cap.statutum de rescriptis in 6. *Nauar. in rep.cap.cum contingat Rem.4.num.2.de rescriptis DD.ad cap fin.de rescriptis vbi Card.nu.2.*

Quinto, Si per actum nullum aliquem grauet secundam *Nauar.d. nu.2.vers. 6.Io.Andr.d.cap.statutum,* quamuis Gem. *d.cap.legitimo nu. 14.de app.* velit nequidem ordinarium cognoscere posse de malo processu delegati Papæ, *per cap. Pastoralis § fin.de rescriptis Feder.de Senis cons.115.* 4

Sexto si non rite procedant potest enim iudex signanter ordinarius delegato minus rite procedēti resistere, *Vantius de nullit.rit.corā quo possit nullit.proponi n. 21.Rom.cons.335.col.3.ver.2.quia Io. Andr.dom.Buto in d.c.statutum § fin.Franc. cap dilecto col.24.vers.limita de appellat.Card.Clem.nolentes §. notarij num. 2. de hæret.in 6.cap significanti vbi DD.de offic.ord. Decius l.vt vim num 24.in fin.§.de iust.& iure.*

Septimo, Si delinquant in causa sibi commissa, *Paris.de sindicatu §. delegatus num. 4. Bald. Authen. quia leg. pro iniuria C.vbi de crimine Card. d.§.notarij num.2.* 5

Octauo, In notorijs *eleg. Bellentinus de charitatiuo subsig.quæst.91.nu 6.* 6

Nono, hi excedat in sportulis, *Bellen. ibid num.5.tex.ibi Angel.§.volumus Auth.vt iudices sine quoquo suffragio.*

Decimo, vt euitetur scandalum *Archid. cap. iudicium §.partium num. Rom. 3. quæst.3.* 7

Et quidem his & alijs similibus in casibus coerceri potest ab ordinarijs delegatorum potestas sed an delegati possint à vigintiduumviris coerceri quæstio

 est

8 est in qua nihil videtur respondendum si autoritate delegata procedunt coer-
9 ceri non posse quia iuris executio non habet iniuriam, *l. iniuriarum* §. *1 ff. de iniurijs.* etiamsi delegatus contra aut præter ius aliquid committat. Dummodo tamen sit citra sordes corruptel m aut concussionem iudex enim non ideo minus ius reddere dicitur quod iniquum decernat, *l. ius pluribus* §. *præter ff. de iust. &*
10 *iure*, qua de re in folle Menochius. *de arbitr. iudicum lib. 3. Cent. 4. casu 342.* & ego sparsim alijs huius in tractatus locis. Vt proinde concludam regulariter ne quidem Diœcesanum de iustitia vel iniustitia sententiæ delegati Papæ cognoscere posse, *late Feder. de Senis. cons. 115. incip. casus talis est quidam delegatus. DD. cap. cũ inferior de maiorit & obedient. Specul de inquisit.* §. *1. vers. sed pone quod inquisitores Bartolom. Bellencinus de charitatiuo subsidio quæst. 91. n. 9. cap. significauit de of-*
11 *fic. ordin.* idq; nisi ageretur de periculo animæ vti de matrimonialibus & similibus exemplificat Bellencinus, *loco iam citato Archid. cap. induciæ* §. *spatium nu. 58. quæst 3.* non tamen quod ideo possit cognoscere de validitate dispensationis Pontificiæ illiusue delegati nisi eo fine vt illius decisionem Papæ remittat, *cap. ordinarij* § *si vero vbi Franc. vers. vltimo nota de officio ord. in 6.* Secus ideo in caussis pecuniarijs, *Archid. d. num. 5. in fine d. cap. significauit num. 2. & 5. de offic. ord.*

QVÆSTIO VIGESIMA QVARTA.

Quid si iudex delegatus appellationi non deferat.

SVMMARIVM.

1. *Appellationi non deferens an vim inferre censeatur.*
2. *Iudex in dubio iustitiæ zelo motus præsumitur.*

1 IVdex Ecclesiasticus etiam delegatam habens iurisdictionem si appellationi à sua sententia interposite non deferat in casu quo deferre debebat dicitur lata significatione vim quidem & violentiam inferre, *Iosephus sese de inhibitione & executione priuilegiata cap. 8* §. *3. nu. 70. folio 345. Cenallos de cognitione per viam violentiæ quæst. 12. cap. nouem. 2. quæst. 1. verb. facere videtur iniuriam & cap. licet de offic. leg.* Sed non talem quæ pactioni vigintiduumvirali subijciatur si iudex corruptionis aut concussionis aut sordium expers sit quia vt dixi ad vigintiduumviros cognitionem spectat an iudicis fuerit deferre appellationi sed an

iudex.

iudex ne deferret pecunia fuerit corruptus aut concussione vitiosoue affectu percussus ita censuerit quod haud quaquam præsumitur vti ostendimus alio in loco. Iudex enim in dubio iustitiæ zelo motus semper esse præsumitur, *l. 2. vers. quod non arbitramur C. de offic. ciuil. iud. vbi Bald. Alciat de præs. Reg. 3. præs. 9. nu. 1.* neque obstat ratio & autoritas citata per Ceuallum. Tum quia is loquitur de iure speciali Hispanico. Tum quia textus ab eo citati vtuntur verbo videtur quod improprietatem designat, *glo. Clem. 1. verb. proprie de offic. ord.* 2.

QVÆSTIO VIGESIMA QVINTA.

Quid si pars non appellat à sententia iudicis corrupti.

SVMMARIVM.

1. Fatalium lapsus non impedit officium vigintiduumvirale.

2. Illicitum non fit licitum si perueniat ad finem licitum.

REspondeo non impediri quo minus possit ad hoc tribunal recurrere vt 1.
nec si patiatur appellationum fatalium cursu intermori vel etiam duabus alijs conformibus sententijs confirmari, *Hippolit. de Marsilijs sing. 646.* illicitum enim à pœna non excusatur si illud postea contingat ad licitum finem peruenire, *l. desertorem* §. *in bello ff. de re milit marsilijs in pract.* §. *successiue nu. 5 late & eleganter Couarr. var. resolut. 1. par. 2. de Matrimonio cap. 8.* §. *12. nu. 24 fol. 238. Barthol. in disput incip. iud. & confer sing. iuris quarela.* Idque nisi expresso consensu condemnati, sententia iudicis corrupti ratificetur, *Couar. d.* §. *12. nu. 34* & ita contra Decium, *in cap. sæpe de appell.* tenet Couar. *d. loco.* 2.

QVÆSTIO VIGESIMA SEXTA.

Quid si violentia extra territorium Leodiense ab incolis tamen Leodiensibus committatur.

SVMMARIVM.

1. Violentia extra territorium non est huius cognitionis.

1 RESpondeo ad iurisdictionem vigintiduumviralem non concernere. Pax enim hæc aut constitutio statutaria casum extra territorium contingentem non afficit, *Gail lib. 2. obs. 124. nu. 9.* & ita fuisse iudicatum multis ab hinc retro annis probe memini.

QVÆSTIO VIGESIMA SEPTIMA.

An appellatio & quærela vigintiduumviralis possint concurrere.

SVMMARIVM.

1. *Appellatio & quærela proponi possunt coram diuersis.*
2. *Non appellans potest recurrere ad vigintiduumviros.*

1 RESpondetur posse, Licet enim grauaminis reparationem quærere appellationis ope, & quærelam apud syndicatores quibus non inepte quadamtenus tamen vigintiduumviri possunt cōparari proponere, *Paris. de puteo de sindicatu* § *an si nu. 6. vol. Oce. 2. fol. 341. col. 4. Barth. in disput. incip. iudex qui per imperitiam* Innocent. *cap. sæpe in fine de appell.* quod & ego in remedio appellationis conseruatoriæ alio in loco ostendi. Imo & qui non appellauit potest vigintiduumvirale tribunal implorare, *Paris. de sindicatu verb. an stante nu. 6. fol. 352.* Innoc. *cap. sacro de sent. excom.*

2

QVÆSTIO VIGESIMA OCTAVA.

Iudices vigintiduumvirali sententia condemnati an infamiam incurrant.

SVMMARIVM.

1. *Infames sunt qui ob sordidam sententiam demandantur.*
2. *Culpa lata condemnatus infamis non est.*
3. *Culpa non lata qui est non male fidei.*

1 RESpondetur quod sic si ob sordes aut infami dolosaue causa sint condemnati, § *suspectus inst. de suspect. tutor. Alciatus l. magna negligentia ff. de verb. sig. l.*

fig.l.iudices C.de dignit.lib.12. id quod plenius apud paridem de puteo ostenditur *de sindicatu verbo iudices fol.346.* quod restringo nisi quispiam ex lata culpa 2
forsan posset condemnari quia ex lata culpa pœna famosa inferri non potest, *l. actionibus ff de in litem iurando Bald. l.1. vers.quaero quid si C. de pœna iudicis qui male iudicauit Alciatus d.l.magna negligentia,* qui enim in lata culpa est male fidei non est, *l.sed etsi §.inde ff.de petit.hered. Alciatus d.l.magna negligentia,* quod 3
tamen Petrus Loriotus *in l.quod nerua nu.24 ff.depositi,* indistincte non admittit. Nam potest actio ex lata culpa secundum negotij in quo commissa est qualitatem censeri vel non censeri famosa, *l.ictus fustium ff.de his qui not.infamia Petr.Loriot. d.loco.*

QVÆSTIO VIGESIMA NONA.

Vtrum vigintiduumviris competat executio suarum sententiarum.

S V M M A R I V M.

1. *Executio non competit vigintiduumviris.*
2. *Principi Leodiensi competit executio.*
3. *Legis actio non est penes vigintiduumviros.*

NEutiquam. Quia iudices quibus cognitio demandata est executio non 1
competit, *cap sane vbi DD. & Apost.ad Felium verb.executio de offic. de-* 2
leg. Gaill. lib.1.obs.1.num.52. & scripsi tom.1.par.4.quæst.111.num.26. Sed Episcopo & principi nostro Leodiensi executio competit vti ex huius pacis textu liquidum est & consequenter vigintiduumviris non competere prout iursconsulti nostri loquuntur, *l.4.ff. de adoptionib.* legis actionem dicendum est vti eleganter ostendit Alciatus, *l. pecunia §. actiones vers. superest porro ff. de verb.signif.*

QVÆSTIO TRIGESIMA.

Vtrum vigintiduumviri possint sententias suas executioni demandare per arresta & bonorum adiudicationes.

SVM-

SVMMARIVM.

1. *Arresta sunt species executionis.*
2. *Genus à quo remouetur qualibet eius species remouetur.*

2 NEque etiam hoc possunt quia arrestatio est species executionis à quo autem genus remouetur etiam remouetur quauis eius species, *Præses Euerardi in locis legalib. loco à genere ad speciem l. si causa cognita vbi glo. & DD. C. de transact. l. fin. C. de vsuris rei iudic. §. vulgo instit. de succeff. cognat.*

QVÆSTIO TRIGESIMA PRIMA.

An possint se aliqua præscriptione etiam immortali tueri.

SVMMARIVM.

1. *Tempus immemoriale equipollet priuilegio.*
2. *Iurisdictio vigintiduumvirum videtur patientia statuum patriæ approbata.*
3. *Iuramentum impedit præscriptionem.*
4. *Præscriptio cessat cum de titulo constat.*

1 VIdetur quod sic vulgatum enim est iuris teoria immemoriale tempus æquipollere priuilegio, *l. hoc iure §. duobus aquo ff. de aqua pluuia.*

2 Habentque vim tituli approbati authoritate & patientia statuum à quibus hoc tribunal est stabilitum, *Fel. cap. cum nobis num. 7. vers. sed aduerte de præscript.*

Veruntamen contrarium esse respondendum existimo.

Ratio quia vigintiduumviri qui annales sunt annuo iuramento deuinciuntur paci pactionique vigintiduumvirali ipso Diuæ Luciæ festo seu illius postridie quo magistratum hunc auspicantur.

3 Iuramenti autem hæc est energia vt quasi Alexiacum remedium omnia mala ita & illud præscriptionem omnem tollat atque impediat, *DD. cap fin. de præscript. præses Euerardi in locis legalibus loco à virtute iuramenti versic. decimo septimo Marcus Antonius Bauerius de virtute iuramenti nu. 42. vers. vigesimo nono & nu. 68. & 69.*

Dein-

Deinde cum constet de institutione ac titulo iurisdictionis extraordinariæ huius tribunalis iurisdictionis acquisitio fundari nequit in præscriptione temporis quatumuis immemorialis quæ vires tantum habet in casu dubio secus vero cum de titulo atque iurisdictionis origine constat, *Mascardus de probat. vol. 7. concl. 1378. nu. 72.* 4

QVÆSTIO TRIGESIMA SECVNDA.

An tribunal hoc de excessu sportularum possit cognoscere.

S V M M A R I V M.

1. *Sportulæ vnde dicantur & quid sint.*
2. *Sportulæ qualiter metiendæ.*
3. *De sportularum excessu queri licet apud vigintiduumviros.*
4. *Sportularum taxatio ad eos non spectat.*
5. *Officialis Leodien. sistere potest processum vigintiduumviralem.*
6. *Senator non nisi à senatu corrigi potest.*

SPortulæ sunt honoraria iustitiam administrantium dictæ à sportula quæ olim in æde sacra deponebatur cum pecunia quam is qui vincebat lucrabatur ex qua cum deinde ceptum fuerit iudicibus honoraria exolui sportularum vsus fora peruagauit. 1

Itaque cum sportulæ pendeant ab arbitrio iudicantis vt secundum Budeum *in annot. ad pandectas l. soluit § quantum ff. de offic. proconsulis.* non amplius honoraria sed arbitraria dici debeant quæ ex circunstantijs causarum personarum rerum studiorum circunscripta arbitrio petentis subijciantur. Quid si quispiam hac in actione excedere dicatur an erit casus vigintiduumviralis. 2

Respondetur querelam huiusmodi excessus coram vigintiduumviris proponi quidem posse. 3

Sed qui ita postulatur petere potest vt vigintiduumviri querelam istam sistant donec Officialis Leodiensis ad quem spectat (cum de eo quæstio vertitur) taxatio sportularum honorariorum & salariorum suorum curialistarum, *Lancelot. de attentatis cap 31. num. 161. & seqq.* eadem taxauerit. Et ita ab hinc paucis mensibus factum in causa quorundam Tongrensium qui M. Nicolaum à Muno de excessu coram vigintiduumviris accusabant is enim mandatis pœnalibus 4

ab Officiali impetratis Tongrensibus obstitit vsque dum Officialis salarium taxaret. Cui etiam Tongrenses acquieuerunt & herbam forensem vt est in adagio M. Nicolao dederunt. Qua de re extant acta apud VVarnerum Richman Archiepiscopum nec sunt ab hoc scopo nullum aliena quæ iam is Langleus late & perdocte adfert *semestrium lib. 7. cap 18.* Senatorem si quid delinqueret in
5 eum ob noxiæ sententiæ ab aliquo iudice non oportere neque animaduerti in eum nisi ab ipso senatu posse.

QVÆSTIO TRIMGESIMATERTIA.

Princeps iuxta has paces habens ignem & fugam vtrum possit communem quam homicida cum alio domum habet dirruere.

HÆc quæstio fusius à me tractata inuenietur in tractatu nostro de aduocatijs feudalibus.

QVÆSTIO TRIGESIMA QVARTA.

Quid si iudex ordinem iuris prætermittat.

S V M M A R I V M.

1. *Ordinis iudiciarij omissio inducit fraudis præsumptionum.*

6 OMissio iudiciarij ordinis fraudis quidem præsumptionem inducit, *glo. l. 1. C. de fide instr. lib. 10. Rom. cons. 54. Hippolit. Marsil. in pract. § secundo num. 71.* Sed an censuræ huius tribunalis subiecta sit pendet ab ijs quæ de lata culpa & nullitatibus à iudice commissis alio in loco notaui.

QVÆSTIO TRIGESIMA QVINTA.

An iudices vel officiati possint de eo quod extra suum officium committant hac pace coerceri.

S V M-

SVMMARIVM.

1. *Officiati non sindicantur de eo quod committunt extra eorum officium.*

VIdetur quod non *Hippolit. de Marsiliis sing. 560. & Rubr. de fideiussoribus nu.185.eleg.l.fin.num.172.ff.de iurisdict.om. iud. Guiliel. de Cuneo l. nulli C. quorum appell.non recipiuntur Cast.l.1.§.in filio ff.ad Maced.* Sindici enim quorum instar sunt vigintiduumviri qui potestatem habent sindicandi officiatos non possunt se intermisсere de eo quod extra suum officium gesserunt, *DD. iam citati.* Sed adhibenda est alia salis mica pax enim vigintiduumviralis coercet eos qui orbitas sui officij dolo malo prætergrediuntur vti alijs in quæstionibus ostendi.

QVÆSTIO TRIGESIMA SEXTA.

Iudex ferens sententiam nullam an possit à vigintiduumviris coerceri.

SVMMARIVM.

1. *Iudex ferens sententiam nullam non facit litem suam.*
2. *Statutum puniens facientem actum nõ extenditur ad facientẽ actum nullum.*
3. *Consuetudine generali officiati tenentur tantum de dolo.*
4. *Iudices sindicantur tantum de sordibus & corruptionibus.*

REspondeo non posse. Quia iudex ferens sententiam nullam non facit li- 1
tem suam, *Tiraq. ad l.connub.glo.8.num. 208.glo.l.1.ff.de varijs & extraord. cognit. Barth.in quæstione per eum disputata incip 4.sententia iudicis.* Nam & 2
lex aut statutum puniens facientem aliquem actum non comprehendit facientem actum nullum *l.1.§. vlt.ff. quod quisque iuris vbi Ang. & Alex. Hippol. de Marsil.l. qui sine accusatoribus num.11.ff.de quæst.* Vt proinde ita nulliter iudicans litem non quidem faciat suam sed ad expensos tantum litis possit obligari, *Amadeus de sindicatu nu.140. Marsilijs in d.num.11.glo.l.fin.ff. de varijs & extraord.* confirmatur quia generali consuetudine Officiales non tenentur nisi de dolo non vero cum de culpa lata, *Bald.l.observare § proficisci quæst.15. & 18.ff.de offic.proc. Amadeus de sindicatu nu 86.* vbi dicit quod iudices non sindicantur nisi de furtis & sordibus de iniquis autem sententijs & per imperitiam male latis

neutiquam *Hieron. Giacharus in consilio sindicatus de num. 46. quod adijcitur Iulio. claro*, quod tamen mihi in aqua hærere supra ostendi quia iudices nulliter procedendo spoliare dicuntur, *Farinac. decisione 724. num. 6. par. 2. Menoch. de recup. poss. rem. 8. num. 3. Gabrielius de rest. spol. concl. 1. num. 125.* & censentur tunc personæ priuatæ. *Farin. dec. 478. n. 6. par. 2. Decius l. vt vim nu. 26 ff. de iust. & iure Cæsar de Grassis dec. 13. de re iud.*

QVÆSTIO TRIGESIMA SEPTIMA.

Quid si iudici post sententiam pecunia à victore donetur.

SVMMARIVM.

1. *Condici an possint sportulæ immediate.*
Sententiam an vitiant sportulæ immoderatæ.
2. *Remuneratio subsequens sententiam citra pactione præcedente est permissa.*
3. *Iustitiam vendit qui spe premij iudicat.*

DE pecunia quæ vltra sportulas congruas iudici datur dubium non est quod sit restituenda sententiamque vitio venalitatis puniendæ inficiat, *Marsilijs ad l. Corneliam de falsis in pr. §. pœna legis num. 6. Anchar. cons. 272. Fel. cap. tua nos de Simonia Couarruuias var. res. tom. 1. ad cap. peccatum § 3. num. 1.* idque nisi post latam sententiam gratitudinis ergô pecunia iudici donaretur, *Marsilius sing. 190. Menoch. lib. 3. præs. 8. num. 12.* quæ tamen gratitudinis præsumptio cessat si sententiam pecuniæ promissio præcessisset, *Baldus cons. 490. vol. 4.* qua vti testatur Hipp. de Marsiliis, *d. sing. 190.* rari sint qui lata sententia promissiones eiusmodi exequantur rariores albo coruo & cigno nigro qui sententia lata iudici gratitudinem exhibeant quam ne quidem honeste accipient memores disitichi quem alio adhuc in loco retuli.

Munera magna quidem misit sed misit in hamo.
Et piscatorem piscis amare potest.

Et D. Gregorius qui recte iudicat & præmium remunerationis expectat fraudem in Deo perpetuat quia iustitiam quam gratis impartiri debuit acceptione pecuniæ vendidit, *cap. qui recte 11. quæst. 3.* iustusque non est qui iuste agit non ob ipsam virtutem sed ob aliam causam, *Arist. lib. 6. Ethicorum cap. 22. Couar. d. § 3. l. 2. vbi DD ff de cond. ob turpem causam.* *QVÆ-*

QVÆSTIO TRIGESIMA OCTAVA.

An in iudice nulliter aut inique iudicante præsumatur dolus.

SVMMARIVM.

1. *Præsumptio facienda est in bonam partem pro iudice.*
2. *Inquisitio scrupulosa aduersus iudices reijcitur.*
3. *Cicero exclamat iudices obnoxios periculis.*
4. *Probationes claræ requiruntur aduersus iudices.*

Respondetur non præsumi sed eorum fauore bona fides & id quod melius est præsumi debet. *l. 2. C. de in offic. ciuitat. iudic. Bald. l. obseruare §. proficisci quæst. 10. in fine ff. de offic. proconf. Grammat. crim. conf. 54. Hieronymus Giacharus in suo consil. sindicatus num. 4. ad Iulium clarum fol. 7. Bertasolus crim. conf. 71. num. 8 conf. 81. num. 7. Alciat. reg. 3 præs. 10. l. 2. C. de off. ciuil. iud.* ideoque contra eos scrupulosa omnis inquisitio reijcitur alias frangeretur neruus iustitiæ autoritasque iudicum deprimeretur atque vilesceret in officioque successores lento nimis gradu vel calce procederent, *Gram. d. conf. 54. nu. 3. vbi late.* Hinc Cicer. pro Lucio Flacco conqueritur in hæc verba, O miseras conditiones administrandarum Prouinciarũ, in quibus serenitas periculosa, liberalitas ingrata, sermo insidiosus, assentatio pernitiosa, frons omnium familiaris, multorum animus iratus, iracundiæ occultæ, blanditiæ apertæ, venientes prætores expectant, præsentes inseruiunt, abeuntes expectant. Multa alia in fauorem iudicum vide apud Gram. *d. conf. 54.* Hieronymum Giarchanum *d. conf. n. 47.* 1 2 3

Quare vt iudices aut officiati de dolo aut sordibus conuincantur quales quales probationes duorũ testium vt quibusdã placuit non sufficiunt, *Baldus conf. 28. vol. 2. Hieron. Giarchus d. loco num. 101. & 107.* Sed necesse est vt sint claræ & potentes, *Baldus conf. 28. vol. 2. D D. l. fin. C de probationibus cap. sciant. 2. quæst. vlt. cap. veniens de testib. cap. Epiphanium 5. quæst. 6. l. qui sententiam C. de pœnis Hieron. Giarch. d. loco nu. 107.* 4

QVÆSTIO TRIGESIMA NONA

Quid si iudex incompetens aliquid decernat.

IVdicem incompetentem multis in causis competentem fieri partium silentio posse dubium non est vti ex ijs quæ varijs in locis ostendi compertum est, *tom.1.par.2.quæst.7.* at vero si iudex improrogabilis sit atque radicitus incompetens quicquid ab eo decernitur non iudicij colore foueri potest sed non secus ac si quid à quoquam extraiudiciali ac priuata autoritate positum sit irritum est, *Barth.l.creditores num.26.C.de pign. Menoch.de adipisc.poss. rem. 4. num. 427.* Eoque collimat Doctorum teoria iudicis incompetentis decreto quia priuati hominis iure censetur obtemperandum non esse, *l.3 ff de offic præs.l.obseruare §. ingressus ff.de offic.præs.* interdictisque possessorijs contra eiusmodi mandata obsisti posse, *Menoch.de rec.poss.rem. 8.num.17.& de adipisc.rem.4.num.429.Vant.de nullit.ex defect. iuris ord. num. 107.* nihil igitur obstabitque minus iudex si obliqua eius intentio dolusue detegatur vigintiduumvirum mandatis pœnalibus coerceatur.

QVÆSTIO QVADRAGESIMA.

Officialis qua ratione possit vigintiduumviros iurisdictione sua abutentes coercere.

SVMMARIVM.

1. *Vigintiduumviri instituti aduersus violentias cum iurisdictione odiosa restringendaque.*
Clausula de ne traiter quelqu'vng hors loy qualiter intelligenda.
2. *Vigintiduumviri non possunt neque principaliter neque incidenter cognoscere de valore aut non valore iustitia vel iniustitia actorum aut decretorum ab alijs iudicibus latorum.*
3. *Officialis potest committere causas meri imperij quales sunt criminales.*
4. *Vigintiduumviri non possunt compulsorialibus mandatis cogere officialem vt eis edat acta coram se agitata.*
Officiales compescere potest vigintiduumviros ne iurisdictionis terminos excedant.
5. *Officialis est administrator iurium Diœcesis Leodiensis.*
Officialis potest mortales culpas punire quia omnia mortalia peccata iure Canonico sunt delicta publica.
6. *Arrogans sibi iurisdictionem quam non habet aut eam plus æquo extendens peccat mortaliter.*
Officialis habet iurisdictionem spiritualē & temporalem. Vigintiduumviri

viri quatenus in sua iurisdictione excedunt subijcitur ordinario suntque eo respectu ordinario inferiores.

Officialis potest vigintiduumviris extra limites eorum iurisdictionis impetitus resistere & aduersus eos procedere.

7. *Officialis quandoque potest cognoscere de potestate delegatorum Papæ eisque resistere.*

8. *Officialis contra vigintiduumviros quandoque potest in causa propria suæ iurisdictionis ordinariæ esse iudex.*

9. *Vigintiduumviri non habent territorium sed sunt in diœcesi seu territorio Episcopi & Principis Leodien. alioquin dicerentur achephali id est sine capite sicuti locusta.*

10. *Priuilegiis abutentes coerceri possunt ab ordinario etiamsi essent exempti.*

11. *Officialis iurisdictionē habet in vigintiduumviros quatenus violatores sunt pacis vigintiduūviralis abutendo vel exercendo terminos eorū iurisdictionis.*

OFFICIALIS Leodiensis multitudine causarum & negotiorum mole quibus obruitur ne iustitia remoram pateretur adsentiente Vicario Leodiensi aliquot aduocatos selegit qui ei in cognitione & expeditione causarum signanter criminalium à consilijs essent vicesque eius pro re nata subirent.

Contigit autem inquestam generalem promoueri per Petrum Lamberti Fiscum in qua Officialis Leodiensis decretum tulisse inuenitur tenoris sequentis officialis Leodiensis Fisci inquesta actis & testium depositionibus attentis compareant Hugo Natalis & Iasperus in loco sur la sarte degentes Lambertus degrimonster Michael Absalon responsuri ad interroganda infra octo dies ab intimatione alioquin vlterius ordinabimus quod iuris erit. Datum anno Domini M.CC. decimo octauo mensis Maij die vigesima tertia.

Quod quidem decretum intumatum fuit personis in eo tactis vti liquet ex relatione executoris de Cruce specialiter ad istam executionem destinati.

Inde factum est vt ijs qui personaliter vocati fuerint contumacibus acta causæ criminalis iterum deponerentur ijsque depositis talis fuerit per vnum à consilijs Domini Officialis cuius tunc absentis impeditque vices gerebat concepta resolutio siue opinio. Attenta contumacia & grauitate excessus super violatione pacis publica & contemptu iurisdictionis Ecclesiasticæ censerem contra non comparentes nec comparere curantes per decretum capturæ procedendum saluo.

Sic Signatum.

Titius pro Domino Officiali.

Reso-

REsolutio hæc fuit sine scitu & iussu dicti Titij per sententiarios curiæ redacta in solemnem sententiam ac per Petrum Lamberti Fiscum executioni per capturam demandata.

Dum autem hæc geruntur fiscusque vlteriori processui istius sententiæ inuigilat Hugo interpellat. Dum Officialem ab eo exquirens num eius scitu & iussu prædictum illud capturæ decretum latum esset qui causarum negotiorumque mole immemor dictum capturæ decretum dicitur improbasse quod tamen postea in memoriam reuocans laudauit atque approbauit in hæc verba. Infra scriptus ex officio declaro quod decretum capturæ latum in causa Lamberti Fisci à se latum non fuerit, Cæterum quia deprehendi de post illud latum in camera per vnum ex meis substituris ideo illud censeo non retractandum sed ratum habendum pro vt ratum habeo. Actum hac 23. Augusti 1618.

Sic Signatum.

Mæuius Officialis.

HInc sumpta vindictæ occasione Hugo mandatum vigintiduum viralibus pulsauit Titium quasi is in patriæ huius pacem impegisset & deinde Dominum Officialem Leodiensem vt vigintiduumviris det inspectionem cognitionemque faciat actorum vigore quorum illud capturæ decretum emanauit.

Quæritur quid iuris & qua ratione vigintiduumviri qui quotidie magis & magis fimbrias & Phylacteria suæ iurisdictionis dilatant sint restringendi.

Antequam quid sentiam explicem præmitto tribunal vigintiduumvirale fuisse à maioribus nostris institutum vt essent iudices & velut conseruatores pacis quietisque tam publicæ quam priuatæ aduersus violentias & ius sine autoritate publica exercentes. Quorum proinde iurisdictio ad instar conseruatorum extraordinaria est censerique debet odiosa & merito restringenda. *Guimer ad pragmat. sanct § & quia in glo. verb. formam glo. Clem. 1. de officio ordin. Nauar. cons. 3. nu. 3. de offic. del. Feder. de Senis cons. 130. Abb. cap. frater. 16. quæst. 1. DD. cap. cum Episcopus de offic. ord. in 6. Card. Clem. 1. eod. tit.* non vero prætextu huius clausulæ paci vigintiduumvirali insertæ. *Que l'on ne doibt mener quelqu'vn hors loy*, amplianda aut extendenda.

Etenim clausula illa cuius colore vigintiduumviri iurisdictionem suam extendere satagunt exaudienda non est de iudicibus qui autoritate fulti ius dicunt siue iuste siue iniuste, prætor enim ius etiam reddere dicitur cum inique decernit relatione scilicet facta non ad id quod prætor ita facit sed ad illud

quod

quod facere prætorem conuenit, *l.ius pluribus §.prætor ff.de iustitia & iure.* Sed de ijs qui postposita iudicis autoritate priuata sua autoritate atque potentia ius exercent. Paces enim patriæ fœdera & priuilegia interpretationem à iure scripto accipere dignoscuntur, *cap.causam quæ vbi Fel.de rescriptis l.etiamsi ius ff.de bonis libert.Rom.cons.334.* Idque etiam ratio ipsa naturalis quæ pro lege habetur ostendit. *Præses loco à lege cessante.*

Nam si permitteretur vigintiduumviris cognitio eorum quæ coram iudicibus legitimo institutis attestata sunt valorque aut non valor iustitia aut iniustitia institutis posset coram vigintiduumviris in cognitionem deputationemque reuocari. Nunquam esset quod tamen Reipublicæ maximopere interest litium finis, *l.quidam existimauerunt ff.si cert. Pet. Nauar.cap.nouit.not.6.nu.7.de iudic.* paxque vigintiduumviralis quæ constituta est ad salutem aliarum iurisdictionum esset earundem bellua vorax origoque & confusio explicabilis ac quoddam Chaos omnium iurisdictionum contra mentem pacis vigintiduumviralis & etiã iuris scripti dispositionem. Qua nullitas coram eo iudice disquirenda est qui eam commisisse fertur, *l.si prætor ff. de iudicijs Masuerus in sua praxi tit de executione nu 26.* tantisperque oportet alios iudices iurisdictionem officiumque suum suspendere imo talem cognitionem à se abdicare, *Cast.l. cum fideicommissum ff. de confess.* ne falcem suam dicantur mittere in messem alienam, *Clem.venerabili de electione.* 2

Adeo quidem vt refricari nequeat vigintiduumviros si non principaliter saltem incidenter de valore iustitia vel iniustitia rerum coram alijs iudicibus gestarum cognoscere posse. Quorsum enim incidenter cognoscere? cum principaliter non possunt, *cap.cum quid vna via de reg.iur.in 6.* Cum etiã principalis illa cognitio valoris aut nõ valoris iustitiæ vel iniustitiæ ad aliũ iudicẽ spectans sit præiudicialis cuicumq; alteri cognitioni incidenti dependẽti aut cõnexæ veniatque ea propter ad iudicẽ ad quem talis cognitio spectat remittenda, *Oldendorpius in locis communib.tit.de præiudicial.ait late Abbas cap. tuum nu. 6. de ord. cognit. Menoch.de Ref.poss.rem.10.num.37. DD.§.præiudiciales instit. de actionib.* frustratorius autem est actus qui suum finem consequi non potest, *l.verb.ff.de vulg.& pup.* His ita breuiter præmissis, Respondeo vigintiduumviris mandata in Titium prætextu decreti capturæ eius concilio lati deinde in Dom.officialem vt eis acta coram se agitata ac adhuc pendentia edat inania esse.

Nam quoad mandatum illud prius in Titium is nihil quam consilium antea sufficienter ab officiali autoratus adhibuit cuius proinde nulla potest esse culpa vel obligatio, *l.consilij ff.de reg.iuris.*

Idque quamuis Hugo prætendat eiusmodi causas meri imperij per officialem delegari non posse. Tum quia decretum capturæ non fuit à Titio vti offi- 3

ciali delegato seu commissario latum sed tantum ita ferri posse iurisconsultorum more quorum consilia iudices assumunt respondit. Tum quia licet perplexa sit quæstio iuris canonici. Num meri imperij causæ committi possint, *DD. c. ap quod sedem de offic. ordin.* satis tamen est affirmantium opinionem fulciri rationibus & autoritatibus non contemnentis eamque etiam hic Leodij in curia officialis in praxi quæ lucerna iuris est obseruari, *Rebuff. l. vrb. in pr. ff. de verb. sig.* Liquet enim ex registris curiæ plus quam sæculo eiusmodi causas fuisse per officialem aduocatis commissas decisasque vt proinde hæc opinio non sit non in iudicando iuxta teoriam Nauarri amplectenda, *Nauar. in mannuali confess. cap. fin. in Miscell. tit. quæ opinio sit eligenda Ma. hesil. in tractatu de elect. veris ris opinionis*, præsertim quod sit extra disputationis aleam constitutum officialem impeditum posse alicui aduocato committere qui sit vice officialis eiusue substitutus, *VVames. cons. 44. nu. 5. de offic. ord. tom. 1. l. si longius ff. de iudicijs l. obseruare ff. de offic. procons.*

Simili etiam labe atque vitio laborant compulsoriales quas vigintiduumviri relaxarunt & Dom. officialem, sicut enim ante dixi vigintiduumvirum non esse de valore aut non valore iustitia vel iniustitia causarum coram officiali agitatarum cognoscere ita nec ad eorum officium spectare mandata compulsorialia per quæ editio actorum coram officiali pendentium postulatur decernere, *cap. cum quid vna via de reg. iur. in 6.*

Quæstio itaque est an & qua ratione officialis possit vigintiduumviros suæ iurisdictionis metas excedentes constringere atque coercere.

Priori quæstionis membro respondeo officialis officio incumbere qui ad instar est præsidis prouinciæ, *Stephan. Aufrer. d. Clem. 1. not. 9 de offic. ord.* vt impediat ne vigintiduumviri aliter suam potestatem exerceant extendant & ampliant quam eis pace vigintiduumvirali permissum est, *§. volumus Authent. vt iudices sine quoquo suffragio cap. nobilissimus dist. 97. l. quicunque C. de act. exempt. cap. cum in iure de offic. del. cap. cum contingat de rescriptis Cardinalis Sabarella Clem. 1. nu. 16. vers. item non debet permittere de offic. ord.* Sicut enim Episcopi seu locorum ordinarij conseruatores & protectores pacis quietisque suorum subditorum *cap. nuper de sent. excom. & dist. 98. per tot. Card. Clem. 1. nu. 16. vers. quia iura essent frustra nisi essent tuentes.* Quorum officium cum valde exuberet, *cap. ius publicum dist. 1 host. cap. 1. de offic. Vicarij Card. d. Clem. 1. nu. 16. vers. in aliis.* possunt ex officio nobili declarare & publice testatum omnibus facere vigintiduumviris non licere maiorem sibi iurisdictionem atque potestatem vsurpare quam vigintiduumvirali pace ijs permissum sit consequenterque declarare editionem actorum coram ordinario pendentium non sine temeritate inexplicabilique litium malo & peccato ab ijs peti non posse. *Laudensis d. Clem. 1. vbi etiam Card. d. nu.*

d.nu.16.verſ.contrarium tenet Laudenſis de offic.ordin. adeoque in eos vti ſuæ iuriſdictionis temeratores atq; turbatores cenſuris quibus pollet animaduertere & permiſſum eſt. *Innoc.cap. dilectus de pœnis Stephan. Aufrer.de poteſt.ſaculari ſuper Eccleſ.23.Io.Roias de hæreticis par.1.num.555.Ignat.Lopes in pract. crim. cap.3.num.7.in Add.fol.10.col.2.& fol.11.col.1.in pr.*

Præterea diœceſani ſeu ordinarij ſunt adminiſtratores iurium ſuarum diœceſium, *cap.cum inter de conſuet.Card.d.Clem.1.nu.16.verſ.& poteſt Epiſcopus*, ad quos ſpectat cũ dubiũ vertitur num quid fieri vel non fieri poſſit explicare atque decernere malaſque etiam atque peruerſas conſuetudines & iudicum abuſus extirpare, *Innocentius d.cap.cum inter Card.d.Clem.1.num.16.vbi DD.cap.facientis diſt.86.* 5

Longe porro magis quoties vertitur periculum animæ ob peccati mortalis reatum ordinarij enim hoc iure nouiſſimo quo omnia mortifera peccata cenſentur ad inſtar criminum publicorum, *Farin.in pract.crim. lib.1.quæſt.18.num.16.cap.nouit.de iudic. Aufrer.ad d. Clem.1.de offic. ord.* officio incumbit vt eiuſmodi reatus pericula auertantur, *ca. ecce 24.quæſt.3. cap.quanto de his quæ fiunt à prælato cap.quoniam de filijs presbyter d.cap facientes diſt.86.*

Quin autem vigintiduumviri qui ſibi iuriſdictionem indebitam attribuunt peccati mortalis reatum incurrant dubium ei non erit qui caſuiſtarum autoritatem maturiore iudicio conſiderauerit, *Nauar.in manuali cap.25.de peccatis iudicum nu.13.& conſ.3.nu.1.de crimine falſi D.Thom.2.2.q.60.art.6.* 6

Poſteriori quæſtionis membro reſpondeo in officiali concurrere duplicem iuriſdictionem ſpiritualem & temporalem. Eundem proinde poſſe aduerſus vigintiduumviros ſi refractarij ſint vtramque iuriſdictionem exercere ſpiritualem per Eccleſiæ cenſuras temporalem per manuum iniectionem aliarumque pœnarum inflictionem, *cap. per venerabilem qui filij ſunt legitimi Gregor. Sayr.in theſauro Theol.moralis lib.1.cap.5.num.30. Sabarella d.Clem. 1.num. 24. & ibidem etiam late Stephan. Aufrer.*

Neque eſt quod vigintiduumviri prætexant ſe à patriæ ſtatibus ſtabilitos ordinario eſſe maiores & excellentiores conſequenterque ſibi ius ab eo dici iuriſdictionique eius ſubijci non poſſe, *cap. cum inferior de maiorit. & obedient.*

Id enim eatenus verum eſt quatenus commiſſionis ſibi à pace vigintiduumvirali conceſſæ terminos non excedant alioquin certe nulla iuris ratio refragatur quominus princeps Epiſcopuſue noſter ſeu eius locum tenens officialis in eos iuriſdictione ſua abutentes & infrenatos impermiſſoſque proceſſus conſtantes iuriſdictionem ſuam poſſit exercere vti bene docet Petrus Bellugas, *in ſpeculo principum Rubr. 38. de præſidibus vſurpan. iuriſdict. §. conqueruntur*

 num.

num. 4. & seqq. DD. d. Clem. 1. de offic. ord. cap. significauit eod. tit.

7 Ad instar delegatorum Papæ qui licet sint ordinario maiores, *cap. sane cap. studenti de officio leg.* possunt tamen multis in casibus quos tediosum esset hic referre ab ipsis ordinarijs compesci atque coerceri, *DD. cap. fin. de rescriptis DD. auth. qua in prouincia C. vbi de crimine agi oporteat.*

8 Denique non etiam impedit quod officiales aduersus quem vigintiduumviri compulsoriales relaxarunt si eorum iurisdictionem sub censuram suam reuocet iudex visurus sit propria in causa contra id quod in iure permissum est, *l. vnica C. ne quis in sua causa iudicet vel ius sibi dicat.*

Id enim hactenus verum est nisi nobili ordinariæ iurisdictionis officio eadem ordinaria iurisdictio sarta tecta veniat conseruanda, *arg. cap. cum & plantare §. quod autem de priuileg.* vel nisi reipublicæ intersit vt hic plurimum interest chaos illud iurisdictionis vigintiduumviralis constringi & reipublicæ bono ad terminos suæ constitutionis circumscribi vt & nisi notorium sit (prout est) vigintiduumviros iurisdictionis suæ metas excedere, *Castrensis d. l. vnica num. 5: C. ne liceat in sua causa*, id enim iudici ordinario etiamsi necdum adeo notorium sit vetitum non est, *Card. d. Clem. 1. nu. 16. vers. vbi dicitur idem esse.* Cum nequidem iudici ordinario vetitum sit de Papalibus litteris cognoscere decernereque num quid delegato Papæ vetitum sit aut permissum, *arg. cap. accepimus de fide inst. Card. d. Clem. 1. num. 16. vers. potest ergo diœcesanus dicere litteras Papales.*

Quod ipsum cui de vigintiduumviris patriæ huius extraordinarijs iudicibus respondere non possimus equidem non video. Ratio certe naturalis pro lege hic est habenda, *l. scire oportet §. sufficit ff. de excusat. tut. l. cum ratio ff. de bonis damnatorum*, nam & desiderare legem cum habemus rationem nihil aliud est quam infirmitas intellectus, *Aristoteles relatus per curt. Iun. consf. 58. nu. 6. consf. 138. num. 2. præses in d. loco à cessante lege.*

9 Pro coronide & præscriptorum confirmatiue est quod vigintiduumviri nullum habere dici possunt territorium impossibile enim vt ij qui sunt in territorio alterius, territorium separatum habere possint, *latissime Farinaceus dec. 324. par. 2. editionis Antuerpiensis anni 1620. Host. cap. cum contingat num. 1. vbi Butrio nu. 11. Abbas nu. 18. de foro compet.* Ideoque cum vigintiduumviri necesse dici debeant esse in territorio seu diœcesi ordinarij (diœcesis enim & territorium Episcopale simbolisant, *ca. si quis Episcoporum 16. quæst. 2. & ca. omnes Basilicæ quæst. 7. cap. cum Episcopus de offic. ord. in 6.*)

Consequens est nisi dici velint achephali hoc est sine rege sine capite sicut locustæ *cap. null. ratione vbi glo. dist. 93.*

Si excedant in priuilegio iuratæ pacis & fœderis vigintiduumviralis eos ad instar

instar aliorum quorumcunque priuilegiatorum priuilegijs suis abutentium ab ordinario coerceri posse, *Cardinalis Clem. abusionibus num. 1. & vlt. de pœnit. & in d. Clem. 1. num. 16. DD. de officio ordin.*

Etenim vigintiduumviri ita impingendo in alienam iurisdictionem quasi falcem suam in messem alienam immittentes, *Clem. venerabili de elect.* ipsimet paces publicas, & fœdera iureiurando quotannis firmata, quibus iurisdictiones ordinariæ distinctæ stabilitæque sunt, violant. Ordinarium autem speciali quodam iure iurisdictionem sibi in violatores pacis vindicare posse tradit Stephanus Aufrerius, *tract. de potestate Ecclesiæ super laicis, vers. 31. num. 24. Abb. cap. cum sit generale de foro compet. & cap. super quibusdam num. 10. de verb. sign. Maranta de ord. iudic. par. 4. dist. 11. num 15.*

Quibus omnibus æqua lance perpensis cõcludo, Dominũ officialem tribunal vigintiduumuirûm, iurisdictionem vltra quàm licet exercens, posse iuris remedijs ad ordinariam suam potestatem pertinentibus, cohibere atque coercere.

QVAESTIO VLTIMA.

An sub hoc fœdere comprehendantur clerici.

SVMMARIVM.

1 *Clerici secularia officia gerentes huic paci non subijciuntur.*

2 *Consuetudo non confert laicis iurisdictionem in clericos.*

3 *Laici vsurpantes iurisdictionem in clericos sunt ipso iure excõmunicati.*

4 *Censuris Pontificum nemo eximitur.*

5 *Sanctiones Pontificias contemnens suspectus est hæreseos.*

6 *Deus vindex iurisdictionis Ecclesiastica.*

NVnquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit, quin res, ætas, vsus, semper aliquid apportet noui, aliquid moneat, vt illa quæ te scire credas, nescias, & quæ tibi putarint prima, in experiendo repudies: quod mihi euenit nunc.

Proœmio hoc Terentiano vtor reiecturus nunc opinionem Stephani Aufrerij, & nonnullorum aliorum Galliæ Doctorum, quibus quæstione huius partis quinta subscripsisse videbar, libentius adhærens alijs notæ melioris Doctoribus sentientibus, non licere aduersus clericos etiam laicali officio fungen- 1

tes recursum habere, etiam prætextu violentiæ aut negligentiæ, ad iudices laicos, *cap. de Sacerdotibus, vbi gloss. Innoc. Abbas numer. 6. in fine, ne clerici vel monachi. Abbas cap. qualiter & quando, vbi Dd. & cap. si diligenti, de iudicijs. Afflictus decis. 85.* Card. Tuschus *conclus. 385. incip. Clerici non subsunt principibus secularibus, num. 44. & concl. 35. incip. negligentia inferiorum prælatorum.* Farinac. *in pract. Crimi. lib. 1. quæst. 8. num. 98.* Couar. *pract. quæst. cap. 33. num. 6. Latè* Surdus *consil. 396. num. 33. vbi dicit solum Doctores Gallos aduersari.* Greuen. *ad Andream Gail. conclus. 36. consideratione 9. num. 4.* Rolandus *à valle consil. 4. lib. 1. consil. 12. lib. 2.* Decianus *in pract. Crimi. lib. 4. cap. 9. num. 10.* vt proinde clausula pacis vigintiduumviralis sæpius in hoc tractatu memorata & discussa, subijciens nimirum clericos, officia laica gerentes huic tribunali, vana sit & irrita; quippe quod id à voluntate eorum per quos fœdus istud ictum est, neutiquam dependeat, vti eadẽ quæstione quin-
2 ta ostendi. Idque contraria quauis consuetudine non obstante. *Surdus d. cons. 396. nu. 33. & 34. Roland. à valle d. consil. 4. nu. 11. Decian. d. lib. 4. cap. 9. num. 10. Farinac. consil. criminali 68. num. 16. lib. 1. Socinus cap. si quis clericus numer. 28. cap. Sane num. 10. de foro comp. Rebuff. ad ord. Reg. tom. 3. tit. vt laici non conueniantur coram iudicibus Eccles. num. 20. Felin. d. cap. qualiter & quando, numer. 1. vers. contra dictum Rota dec. 10. de consuetud. in antiquo.* Cuiusmodi si esset consuetudo illa, non posset robur & vires sumere ex conuenientia & tolerantia Pontificum Romanorum. Quippe quod iurisdictio laica in clericos, etiam officia laica gerentes, suas habet radices in violentia, atque metus incussione, *Surd. d. consil. 396. num. 33. &*
3 34. vnde consequens est vt vsurpantes iurisdictionem laicam in clericos non modò excommunicationis censuram ipso iure incurrant, *cap. nouerint cap. graue de sentent. excom. Bulla cœnæ Domini §. 16. Caietanus in summa verb. excommunicatio c. 30. & seq. latè Farinac. d. consil. 68.* à qua non modo non absoluentur priusquam iudici & parti satisfecerint, *Aufrer. de potestate Ecclesiæ super laicis, casu 79. cap. quoniam de immunitat. Eccles. in 6.* Sed etiam à iudicibus Ecclesiasticis, qui iurisdictionem Ecclesiasticam sartam tectam debent conseruare, puniri atque
4 coerceri poterunt. *Farinac. d. consil. 68. num. 9. & 11.* A quibus quidem censuris nemo est, qui se possit eximere. Cùm enim Pontifex sit vniuersi gregis pastor, totique familiæ præpositus, vt ex vero scribit Cardinalis Bellarminus, & caput, vice Christi, totius corporis Ecclesiæ, potest ligare omnes oues totius gregis, omnes conseruos, qui sunt in familia, & omnia membra quæ sunt in corpore: adeò vt nemo excipiatur, nisi qui velit excipi à numero ouium Christi, & seruorum membrorumque corporis Christi. *Cardinal. Bellarm. de potestat. Papæ*
5 *aduersus Barclaium cap. 5. fol. 77.* Quo etiam fit vt sanctionum Pontificiarum contemptores non procul ab hæresi esse dicantur. *cap. violatores canonum 25. quæst. 1. cap. igitur 25. quæst. 2. gloss. cap. nulli fas est, distinct. 19. cap. 1. distinct. 22. cap. gene-*

rali

rali 25. quæst 1, capit. si quis dogmata, 25. quæst. 2. Boetius Epo. de Iure sacro lib. 1. num. 48.49.

Moneatque eos hoc etiam in seculo diuina vindicta, vti varijs exemplis violatorum iurisdictionis Ecclesiasticæ posset ostendi, quæ prolixè apud varios recensentur. Qua ratione motus Reccaredus Hispaniarum Rex, mox initio regni sui totius Gothicæ gentis populi inoliti errores labe detersa, eoque ad cultum rectæ fidei reuocato, facta synodo inter alia statutum illud probauit, laudauitque: Ne clerici ad forum seculare euocarentur. Antiquum, legitimum vsum renouans, ne clerici agnoscant aliud tribunal, quàm Ecclesiasticum, cum interminatione laicis, ne licitum sit clericos ad seculare forum trahere. quod multis exinde constitutionibus sacris cautum, atque ordinatum est. Plura hac de re videantur apud Cardinalem Baronium *in Annal. Ecclesiast. sub anno Domini* 589. Cardinalem Bertrand. *tractatu de duabus potestatibus, temporali & spirituali, qui id discussit anno Salutis nostræ reparatæ* 1329. Petrum à Monte *in monarchia conciliorum. quæst.* 4. *nu.* 4. Boetium Epo. Duacenæ Academiæ professorem primarium *lib. de Iurisdictione Ecclesiastica temporali, quæst.* 2. Petrum Matthæi historiographum Regis Franciæ, *lib. primo narrat.* 5. Genebrardum Archiepiscop. ad aquas Sextias, *de Sacrar. elect. iure cap.* 2. 3. 7. 8. Cardinalem Bellarminum *in Apologia aduersus Barclaium*, & alios primi nominis tam ex Theologia, quam vtroque Iure clasſicos Doctores. 6

Coronidem huic operi imponens & paucis multa complectens concludo, Rempublicam in qua clericis sua iura non seruantur, Ochlocratiam esse, *Nicephorus Callistus Ecclesiastica historia lib.* 18. *cap.* 8. Quæ proinde nec pacem, quam elegantissimè describit Diuus Leo Pontifex *serm.* 6. *de Natiuit. Domini, & serm.* 6. *de Passione Domini*, cum Deo habere, nec in Petra fidei durare potest.

A Tous ceulx qui ces presentes lettres veront & oront, Nous Adulphe par la grace de Dieu Euesque de Liege, le Preuost, le Doyen, Les Archidiackres, & tout le Chapittre de la grãde Eglise de Liege. Arnould Cuens de Looz, Louuy Cuens de Chiney, Iohan le baillet, Sire de Morialmet, Iohan Sire Dagimét, Iohan advveit de Tuyn, Ernult de Loueruaulx, Robert de viermes, Albert Sire de Peis Raes Sire de cealles & Hartenpont, Raes de VVarphize son filz, Libert Butoir Sire de Cleremont, VVathieu aduoeit de Huy, Iohan sire de Hanneff, VVarnier Sire de Dalnez, Henry Sire de Hermale, Renard Dargentea, Iohan Sire de Hardnemôt, Ernier de Tardnemôt Iohan Dochier Iohan D'orey, Ernul de tillice, VVilheame Chatelain de Montegny, Godefroid de VVihongue, Corbeau Dantine, Iohan de Rozeroit, Eustace de Crisgnee, VVilheame Coslon, Gerhard de Boningistier, Gerard de Bierloz, Anthône de Iemeppe, Raes de Bierloz, Iohan le Pollain, Iohan de Landris, Iohan de Colonster, Radon de Preis Iohan de Preis, Iohan de Senescaul, Iohan Côquerans, Iohan de Grace, Libert de viller, Simon le Pollain, Giele de Charnor, Stochires de Ferme, Eustace de Hamale Pinchair de Fresin, Bauldiuyn de monteguy, Robert de Forchierneles Hellin de Latine, Chlr & Gerard Sire lace Echeuins les Maistres Escheuins, maistrez & touttes les communautez de la Cité de Liege & des Villes de Huy, de Dynant, de Saintrond, de Tongre, de Traiect, de Fosse, de Couin, de Tuyn, & de tout le commun pays d'icelle Euesqueit de Liege. Salut & cognoissance de verité. Partant que chascun est tenu selon son estat de labourer & de aider à son pouoir que la chose commune soit en telle maniere ordonnee & maintenue, que chascun paisiblement puist viure & regner & que les malfaicteurs soient corrigies de leurs meffais, Nous l'Euesque & Chapittre pour nous & nos Successeurs nostre Eglise & nous tous les autres desseur nômez pour nous & noz Succeurs & les communaltz deuanze auons ensemble par cômun accord ordonné & ordonnons que les Franchieses & les anciens vsaige des bonnes Villes & commun pays de l'Euesqueit de Liege soient d'ou seneu ine maintenus & gardez sains embriser, & que chacun soit mênes & [illegible]ez par loy & par iugement d'Escheuins d'hômes scelon ce que au cas & à chacun affiererat & nô autrement, hors mis les cas apparttiennent elle haulteur de nous l'Euesque de Liege & noz Successeurs, lesquelz cas & haulteur sont telz, cest assauoir que de primier fait de mort d'homme nous l'Euesque auons & ayons le pouoir dardoir & auec ce le malfaicteur demeurrerat en la clasle de nous & de noz Successeurs iusques à tant que aurat améde le fait à la partie blechie, & à nous & tous & telle maniere vserons nous & noz Successeurs de la haulteur iusque à tant que declareit fierat par le sens du pays se nous Euesque deuandit & noz successeurs auons plus auant de haulteur que dit est: & partât que cest ordônance soit mieulx tenue & gardee, nous l'Euesque deuandit & noz successeurs debuons & debuons commander & cômanderons à tous nos Officiers temporelz marichault bailhieu chastellaux mayeurs & tous autres tennans nous offices, & les ferons iurer en leurs receptions, quilz n'iront contre ce que desseur est dict, s'il aduient que ia n'auienge que aucuns Officiers dessusdittes face la contraire, cest assauoir qu'il manie aucun hors loy de iugement, l'officiers sera tenus de rendre le dommaige à celuy qu'il aura domagier conte à nostre temps & nous successeurs

Tranquillité publiq. est la fin de ceste paix. Chacũ doibt estre traité par loy & par iugement. Droit de feu & de chasse appartiẽt au Prince.

apres

apres nous s'il aduient à leur temps debuons & debuerons pugnir celluy Officiers scelon la quantité de la mesprisures ou de meffait que aurat fait contre loy ou iugement & ce nous ou nous successeurs Euesque de Liege ou noitre Lieutenant pour le temps se nous ou nous successeurs estiennes absens sur ce suffisament requis depart celluy qui le domaiges auront receu ou d'autre part luy soyons negligens ou defalhans de ce adresser dedens quinse iours apres ce que la plainćte nous sera faićte comme dićt est monstrer doit celuy qui domaige aura receu ou autre de part luy nostre Chapittre de Liege suffissament & nostre Chapittre doit tanto est sans malengne requery noz & nous successeurs ou nostre Lieutenant que nous faisons ce radresher dedens quinse iours apres ensuyuant ou nous mesme & nous successeurs de faisons le grieffz & rendons te domaige de nostre & se ce ne faisons a la requeste de nostre Chapittre dedent teile secunde quinse anne ledićt Chapittre doibt estre & siera contre nous auecque le pays desusdit & nous doit destaindre a ce la meilleure manier quil pourra & deuera mander & mandera tanto & sans malengien le dićt Chapittre par ses lettres ouuerts a tous nous iugeurs quilz cessent de iugier & de donner conseil de tous cas iusque a tant que celle mesprisure siera radrechie scelon ce que desseur est dićt, Lequel mandement de nostre dićt Chapittre nous & noz successeurs tenons pour ferme & pour estable encor est assauoir que accordez est de part nous tous desseur nomez que ce en aucun cas la loy & les coustumes soient trop larges ou trop ruides ou trop estroićtes ce doit estre attempereit en temps & en lieu par le sens du pays à touttes ces choses dessusdićtes nous tous desseur nommez obligons nous & noz successeur & volons estre certainement obligies & promettons par noz serment fais sur ce solemnelement que nous & chacun de nous ceste presente ordonnance garderons & tiendrons & aiderons garder & tenir perpetuellement sains venir encontre en tout ou en partie par nous ne par autry & nous le Chapittre deuandit pour nous & noz successeurs auont conuenu de tenir & garder cest ordonnance & daller auant si comdit est, & debuons faire auoir en conuent & iurer les Euesque de Liege en leurs receptions en teile maniere tous nous chanoynnes de tenir & aidier tenir & garder les ordonnances deuandittes & debueront aussy iurer & iureront solempnelement les Maistres & les Escheuins les Iurez & les Gouuerneurs les Maistres des bonnes villes en leurs receptions de tenir & garder aidier tenir & garder l'ordonnance desseure escrite & nous ly commis de Thyney les Cheualiers les bonnes villes & les communaltez & tout les commis de pays dessusdis auons en communs pour nous & nous successeures & nous obligeons tiendrons aidederons garder & tenir ceste ordonnance & s'il aduient que aucun de nous enbriese cest ordonnance ou vailhe aparament enbriesier ou venir en contre en tout ou en partie se que dit est, nous nous aiderons noz Seigneurs les Euesques dessusdićt ou leurs lieu tennant contre ceulx ou celluy que ce auroit fait volroit faire si comme dit est eaulx premiere teile mesprisure soit amendee & corrigie scelon ce quil y affirera & partant que touttes choses susdittes soient tenees & gardees fermement & perpetuelement, Nous Adulphe Euesque Ly Chapittre Ernult Cuens de looz, Lovvy Cuens de Thyney les Cheualiers deuant nommez noz seelz, nous les maistres & Escheuins iurez, & les commualtez deuandit de la cité & des villes dessusdittes, Nous & pour le commun pays auōs mis au fait mettre à ces presentes lettres & en tesmoignages de verite & nous le commun pays dessusdit vsons à cest fois de seelz de la cité & des villes dessusdićt ne soit mis à ces presentes lettres & nequident volons nous tous dessurnommez que celle ordonnance vailhe & demeure en sa playnne vertu perpetuelemēt aussy bien que tous les seeaulx dessusdićt fuissent mis entierement ce fut faićt ordonne & accorde sur l'an

Interpretation appartient aux estats.

Seriment des officiers.

Le chapitter doibt suppleer en l'absence du prince.

Indiction de iustice.

Moderation des coustumes appartient aux pays.

Reciproque obligation enuers le prince & le chapittre.

de

1316. le vendredi deuant le saint Iean Baptiste. de grace nostre Signeur Mille trois cent & sayze, le vendredy deuant le sainct Iean Baptiste.

LES SERMENT DES XXII.

Electidu des XXII.

ITem nous sommes accordez ad ce que XXII. personnes de bon estat de la nation du pays Sages & raisonnables & proid hommes soyent prins & esleux dorsenauant chacun an est assauoir quattre du chapittre de Liege quattre de bannaresse & Cheualiers quattre de la cit, deux de Huy, deux de Dinant, vng de Tongre, vng de Sainctrond, vng de fosse, vng de Tuyn, vng de Looz, vng de Hasselt, lesquelz vingtedeux ainsi esleuz en Chapittre de Liege quilz fieront bons & loyalz à nous Leuesque & Chapitte les bannaresses Cheualiers & gens de linages la cite les bonnes villes & tout le pays sans porter faueurs oultre raison aux grans moyns & petis, & que bien & leallement feront leurs offices leurs temps durant lesquelz XXII. ainsy serimentes esluront vng lieu certain pour estre ensemble chacun mois vne fois se besoing est, & a la deplaincte & requeste de parties pourront & debueront sains delay enquerir sur tous officiers iugeurs ou autres subiectes dessoubz nous Leuesque qui encontre la paix de Fexhe & hors & contre loy yront ou feront ou ayeront prins Lovviers ou prenderont pour faire iugement ou escheoir ou esconduiront par force ou encontre raison argent de ceux qui rien n'ont ou n'auront meffait mais que chacun officiers & iugeurs ou auautres puist ou puissent mettres auant leur deffence iuste & raisonnable & y estre oyu de ce qu'il voldra ou quil' voldront mettre auant par raison.

Les XXII. doibuent iuger sans faueur. Election du tribunal pour l'assembler vne fois le moys.

Declareis est tant que à la paix des XXII. que personne de monsieur de Liege qui point n'est loyé ne soit mis à iugement des vingtedeux ne les rentes reuennes & proffiets heritables reuennans a la bourse ou sa table ne aussy le clergie se dont n'estoit que aucun cler viuans clerigialement ou personne de saincte eglise se portassent office de laye puble & ce que fera iugé à contraire soit de mille valleur. Tant à la personne de Monsieur de Liege & aux personnes de saincte eglise qui point ne portent office de loy & de leurs biens & heritaiges dessusdit touttes autres sententes par eulx rendues demeurent en leur force & vertu sains de rien exceder ne ysser la tenure de la ditte paix & ce ferat on les XXII. solempnelement iurer d'an en an à leur institution & que point ne iugeront lesdits vingtedeux d'aucuns heritaiges ainchois en laisseront iugier les courts & iugeurs qu' iugier en doyent.

Le prince n'est subiet à ceste paix n'y les biens Episcopaux.

Item quant à la proprieté des heritaiges debuerat ou raller deuant les courts dont il sont mouuans sains iecter inhibition se dont nauenoit qu'il en fuist clame de respondu deuant l'official monsieur de Liege.

Des heritablites iugent les cours dont il sont mouuāts item l'official.

Premiere que ceulx qui à celuy office des vingtedeux fieront ordonnez ou instituez dequel nombre que ce soit, soient tenus de Iurer à leur institution en sachent seriment solempnel que par celluy office a auoit il naient donne ne promis donront ne prometteront par eaulx ne par auttruy en secreit ne en appert quattre deniers ne le vailhault ne biens fais quelconcques.

Item que ceulx qui ainsi sont commis a laditte office soient gens saiges sachant la loy & suffisant vnians de leurs rentes ou de loyal marchandises par especial teilz gens quy il ne conuiengne nue gaigner pour labeures leurs iournees pour eaulx.

DE LA

DE LA PAIX DES ESDIT XXII.

A Tous ceaulx qui ces presentes lettres veront & oront, Iean par la grace de Dieu Euesque de Liege le Vicedoyen le Archidiachre & tout le chappittre de la grād Eglise de Liege, Euerard Dellemarche aduuoeit de Hesbainge, Iean sire de morialme & de bailheul, Iean sire Dagymont, Iean sire de Raichefort & aduuoeit de Dynant Ermet sire de styenne, Iean sire de VVesmale & de fallaix, Godefroid sire de hardnemont & de hollongne, Iean sire de Hamalle & de Greuembourch, Thiry sire de Seraing, Henry sire de dipembereche aduuoeit de Liege, Gerard sire de Hames, Iean sire peterschem, Lambert sire Doupie & Gillis de Iache sire de herges pour nous & tous les Cheualiers & escuyers, Les maistres les iurez les Gouuerneurs le Conseil & tout l'vniuersité de la Cité & des bonnes Villes de Huy, de Dynant, de Tongre de Sainctrōd de Fosse de Tuyn de Looz & de haske, & de touttes les bonnes Villes & commun pays & Leueschiet de Liege & Conté de Looz. Salut en Dieu & par manable & cognoissance de verité sachent tous presents & aduenir que comme debat & discord & altercations fuissent esmenes entre nous Leuesque & nous le pays dautre de quoy vne bonne paix & accorde est traictie faict accordee & ordonne ainsy que ens lettres sur ce faicte est expressement conteau ausquelles entres les autres choses se contient que nous & le Chapittre les bannieres & les Cheualiers & la cité & bonnes Villes debuons eslire d'an en an vingtedeux bonnes personnes lesquelz ont & auront plain pouoir & authorité depart nous tous de faire enquestes à la plaincte de parties sur tous Officiers iugeurs & soubiects quelconcques & corrigier tous ceulx qui trouueront auoir meffait nous tous que laditte paix voulons tenir & accomplir faire tenir & accomplir & celle ratiffiant A nous ordonné & accordé ordonnons & accordons & volons que toutes manies des bonnes gens qui plaindre se volront & aussy ceulx quy on se plaindera soyent grands ou petis, sont ou sieront de part, nous tous assegurez pour venir demourer & raaler leurs plainctes ou offences parsuyuant ou leurs tesmoins & amis aussy est nostre intention entierement que les vingtedeux esleux qui sont & sieront procedent iustement auant sains nulluy, a deporter que il trouueront auoir meffaict & aussy que nous Leuesque ne autres ne sauront ne porteront mal talent aux vingtedeux qui sont & qui sieront ne aux autres personnes nulles pour cause des iugemens quilz ont faict ou feront ans auons en conuent leurs iugement rendus faire executer bonnement sains deffence nulle a ce a mettre, Cest assauoir de faire prendre & saisir ceulx qui rebelles en sieront d'accomplir la sentence de vingtedeux quant sierat & se ainsy estoit que nous ly Euesque ou nous Officiers fuissiemes ou fuissent defailhans rebelles ou negligens de prendre teiz ainsi iugiet quelz quil fuist en cas ou ce aduenroit consentons & accordōs & volons la Cité & bonnes Villes de nostre pays les puissent & pouront prendre saisir & en prison tenir sains meffaire iusques à tant que la sentence ainsi prononche siera accomplie entierement, & nous le Chapittre les Bannieres & Cheualieres la Cité & bonnes Villes dessusdits si ainsy estoit que nostre dit Sire Leuesque ou ses Officieres fuist ou fuissent defailhans de faire ce que dict estre & escrit cy auons en conuent en bonne foid de faire prendre & tenir telz mobiens iusques a laccomplissement entiere, La sentence que proiudchie sieront pour plus fermement tenir ce que par les XXII. esleuz soyent faictes ou accordees pour induir chascun par droit loy & raison se ainsy estoit que nulz volsist & de nous contraire ou rebelle a lordonnance que lesdit XXII. ont fais ou feront que lesdits XXII. ayent tandis pouuoir des corrigier auant selon ce

Autorite des xxij. contre tous officiers iuges & subiets qui auront meffait.

Segurte pour ceux qui ont recours a XXII.

Executiō des sentences appartient aux prince.

 quils

quilz trouueront les meffais a leurs bon & vraie aduis car le nostre intention est de demourer delez eaulx fermement que tous leurs iugemens viengnent a effect deyu & que de ce à tousiourmais en demeurent quicte liges & en paix. Et se ainsy estoit que ia namengue que personne aucune fecist citer ou adiourner les XXII. ou aucun fuist spirituel ou temporel quele que elle fuist ou les trauaillast aultrement pour la cause de leur office & en cas ou ce aduiendroit auons enconuent & bonne foid & leallement sans faire entre nous separation nulle deaulx a deffendre contre tous ceaulx qui nuysance leur feront & les iecterons de tous costes frans despens & domaiges qu'ilz en pouroint auoir ne sustenir en quelconque maniere que ce fuist ne estre peust a celle ocasion en nul temps aduenir & partant que les choses dessusdictes de part nous aux XXII. atroyons par tele maniere que ilz doyent & debueront tandis proceder selon la tenure delle paix soyent tenues & gardees fermement & perpetuelement, Nous Iehan Leuesque le Chapittre & le Cheualiers deuant nommez noz seeaulx nous les maistres iurez gouuerneurs & vniuersité deuanditte les seeaulx delle Cite & des bonnes Villes dessusdittes pour nous & pour le commun pays auons mis ou fait mettre a ces presentes lettres en tesmoingnaige de verité & ce aucun des seeaulx n'estoit mis a ce presentes lettres nequidens nous tous dessur nommez vollons qui cest ordonnance vailhe & demoure en sa playne vertu perpetuelement ainssy bien comme tous les seeaulx dessusdict.y fuissent mis entierement, Ce fut fait l'an de la Natiuité de nostre Seigneur Iesu Christ 1373. de mois de mars le 1. iour.

Les 22. ne pouuant estre inquietes d'autres iuges a raison de leurs offices.

1373. Martij 1.

A AVTRE PAIX DES XXII.

IN nomine Domini amen. A tous ceaulx qui ces presents lettres veront, & oront Iean par la grace de Dieu Euesque de Liege & Conté de Looz le Vicedoyen Archidiachre & le Chapittre de Liege Gerard de la Marche aduuoent de Hesbainge Iean de condeit Sire de Morialmez, Iean sire Dagymont & Gerard Sire de Heers, Pour nous & pour tous les Cheualiers & les Escuyers les Maistres, les Escheuins iurez Conseil de toutte liminer site delle Cité de Liege les bonnes Villes de Huy, de Dynant de Tongre de Sainctron, de Fosse, de Tuyn, de Looz, de Hasselt, & de touttes les autres bonnes Villes & commun pays & leuesque de Liege & Conté de Looz, salut & cognoissance de verité Sachent tous presents & aduenir que comme par le enortement des aucuns de humaine lignie peur caule de la mort Ioan iadis de Herchees maistre delle bonne Ville de Tuyn des franchieses de laditte bonne ville & plusieurs autres choses touchantes le Regiment duditte pays fuissent esmeuz entre nous Leuesque dunepart & nostre pays dessusditte dautrepart grieffz debats Rancheurs Rapines princes mutulations occisions & plus autres grieffz & pesans domaiges peuuent aduenir & naistre en susdit pays si nostre Sire Dieu par sa misericorde & pitie ny eut condescendu & obuer nous par le plaisier de nostre Sire considerans lesdictes maulx petilz grieffz domaiges & affoiblissements de noz tous qui aduenir pouront selon lesdits debats apparants & a ce aussy considere dynepart & dautre le bon Conseil ayde & traictie que noble & puissance Prince Monsieur VVinchelaet par la graoe de Dieu Duc de Luxemborgh & de Brabant & de Lembourgh at a ce fait mis en demoustrant tresgrand affection à nous aussi a que à tousiours dorseuauant aiet bonne paix entre nous & que tout le pays soit gouuernez raisonablement & duyubtement nous fidmes desusdit debatz appaisentez & accordez en la maniere que sensuyet.

LLtt.

I.

Premier fummez accordez en femble raifon que touttes les libertez&franchiefes de la cite & de touttes les villes & l'Euefqueit de Liege & de tout le pays pour le bien de paix demeurent fermes & eftables entierement fans eft de riens cuffrancttes ou brifées dorfenauant en maniere nulle à toufiourfmais.

I I.

Item fummes accordez tous pour bien de paix que à laditte bonne Ville de Tuyn demeurent & demeureront touttes les franchifes & par efpecial fiauant & en telle maniere quilz les ont premieres pardeuant ceaulx qui dernierement furent la enuoyez depart noftre cite & bonnes villes deffufdit & que leurfdit franchiefes leurs conformons nous Leuefque & le Chapittre deffufdict & que la proiudication dicts & ordonnance faictes par les XXII.& ad ce que commis par noz la cite entre meffire Gielle chabot Cheualier & ceulx de la bonne ville de Tuyn demeurent à toufiours fermes & eftables fans embrifier.

I I I.

Item fummes accordez pour bien de paix ad ce que les quattres perfonnes qui ont mis à mort Iean dit de Herchees maiftre de Tuyn demeurent à toufiourfmais hors du pays & fe en aucun temps aduenoit qu'il fen accordiffent aux proifines dudit Iehan de Herchees & à nous Leuefque & non pour quant ne porroient il a mil iourmais retourner ens ou pays de Leuefqueit de Liege ce neft par laccord & confentement & volunte de quattre capittre quattre des bannieres cheuallters & quattre de la cite deux de Huy deux de Dinant qui à ce fieront esleuz.

I V.

Item fummes encor pour bien de paix accordez de debat qui eftoit des efcheuins de Tuyn & enfemble bien raifon que fi aucuns y a des efcheuins vne ou plufieurs qui foit ou qui foyent doubtement par bonnes gens digne de foid conuaincus en teif poinct que les quattre fatuel principaulx de la mort defufdit & fe il ne font ou neft aucun deulx comme dit eft conuaincus & trouueez coupables de lache mort dont ne les poura ou plufauant condampner par raifon mais felon ce quilz ont meffaict & que de celui meffait ilz foient iugies & pugnis felon la loy du pays ou par les XXII: qui esleuz fieront à leurs vraies & bon aduis & ce par loy & ordonnance des XXII. il ont meffait leurs efcheminaiges il en foient pugnis & oftez à toufiours mais & oultre ce corrigiez fi auant quilz auront meffait comme dit eft fe il n'ont leur efcheuinage mefait que il puiffent rentrer en le efcheuinage parmy amande miferable comme dit de loy ou par la dite ordonance des XXII. & parmi le ferimment quelz feront de garder les franchiefes de la bonne ville de Tuyn ainfy comme prouuent eft que faire doient voir ceaulx feulement defdit efcheuins qui point ne fieront trouuez coupables de la mort dudit Iehan de Herchees & fil eft trouuez quilz non point meffaict leurs efcheuinages ne leurs biens que ledit vandaige qui eft fait defdit biens ne foit point de valleur & ceulx qui ont leurfdit biens vendus ne puiffent eftre receu de leurs honneurs ne aultrement calengiez par manier nulle à nul iourfmais foit ce que faict l'ayent à tort ou à droict,

la paix de Fexhe & hors & en contre loy yront ou feront ou [illegible] pris louuiers ou prendront pour faire iugement en eſtort ou eſtorderont par force & encontre raiſon argent ou pris de ceulx qui riens nont ne n'auront meffaict mais que chacun officiers ou iugeurs ou autre puiſſe ou puiſſent mettre auant leurs defences iuſtes & raiſonables & eſtre oyu de ce quilz voldront mettre auant par raiſon. *contre officiers iuges ſubiects qui contre la paix de Fexhe & hors & cõtre loy feront ou prẽdront argent.*

X.

Item ſummes accordez que les dites XXII. puiſſent raiſonablement corrigier & pugnir tous officiers & iugeurs ou autres ſubiectz de nous Leueſque qui ſieront clerement par iuſte prouuance conuaneus dauoir empechier la loy ou empecheront ou auoit eſtort Argent à droit ou à male raiſon ou auoir prins lauuier pour rendre iugement & que touſiours ſoit de valleur ce que la plus grande part & ſaynne partie deaulx accorderat en tous cas à eulx appartenance ſe tous ne peuuent eſt dung accord & que ceulx ſurcy il iugeront perdent ou perderont tout le pays iuſques à tant quilz auront obey a leurdite ſentence & que franchieſe nulle ne leur puiſt voloir ne aidir contra ladit ordonnance des XXII. & ne puiſſons nous Leueſque ou autre rendre le pays ne franchieſe nulle iuſque à tant quil auront obey aux XXII. & leurs ſentẽce accomplies. *Condãmnez des XXII. ſont priue de la franchiſe.*

Lequelle paix & accord de point en point ainſy comme deſſeur eſt dict declare & ordonne nous Leueſque par nous & nous auſſy la capittre les bannereſſes cheualiers & les bonnes villes & tout le pays deſuſdit chacun de nous pour luy auons promis & promettons en bonne foy & leallement à tenir garder & accomplir ſans faire ne venir a lencõtre en aucune manier & nous ſummes obligies & obligeons lung enuers lautre deuient faire ne venir alencontre & volſiſt ceſte preſente paix embriſier que ia namengue nous les autres tous qui demeurerons delez la paix par noſtre foid à garder & accomplire ainſy auons promis & promettons l'un à lautre en bonne foid & leallement & partant que touttes ces choſes deſeſdittes ſoyent & demeurent à touſiours ferme & eſtaubles. Sy auans nous Leueſque & le capittre les bannereſſes & cheualiers la cite les bonnes villes deſeſdittes ces preſentes lettres pendu nous ſeaulx qui furent faictes & donnees l'an de la natiuite de noſtre Signeur Ieſu Chriſt mille trois cens ſeptante & tanze le ſeconde Iour du Mois de Decembre. *1373. Decembr.*

ENCOR DE LA PAIX DES XXII.

NOus Ichan Derche Eueſque de Liege faiſſons ſcauoir à tous & à cachun qui pour oſter tous debats diſcord & diſſentions qui entre nous poroient naiſtre à la occaſion de la paix des XXII. faicte entre nous dernierement & auffin que la ditte paix ſoit mieulx tenue & gardee & entendue & que les XXII. dorſenauant ne poinpredent de iugier pluſauant quilz ne peuuent ne doyent ou que le cas contenu en la lettre de la ditte paix ne ſ'extendent nous auons tous dun commun aſſent accorde & accordons les poinct qui ſenſuyent.

I.

Premiere ſummes accordez que partant que laditte paix ne contient point que nous Leueſque ſoyons de riens lachies conſtraints ne obligie ne auſſy les heritaiges & noſtre eglieſes ou iugement des XXII. ne pouront ne deueneront iugier & ſe aucuns eſtoie ... fuiſt le Sire de Hynsbergh & de Dalenbech fuiſſent ſes hoſtes ou aucuns

 Seigneurs

Seigneurs ou dames ou autres personnes de quelcunques estat quils soient & fussens que riens volsist ou volsissent clameron demander oux biens partenans à la Conte de Looz nous tous de pays anthierement en deuerons demourer & demeurerons delez nostre Sire Leuesque & son egliese à maintenir que riens ne soit de partis ne dessseurent de legliese & pays ne par les XXII. ne par autres mais en cas ou nous Leuesque messeriemes nostre capittre nous debuerat & pour à contraindre scelon la tenure de la paix de Fexhe & faire en ce sa bonne diligence tout ainsi comme il est tenu par feriment&parmy ce summes accordez &accordons que nousLeuesque ne pourons ne debuons traire à noz exie nul que nous officiers facent ou qui partiengnent à leurs offices & si noz le faisons que nous officiers ne soient de riens allegiez ou releuez que les XXII.ne puissent & pouront & debueront sur teilz officiers iugier & caulx corrigier de teil cas contenus en la ditte paix & selon la tenure delle paix des XXII.

Officiers du Princes subiects aux XXII.

I I.

Le prince ensant qu'en luy ad-subiettit toutes personnes Ecclesiastiques aux XXII. portans offices seculiers.

Item summes accordez & accordons encor nous Leuesque sauant que nous pouuons & tant que en nous est que se aduenoit que Chanoyennes Prestres religieux ou cleres quelz quil soint entreprendessent ou portassent office seculiers appartient à laye genz queilz qui fuissent & riens messissent ensesditte office es cas contenus en la ditte paix se plaincte se faisoit sur eaulx de ors enauant à la cause de leurs messait en teilz offices des XXII.en pouront & deueront sur caulx iugier selon la tenure de la ditte paix aussy bien que sur les layes sauuen tous autre cas les priuileges en franchieses aussy de nostre cite & bonnes villes.

I I I.

Le mesme est ordonne de abbes doiens archidiacres touschant leurs officiers.

Item summes accordz & accorderons & nous Leuesque nauant que nous pouuons & tant que en nous est que sil aduient que nullez Abbez doyens archidiachre chanoynnes beneficiez cleres queilz qui soient en pays de Liege & conte de Looz qui ayent haulteur & iustice soit pour cause de leur benefice soit de leur patrimoine mettet & ayent officiers seculiers qui excedent en aucuns des cas contenu en ladite paix desdittes XXII. à la plaincte des parties pouront & debueront telz officiers soient cleres ou layee corrigier selon le tenure & forme delledite paix des XXII.

I I I I.

Execution de la paix des XXII.

Item summes accordez &accordons que ladite paix des XXII. & la paix de Fexhe demeurent en leurs forces & vertu & que nous Leuesque en leurs capittre bannerese & autres Seigneurs cite & bonnes villes aiderons & ferons faire accomplire & mettre en deyubt execution selon la tenure de laditte paix iustement & sains exceder la forme de laditte paix soit faicte ou à faire par les XXII.dessusditte cas contenus & expresse en laditte paix Lesqueilz poincts tous & singuliers ainsy accordons & promettons en bonne foid de tenir garder & accomplir à tousiours sains riens embrisier ou venir allencontre en tout ou en partie saulff ce que pourtant que ceaulx que nostre bonne ville de Trecht ont à nous Leuesque nouuellement remonstrest que oncques ne furent à laditte paix des XXII. appellez ne obligiez nous Leuesque ne nous obligeons ne pouons ne entendens obligier & executer sur nulé de ceulx de nostre ville de Trecht

femen-

sentence nulle desdittes XXII. iusque à tant quilz fieront consentis & accordez a le-ditte paix ou se ce nest par leur assent & ottroie & fin que la paix des XXII. à tousiours soit raisonablement maintenue & sans exceder volons mandons & commandons au-dittes XXII. qui sont ou qui fieront que ces poincts par nous accordez gardent sains riens faire ou venir allencontre & que dorsenauant ne iugent dautre cas que de ceulx que en laditte paix soit expressement declarez auffin que debans ou discord ne vien-gnent entre nous par les deffaultres.

LA RATIFFICATION IEAN DE HYNSBERGH EVESQVE DE LIEGE SVR la paix des XXII.

IEhan de Hynsbergh par la grace de Dieu Euesque de Liege & conte de Looz. A tous ceaulx qui ces presentes lettres vieront & oront salut & cognoissance de veri-te comme ainsy soit que asseis to est apres nostre venue apart.

I.

Premier que ceulx qui à celuy office des XXII. fieront ordonnez & instituez de queil membre que ce soit soient tenus iurer à leur institution & facent ferment so-lempnel pour celuy offices à auoir il n'auront donne ne promis douront ne promet-teront par eaulx ne par autruy en secreit ne en appart quattre denier ne le vallant ne biens fais quelconcques.

I I.

Item que ceulx qui ainsi fieront commis à la ditte office fierosit gens saiges sachans la loy ydoynnes & suffissans loy sessables & viuans de leurs rentes ou de leur loyal marchandise par especial telz gens quy il ne conuiengnement gaingnier par labeurs leurs iournees pour eulx à gouuerner.

I I I.

Et que les XXII. ceulx que ordonnez y fieront depart nostre cité & bonnes villes soient esleuz ainsy & par la maniere quon faisoit anchienement aut temps que laditte paix fut premiere ordonnee & faicte & non par fieulte des mestiers comme on les faisoit dernierement. Et partant que toutes les choses par cy diuisees & declarees & chascune delle ainsy par nous Leuesque ottroiz rendues & concedeez que dit est so-ient tenus & gardes perpetuellement nous auons en ces presentes lettres fait mettre & apprendre nostre seeaulx & prions & requerons à venerables. Ce fut faict l'an de grace mille quattre ceut & vingte. 1420.

FINIS.



INDEX RERVM MEMORABILIVM, QVÆ IN HOC SECVNDO TOMO Iurisdictionis ordinariæ in exemptos, illarumque à Iurisdictione ordinaria exemptione continentur.

A.

com-

Con-

quas

D.

Dero-

E.

quæst.

siæ

N.

Ob

O.

P.

Per

Q

Quæ-

S

Spirensis

est viris

***** LECTO-

LECTORI.

Sicubi Lector beneuole, hæsitare te ob errores contigerit, non grauatè huc recurre : memor illius de quo in Epistola liminari præmonui, errata scilicet ista irrepsisse me longe à typographia remoto, quo nigis, si æquus es, mihi ignosces.

IN Præfat. ad lect. l. 28. lege *sed mercedem, &c.* p. 5 l 14 *Libertas Ecclesiastica*, p. 5 l 15 *euitando*, p. 8 l 28 *sunt*, p. 9 l. 22 *supina & crassa*, p. 9 l antep. *quid*, p. 10 l. 20 *Episcopis*, p 11 l. 15 *dissensio*, p. 11 l. 21 *oriuntur*, p. 12 l. vlt. *præpollere* p. 13 l 1 *coepola*, p. 13 l. 3 *vnum*, p. 15 l. 23 *Dioecesanus*, p. 15 l 3 *minimum*, p. 16 l. 17 *dist.* 29 p. 20 in fin. *odium*, p. 24 l. 20 *est à beato*, p. 25 l. 5 *principales*, p. 27 l. 23 *intra*, p. 32 l 4 *recuperare*, l 35 *Gratus conf.* p. 34 in fin. *exemplo*, p. 36 l. 9 *exemptorum*, l. 21 *cernis*, l. 22 *vitium*, p. 39 in medio *vt dicamus*. l 25 *in proprio*, icid. in fin. *leuitates*, p. 43 in fin. *lædi*, p. 44 l. 8 *commissione*, l. 9. *pinguior*, ibid. in fin. *viribus*, p. 45 l. 13 *monentium*, l. 16 *longiores*, l 19 *præstituatur*, p 47 l. 9 dele *ad*, ibidem in fin. *eum*, p 48 l. 7 *fuit*, l. 19 *comprobatum*, p 49 l. 6 *committit*, p. 50 l. 27 *quæsitu*, p. 52 l. 12 *rite*, p. 54 l 23 *indistinctè* p. 68 l. 25 *legitime*, l. 28 *positiui*, in fin. *enim*, p. 70 l. 32 *iure*, 71 l. 6 *reperitur*, l. 10 *Vicecancellarij*. 71 l. 13 *datã*, 78 l 4 *est superfluum*, ibid. in summario, *vixissent*, 79 l. penult. *Cum aurei Sacerdotes litabant in calicibus ligneis, inquit quidam*, p. 82 in summario, *promulgatione*, 83 l. 4 *in publico*, l 18 *respondent*. 84 in fin. dele *de*, 88 l. 25 *riuuli*, l 26 *institutionis*, 26 *prælationis*, 89 l. 20 *ad seruitium non deseruiat*, p. 94 l 1 *debet*, 97 l. 10 *valorem* l 20 *ordinario*, p. 98 l. 15 in primo carm. *lis te bis* ib. l. 19 *à Buna*, ib. l. 20 *summis*, 99 l 18 *dolere*, pag. 100 l. 7 *prouinciales*, ib. l 11 *querulo*, l. 21 *aduenius*, p. 101 l. 26 *annulo*, 102 l. 7 *quæ*, l. 13 *præfertur*. l 9 *contrauenire*, l. 11 *suspendi*, l. 13 *illos*, l. 16 *facere & exequi libere*, l. 17 *formatos*, l. 22 *cap* 20 l. pen. *possessorio*, p. 103 l. 3 *proinde*, l. 5 *caussa*, l. 28 *latis quæ*, l. 32 *statutis contrauentores*, l 16 *deuolui*, l. 30 *procedere*, p. 109 l 10 *Pontifex*, ibid. l. 2. *quæ*, p 112 l. 23 *mutuo*, l. 24 *suspicionis*, p. 113 l. 1 *notans*, pag. 114 l. 11 *consuetudine*, p. 115 l. 13 *montes*, p. 122 l. 27 *ex noua*, p. 123 l. 22 *intẽperie*, l 24 *Synodales*, l 18 *ætas*, l. 19 *relinqui*, l. 11 *inane*, p. 129 l. 3. in q. 1. *specie*, 113 l 20 *in folle*, 3. l. 13 dele *ac*, 133 l 13 *quo*, 135 l. 2 *alium*, 135 in med. *deputauit*, 136 l. 7 *inductum*, 137 l. 5 *æquiparantur*, L. C. quis ex consensu p. 138 l 7 adde *qua de re vide lib. 5. q. 71. editione, 2.* p. 139 *renunciari*, p. 140 l 1 in fum. *citato*, 141 l 10 *definiant*, 144 l. 8 *trutina*, 144 l. 2. in fin. *diebus, sed quot diebus eiusmodi esculenta circumscribemus* 144 sub fin. scribatur litteris maioribus. aqua 145 l. 5 adde *de hac quæst 12. vide etiam infr. quæst. 16. n. 17.* 145 l. 1 *insecturá*, p. 148 l. 13 *appellationum*, 1 8 in fum. n. 6. *quot*. 152 l. penult. *communia*, p 155 propè fin. *articulo*, 158 l. 27 *secus si liqueat*, in qua p. 158 l. penult. *in quas*, vnca *lege* 159 l. 1 *Mica salis*, p. 165 in fum *citatione*, 167. l. in fin. *an coram suis*, p. ibid. l. vlt. *subijci*, 168 l 1 *subiecta*, 169 l. 1 *inserta*, p. 171 l. 17 in fum. *se exemptum*, 172 l. 6 *&*, p. 172 l. ibid. *relinquantur*, 173 l. 3 *actiones*, l. 8 *emtionem*, l. 1 *hac quæstio*. 175 l. in fum. *non abest*, 176 l. 1 *conseruari*, l. 10 *destructo*, 178 l. 20 *num exemptus*, p. 180 l. 2 *nec excusat*. l. 11 *incidat*, l. 15 *aut*, l. 8 *repugnans*, 182 l. 10 *est non impedit*, l 19 *protestationibus*, 183 l. 30 *ermodicum*, p. 184 l. 1 *frequentes*, 185 l. 7 *occasio*, l. 2 *quæ*, l. 16. dele *non*, *tecum in pro* l. 25 *egi tecum in princ.* 186 l. 10 *ibi te Iudico*, l. 16 *neque de*, l. 17 *in dioecæsi*. l 23 *plurimum obsint*, l 25 *expostulationes*, 188 l. 3 *promissum est*, l. 4 *refractari*, cap. porro de priuileg. 189 l 10. *Cap porro de priuilegijs in alijs autẽ plerisque casibus v. g. si contradictor sit incertus, annis cuius interest ignotus Conseruatores, vt & alij Papæ delegati imo etiam, quorundam opinione iudices inferiores citare poterunt isto etiã forma non obseruata per edictum fol. cap quoniam frequenter nu. 13. & 14. vt lite non contest.* p. 191 l. 1 *abdicatione*, 19 l. 28 *à priuatione*, *& fac crassum characterem*, 194 l. 32 *auditorio*, 196 l. in fin *administratione vt qui spiritualia seminant*. 197 l. 24 *executor*, l. 4 *variè*, p. 211. l. 4. *præcepto*, p. 225 l. 2 *per*, pag. ead. lin ead. *cap. fin. de Consuet. in 6. in verb consuetudo*. 226 l. 3 *à clero Leodiensi*, l. 13 *Tiraquel. Repetit*. l. 24 *Episcopatuum*, l. 30 *dioecæses*, l. 32. *De Reg. iur. in 6.* l. 37 *curstare*, 228 l. 17 *Sotus*, l. 24 *fulminandas*, l. 28 *quia pontificali*, l. 33 *experientia*, 229 l. 14 *districtionem*,

Kistrictionem, l. 23 *prohibere*, 231 l. 2 *citato*, l. 23 *annuntiatum* 232 ... *nem*, 233 l. 17 *delictum*, l. pen. *latissime*, 235 l 12. *quorumlibet*, l. 14 *sane*, l. 34 *nimis*, 239 l. 15 *sciunt*. l. 27 *exemptionum*, 240 l 6. *iusta*, l. 13 *impetuanda*, l. 9 *diuersimode* p. 241 l. 7 *premittere*, 242 l. 8 *peruenisset*, l. 12 *ad instar*, scribatur literis maioribus, l. 13 *excommunicasse*, p 243 l. 2 *vnicam monitionem*, l. 14 *ordinarium & delegatum*, 245 l. 1 *plumbeo*, 246 l. 2 *moreretur*, l. 14 *Diuus*, scribit p 246 l. 15 scribatur literis maioribus, quem latis colligo. p. 246 l. 11. & 12. scribatur literis maioribus. *perpesses*, 247 l. 16, deest, *est*, *cum aduersus*, p. 247 l. vlt. scribatur maioribus litteris l. 3 *insonti*, l. 7 *eum*, Ingenii extrauagantis, p. 248 l. in fin. scribatur literis maioribus. l. 1 *exceptionem*, l. 15 *incitantem, qua*, l. 23 dele, *à* l. 26 *quippe quod*, l. 33 *Romani*, l. 35 *salute*, p 249 l. *proemio*, l. vlti. *& causarum*, 250 in summo l. 19 *parti*, 251 l. 2 *nocere*, l. 29 *à quo*, 253 l. 4 *prodest*, l. 15 *exemplis* l. 17 *legatio*, 255 l. 2 vigore, l. 5 *condici*, de condict. sine causa. 255 l. 19 scribatur maioribus litteris 256 l. 7 *iurisdictioni* l. pen *cui*, 257 l. 8 *ministeriorum*, l. 11 *antequam* abnegari non potest pag. 257 lin 15 *abnegari non potest, quemadmodum de communi DD opinione scribit Nic. Bellarm in rubr. ff de offic. eius cui nu. 54. & ante eum Bart Alex. Iasl l 2. ff. de Iurisdictione omnium Iud non obstante opinione Saliceti & Fulgosi qui cōtrarium tenent*. 258 l. 20 *incarceranti* 259 l. 14 *dubium*, l. 23 *spiritualiter*, l. 28 *cap. 19. vers.* Cautiones istæ non possunt indemnitati eius præstitæ sunt. 260 l. 14 *iudicio existente nullo cautio ei adiecta non subsistit*. l. 22 *posterius an sententia*. l 27 *implicare, & in ventre suo*, l. 28 *tale iudice iudicium suscipere* 261 l. 1 *consequens est*. l. 8 *exemptus ob*, l. 19. *competente prestitas molestetur* l. ibid. *velut ad asilum*, exemptus se liti quæ &c. 261 l. pen. *exemptus se liti quæ alteri coram ordinario mota est, adiungit, quia eius non principaliter interest, sed secundario, aut se adiungit quia eius principaliter interest*. 262 l. 4 *adiunctionis*, l. 5 *satisdatio*. 263 l. 6 *impingant*. l. 7 *promulgata*, 264 l. 3. *bonæ memoriæ*. p. 265 l. 14 *saluo*, l 24 *prodest*, l. 33 *late* scribatur minoribus litteris. 266 l 11 *clerici*, l. antep. *primas*, 267 l. 13 *visitatio*, l. 22 dele *de*, l. 32 *à residentia*, 268 l. 2 *ea*, l 10. *reliquis*, l pen. *Quod*, 269 l. 2 *sicubi*, l. 11 *legalis*. l. 15 *exemptionem*, l. 14 *deputatos* 270 l. 1 *conueniri possunt*. l. 4 *priuilegio*. l vlt *articulus*. 271 l. 18. *reuocare*. 272 l. antepen. *ciuilis*. l. pen. *possint* 273 l. 2 *moderanda* l. 31 *quia &*, 274 l. 2 *emologatione*, l. 2 *patria*, l 7 *annuntiatas*. l. 10 *exemptas*. l. 14 *pullularunt*, l. 16 *potuerit*. l. 17 *eis in emphiteusim* l. 31. *stipulationem*. 275 l. 1 *num*, 6 *ff. de const. pec*. l. 9 *dari possit expromissor*. l. 27. *latius scripsi scribatur litteris minutioribus*. 276 l. 5 *quod tamen*. l. 10. & 11. *inconsueta sed per itinera consueta & vulgò vsitata*. l. 25 *computandam*. l 30 *pontificia*. l. 33 *despondere*. 277 l. 2 *quæstione*. l. 3 *prater*, l 14 *verbis* 20. *declamatione*, l. 21 *dubia sit*. l. 31 *boni vero*. p. 278 l. 2 *hinc*. par. 1. nu 10 & 11. p 278 l. 22 *parte* 1. *nu*. 10 & 11. *Anchar. cap. Cum te de offic. del. D. D. cap. sane Doctor Co np. c. cum post C. de appell.* l. antepen. *cap nonnulli de rescriptis*. l antep. *aditione* 279 l. antep. *aduocare* p 280 l. 9 & *inais*. l. 26 *suffragari*. l. pen. *conuenīri*. pag. 281 l. 4 *perinde*. l. 2. in fin. *Ordinarius multa n. 5.* Sed & Cōc Trid. dispositione. l. 9 scrib. lit. maioribus. p. 281 l. 16 *mandantis*, p. 282 l 3 *multa*, l. 10 *subsistat*, l. 20. *aqua haret*. l. 24 tutelis, *scribatur minoribus litteris*, p. 283 l. 25 *Bertachinus*, l. 27 *Limito autem id nisi Abbatia seu monastica essent à Iurisdictione ordinaria exempta*, l. 29 & 30 *vel alteri pleno iure subiectum*, p. 285 l. 5 *Recessus à iure est odiosus*, l. 21 *priuilegiorum, quæ*. p. 286 l 7 *censeri*, l. 18 *processerunt & à pontificali*, l. 28 *Vames d. cons. 11*. p. 287 l. 4 *Diœcesis Leodiensis eoq.*, p. 288 l. 6 *sedi*, l. 7 *insignis* l. 8 *supposita*, p 293 in summario nu. 13 *exempli euocant*, l. 24 *Leodiensi*. l. 25 *dominiorum*, p. 294 l. 1. *possint*, l. 2 *aut*. l. 4 *institutione*. l. 4 *ex quibusuis*, l 5. & *incolas*, l. 6 *dominiorum*, l 8 *vagrie*, 25 *fere* p. 295 l. 6 *prætecto*, l 7 *sed*, l 8 *confugiens*, l. 1 *refugio vti constituit*, l. 27 *praferoces*, l. pen. *personis Tit. 19. nu*. p 296 l 13 *Tit. 19 nu 10. & fuse Restaurus De Imperatore quæst. 201. nu. 7* l 29 *retinendo*, l. 30 *obligantur*, l. 31 *debitum*. p 297 l. 5 *recurrant*, l. 20 *tautologus*. p. 297 in summario nu. 1. *conseruata es ad vtilitatem priuatam. Officium suum non impartiuntur, secus ad vtilitatem publicam*, ibid. in summario nu 4 *diœcesanus*, p. 300 l 1 *priuilegiū*,

p. 301 pranchire, p. 302 l. 7 conaictione, l pen. teneatur, p. 303 l. 19 instrumentaque quarentigiata, l. 26 quod, l. 31 Hac, p. 304 l 3 aliique priori scripto à me notati, scribatur minoribus litteris. l. 5 in ob. l. 7 iudicum, l 16 Quod autem, l. 30 ambigat, p. 305 l 30 seruitutes, l. 35 per alium, l. pen. procurator, p. 306 l 10 pracitatos, p. 307 l. 20 annui redditus 30. florenorũ Brabantia. l. 23 velitationes, l. 24 Hinc, l. 26 exceptiones, p. 308 l. 10 Lonanienses, l. 11 Leodiensis qui pariter. l. 31. euocans. 309 l. 24 appositioni, p. 310 l. 8. concessa. l. 15. vt nec subandito. 311 l. 29. facto. 312 l 14. verisimile. l. 15. extinctus, obliteratusque. l. 18. decenij 316 l 15. mentio. l 16 fiunt inter scholares hinc. p. 318 l. 23. ex cessione. l. 26 ea. l. 32. Rectoris puniatur scholaris. p. 319 l. 1. in summario nu. 8 precista. l. 1. sanctissimi l. 14 elicui. 321 l. 9. ad idem 14. non modo se non opponat. l 15. mandato. l 16 precum Casarearum 322 l. 3. cuius. 323. l 7. in summario. factam, l 9. etiamsi exempti sint. 324 l. 7 adiecta. l. 13. iuri aliquo. l. 33 conditio illi adiecta. l. antep. derogans. 325 l. 3. ita & in hac facultate. 325. l. 6 qua. 327 l. 1 signanter porro quod 328. l. 6. in summario, pondus diei & astus. l. 26. in summario. confessores monialium qui degunt. l. 25. in summario. Religiosi mendicantium, vtriusque sexus. nu. 24. in summario sub ordinem quem professi sunt sub nu. 25 uniones. 330. l. 7. hinc. l. 9. exemplandam. 349. l. 1. Conseruatoria. l. 25. dele de. ibidem l. 15. contemplationi. 350. l. 6 alienam. l. 22. priuilegiorum. 351 l. 22. sit reprehensus. 352 l. 2. à, ibid l. 4. exemptis. 353 l. 3. obici, 353 l. 3 quam de Iure. l. 20. an possint. l. pen. à, 355. l. 13. valetudinis. l. 14. & 15. postremò. l. 32. putatiuo. l. antep. oppositam. l. pen. prouidere. l pen. ne iudicium. 357 l. 9 exceptionem. 358 l. 31. dilucidius. 360 l. 16. Iudicium. 361 l 14. conuellendus. l. 19. subsidit. 369 l pen. prasegmina. p. 371. l. 17. iurisdictionum. l 9. iurisdictionem. 372. l. 21. lib. 1. de Iurisdictione ord. in exempt. ostendi quast. 26. verum quod collegiorum illud sit laicum inferius ostendimus. p. 380 l. 22 iudicium. pagin. 374. lin. 18. seipsos. pagin. 381. lin. 8. maleficiorum. pagin. 384 lin. 3. sensim p. 384 l. 12 iniuriam facit, hoc est, p. 373 l. 2 loquentis, p. 385 l 28 condictione, p. 387 l. 10 Elenchos l. pen. statuarium, ib. extraordinaria, p. 388 l. 7 seu, pag. 389 in sum. voiagia, p. 392 l. 2 mundum. ibid. in quæst. dolus verus, p. 396 l 1 mihi, ibid l. vlt. cognitionem non spectat, p. 398 l. 1 dele ad, pag. 400 in quæst. immemoriali. ibid. l. 16 vulgata. ibid. in fin. omnia mala ista, p 402 l. 4 Archiepiscopum, ibid. l. 4 multum, ibid. l 4 vanus, p. 404 in fem immoderata, ibid. l. 13 quia, ibid in fin. perpetrat, p. 405. l. 17 seueritas, p. 406 l. 4 calore, ibid. l. 5 factum ib. l. 11 quo minus, pag. 409 l. 8. legitimè, ibid. l. 8 actitata, ibid. l. 9 iniustitia sententiarum & rerum coram iudicibus legitimè institutis, ibid. l 9 disputationemq;, ibid l 13 inexplicabilis, ibid. l. 32 consilio, p. 410. l. 16 in dominum, ibid. l. 29 sunt enim, p. 412 l. 21 quod ipsum cur, p. 412. l. 28.

FINIS.

Luxemburgi excudebat Hubertus Ruelant sumptibus
Ioannis Kinckij. MDCXXIV.